BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
B
19
NAPOLI

Digitized by Google



HALÆ
In Officina Orphanotrophij. 1729.

ARNOLDI CORVINI
a BELDEREN IC.

IVS CANONICVM

METHODO INSTITVTIONVM
PER APHORISMOS STRICTIM EXPLICATVM
Cui acceſſerunt

IO. IACOBI WISSENBACHII IC.

CONTRADICTIONES IVRIS CANONICI
VT ET DIFFERENTIAE
IVRIS CIVILIS ET CANONICI
CVM INDICE MATERIARVM ET TITVLORVM
ATQVE PRAEFATIONE

SAMVELIS STRYKII, IC.

DENVO ILLVD EDIDIT
Notiſque ſuccinctis illuſtrauit

IVSTVS HENNINGIVS BÖHMER, IC.

Potent. Regi Boruſſ. a conſ. intim. & Prof. iur.
ordin. in regia Frideric.



EDITIO QVARTA.

CVM PRIVILEGIO.

HALAE, SVMTIBVS ORPHANOTROPHEI.
M DCC XXIX.

B. R.
NEAPOLIS

Digitized by Google

SAMVEL STRYKIVS ICt.
Lectori Beneuolo
Salutem.

INter iuris Canonici compendia, quorum non pauca in ſcenam produci poſſent, nullum certe occurrit, quod ARNOLDI CORVINI induſtriam hoc paſſu vtilitate ſuperet, & quod eapropter ſtudioſae iuuentuti magis commendandum ſit. Etenim ad ductum inſtitutionum Iuſtiniani Imperatoris materias iuris canonici non tantum ex Decretalibus, ſed etiam ex Decretis, & aliis huius iuris partibus ita perſpicue digesſit, vt, praeter ſingularum materiarum accuratas definitiones & diuiſiones, nihil eorum omitteret, quae ad huius iuris

ſuccinctam cognitionem deſiderari poterant. Conſcripſit Autor hic clariſſimus hunc libellum Amſtelodami *An. 1648.* cum adhuc ſacris Reformatorum addictus eſſet, ſicut ipſe teſtis eſt in Praefatione hic ſubiecta. Tranſiit vero poſtea ad Romano-Catholicos, vbi ab Electore Moguntino ad Conſiliarii munus, & ad Profeſſionem ordinariam iuris euocatus. Edidit ibi denuo hunc libellum Anno MDCLXII. nec quicquam in eo mutauit, niſi quod in ingreſſu praefationis, pro fide Romana, *fidem Catholicam Apoſtolicam Romanam* in ſignum mutatae Religionis ſubſtituerit. Poſtea tamen libellum diuulgauit *Moguntiae Anno 1668.* ſub titulo: IMPERATOR IVSTINIANVS MAGNVS CATHOLICVS; in quo hoc potiſſimum demonſtrare ſategit, Iuſtinianum Impera

peratorem Pontificiorum ſacris addictum fuiſſe; quo argumento ſimul oſtendere voluit, quantum a recta fide & antiquitate diſceſſerint Proteſtantes. Verum enim vero libelli huius praecipuum de hierarchia ecclesiaſtica argumentum iuſta cenſura proſtrauit Dn. Caſpar Zieglerus in praefatione Tractatus *De Diaconis & Diaconiſſis veteris eccleſiae*, quorſum plura deſiderantem remitto. Quicquid vero huius rei ſit, non ea propter laude ſua priuandus eſt Autor; nec praeferendos ex noſtris exiſtimo illos, qui, dum ius Canonicum proponere cupiunt, nihil aliud agunt, quam vt vbiuis reprehendant Pontificem, canonumque compilatores, & ita magis deſtruant, quam exponant ius Canonicum. Certe LL. cultoribus praeprimis incumbit, hoc noſſe, quid proprie ſit iuris Canonici;

vt in caſibus ex hoc iure decidendis, quales etiam in noſtris eccleſiis cathedralibus, & collegiatis ſeu canonicorum conuentibus adhuc occurrunt plurimi, certam ferre poſſint ſententiam, quid iuris hic ſit; non attendendo, an aliquid iniquitatis ſub illo latitet. Eſt enim ICti officium, non de legum iuſtitia, ſed ſecundum leges iudicare, & ius, licet durum ſit, ſequi, illudque caſui obuenienti prudenter applicare, niſi qua iuri diuino hoc refragari manifeſte conſtat. Et huc collimat pragmatica illa ſanctio inter Catholicos & Auguſtanae confeſſionis conſortes Status in ſolenni pace Osnabrugenſi publicata, vbi *Articulo V. §. 48. in f.* ſubditi Auguſtanae Confeſſionis, qui *Anno 1624.* iurisdictionem eccleſiaſticam agnouerunt, illi porro ſubeſſe debent, *modo ipſis occaſione proceſ-*

ſus

ſus nihil iniungatur, Augu-ſtanae Confeſſioni vel con-ſcientiae repugnans. Qua-propter nemo ex noſtris vitio mihi vertet, quod ſuccinctum hoc iuris Canonici compendium auditoribus meis proponere, &, cum copia exemplarium deeſſet, iteratam eius editionem promouere ſuſceperim. Adieci in fine *contradictiones iuris Canonici* a celeberrimo Belgii ICto, WISSENBACHIO quondam obſeruatas, qui cum etiam *differentias iuris Romani & Canonici* ad ſeriem Inſtitutionum collegiſſet, has itidem ſubieci; ſed cum breuiores illae eſſent, non negligendas putaui illas, quas maiori numero ad ſeriem Pandectarum ante LXXX. annos in Academia Baſileenſi ſummo ſtudio congeſſit IOACHIMVS HAS-

SAEVS *Roſtochienſis.* Tandem etiam index materiarum, quo priores editiones deſtitutae, acceſſit, vt facili negotio vnaquaeuis materia hic nouo ordine digeſta, inueniri poſſit, quae omnia iuris Canon. ſtudioſis vtilitatem non leuem allatura confido. Vtere itaque hoc libello, Lector beneuole, & nobis porro faue. Dabam in Academia Regia Fridericiana Kal. Octobr. Anno reparatae ſalutis MDCCIV.

ARNOL-

Digitized by Google

Arnoldvs Corvinvs a Belderen, IC.

Lectori Candido S.

NOn ſum ignarus, miraturos multos, maxime eos, qui a fide Romana receſſere (inter quos ſum natus, educatus, ſtudiis imbutus,) quid me mouerit, ius Canonicum in compendium redigere. Quippe qui omnes, imperiti, periti, imo & qui caeteris acriore eſſe iudicio videri volunt, ius illud iudicent inconditam eſſe Decretorum & Conſtitutionum farraginem, a Pontificibus non ad Reipublicae Chriſtianae, ſed proprium commodum editam, erroribus ſcatentem: ac proinde eius cognitionem non tantum non eſſe neceſſariam, ſed inutilem, imo noxiam. At vero quandoquidem ſcio, iudiciorum ordinem & ſtylum,

quo hodieque fere vtimur, nos maximam ſui partem iſti iuri debere, illis aſſentiri nequeo. Accedit, quod illud neque origine, neque rerum, quaeſtionum & deciſionum magnificentia, dignitate, grauitate, vtilitate & neceſſitate; neque ordinis, diſpoſitionis & connexitatis elegantia (puta quoad Decretales;) neque rationabilitate, aequitate iuri Ciuili ſit poſtponendum, imo in multis ei praeferendum. Quippe ſola aequitate nitens, in multis iuris ciuilis ſcrupuloſas ſubtilitates & obſeruationes rigidas temperat, emendat, corrigit. Praeterea ius ciuile eſt maxime ex Ethnicorum legibus; Canonicum partim ex ſanctorum Patrum ſcriptis, & veterum Conciliorum canonibus; partim reſcriptis Pontificum Romanorum compilatum. Illis conſtat Decretum; His Decretales, Extrauagantes, Clementinae. Quae non pares, ſecundum multos, ſanctitate & ſinceritate. Siquidem Decretum in priſca magis volunt Chriſtianae Eccleſiae diſciplina conſiſtere: ab ea vero non parum recedere Decretales & reliquas huius iuris partes, vtpote quae eo tempore, quo Eccleſiaſticae cauſae antiquam ſimplici-

plicitatem, homines, Eccleſiae titulo inſigniti, antiquos mores iam amiſerant, a Pontificibus Romanis, adhibitis in conſilium iuris conſultis, conſtitutae. Non tamen propterea minus quam Decretum retinendae & obſeruandae. Imo vero, fere dixerim magis. Quia cum ex ciuilium legum rationibus ſint deſumtae, & propius quam Leges veterum ad ſeculum noſtrum & mores hodiernos accedant, ex iis non tantum multarum legum obſcurarum applicatio colligi, ſed & alia, quae ad iuris non tantum Canonici, ſed & Ciuilis cognitionem ſunt neceſſaria, hauriri poſſunt. Proinde quisquis cum vtilitate hodie in foro noſtro verſari cupit, vtriusque iuris, Canonici & Ciuilis, cognitionem coniungere debet. In quo vtrumque, ſed eatenus tantum ſeruatur, quatenus nec religioni, nec aequitati naturali, nec ſtatutis noſtris repugnat. Quippe Ciuile Ius, non minus quam quos volunt habere Canonicum, praeter dogmata religioni, ſed reformatae, contraria & ſuos naeuos habet. Hae & ſimiles rationes me mouerunt, vt hoc Canonici Iuris compendium concinnarem. Putabam enim, mihi non tantum rem vtilem,

vtilem, ſed & aliis gratiſſimam me fa-ſturum. Idque non tantum in ſcholis adhuc militantibus, ſed & Doctoris laureâ iam ornatis. Solent enim in hiſce regionibus non tantum omnes ius hoc canonicum negligere, ſed ex iis multi illud cane peius & angue odio proſequi. At quam turpe ſit, ius, ex cuius cognitione tanta, vt oſtendimus, vtilitas hauriri poteſt, & cuius titulo gaudemus, ignorare, nemo non videt. Quam maculam mihi vt abſtergerem, ſimulque viam ad iſtius Iuris penitiorem cognitionem ſternerem, hoc feci Breuiarium. Illud publici iuris vt facerem, Amicis rogantibus denegare nolui. Equidem illis erat perſuaſum, haud minorem alios ex eius lectione, quam ego ex eius digeſtione perceperam, fructum fore percepturos. Quem aliis inuidere, non eſſe hominis ingenui, ſemper iudicaui: Praeterea ſperabam, me eo alios ad aemulationem excitaturum; & inde ius hoc Canonicum in eum, quo dignum eſt, aeſtimium venturum. Vtrumque ſi conſecutus fuero, ſatis amplum ex labore meo praemium me retuliſſe iudicabo. Valete. *Amſtelod. Anno Dom. MDCXLVIII.*

Cenſura & Facultas Ordinarii.

NOs infra ſcripti relegimus Ius Canonicum per Aphoriſmos ſtrictim explicatum a Praenobili & Clariſſimo Domino Arnoldo Coruino a Belderen I. V. D. Eminentiſſimi & Celſiſſimi Archiepiſcopi ac Principis Electoris Moguntini Conſiliario, & in Academia Moguntina Profeſſore ordinario, antehac editum, in quo cum nihil occurrat aut fidei Catholicae, aut bonis moribus aduerſum, permittitur, vt, quemadmodum ab Auctore reuiſum eſt, ad vtilitatem publicam imprimatur. Moguntiae, 8 Iulii, 1662.

P. de Waldenburg, Ep. Myſ. Suffrag. & Pro-Vicar.

ADOLPHVS GODEFRIDVS VOLVSIVS,
D. Conſiliarius & Sigillifer Mogunt.

IVSTVS

IVSTVS HENNING. BOEHMER IC.

S. P. D.

Beneuolo Lectori.

DEnuo in lucem prodeunt CORVINI *inſtitutiones iuris Canonici*, ante decem annos, & quod excurrit, ab ICto magni nominis B. SAMVELE STRYKIO in vſum lectionum Canonicarum primum in hac Academia editae, nunc vero altera vice in eundem vſum cura mea prelo ſubiectae. Quae rationes olim decus illud & ſidus Germaniae, B. STRYKIVM, mouerunt, vt ductu huius libelli iura *eccleſiaſtica* & *Canonica*, dum viueret, interpretaretur, quasque in *praefatione* expoſuit, eaedem me quoque incitarunt, vt hoc duce libello aliquoties iura eccleſiaſtica auditoribus meis tradiderim, & conſilium coeperim, in poſterum quoque in lectionibus meis Canonicis hoc auctore vtendi. Hunc in finem obſcuriores allegationes, ab Auctore non ſatis diſtinctas, emendaui, praetereaque *ſuccinctas notas* textui ſubieci, vt ſententiam Auctoris illuſtrarent, fontes errorum aperirent, & denique praxin eccleſiarum proteſtantium oſtenderent. Quae intacta relicta ſunt (nec enim commentarium ſcribendi animus fuit) explicationi vberiori, in lectionibus meis inſtituendae, reſeruo. Dab. e muſ. d. 21 Octobr. 1716.

ARNOL-

IVS CANONICVM
PER
APHORISMOS
Strictim
EXPLICATVM.

Liber Primvs.
TITVLVS I.
DE IVRE CANONICO SEV PONTIFICIO.

IVri canonico, ſeu Pontificio, operam daturum prius noſſe oportet, vnde eius nomen deſcendat.

2. Eſt *ius* dictum, quia iuſtum *c. ius generale. §. ius autem. diſt. 1. Canonicum* a Graeco κανὼν, quod latine regula: eo quod normam recte & bene viuendi praebeat, vel quod diſtortum prauumque corrigat. *c. 2. diſt. 2. Pontificium*, quod Pontificem *Romanum* auctorem habeat. (a)

3. *Ius*

(a) Paulo ſerius hoc nomen accepit, poſtquam ſcilicet Praeſules

ſules

3. *Ius* enim *canonicum* dicitur, ius poſitiuum, quod a ſummis Pontificibus eccleſiae Romanae (b) traditum, conſtitutum, vel approbatum fuit.

4. Eſt vel *ſcriptum*, vel *non ſcriptum*.

5. Illud vel eſt *diuinum ius*, vel *conſtitutio eccleſiaſtica*.

6. *Ius diuinum* eſt, quod in lege continetur & Euangelio. (c) *diſt. 1. in ſum.*

7. Hoc omnibus aliis ſcriptis canonicis praefertur: *c. quis neſciat. 8. diſt. 9.* & eſt immutabile. *c. fin. ʃ. his itaque diſt. 6.*

8. *Conſtitutiones eccleſiaſticae* ſunt vel *ſtatuta conciliorum*, tam generalium, quam prouincialium, & Epiſcopalium; *c. 3. diſt. 1.* vel *decreta Ponti-*

ſules Romani leges vniuerſales eccleſiaſticas condendi ius ſibi arrogarunt, quod GREGORIVS VII. potiſſimum in praxin deduxit. Antea ius canonicum vel *eccleſiaſticum* dicebatur, forſan ideo, quod ab *eccleſia* h. e. clericis eſſet conditum.

(b) Non *particularis*, ſed iis, quae eccleſiae Romanae adhaerent, & ita in vtilitatem *cleri Romani*, qui eccleſiam conſtituit, & cuius vtilitas ſuprema lex eccleſiaſtica eſt. Interim Proteſtantes ex vana quadam perſuaſione illud poſt reformationem retinuerunt, vtut eccleſiae Romanae valedixiſſe videantur.

(c) h. e. in V. & nouo teſtamento, ad quod pontifices vbique in ſuis deciſionibus prouocant; in eo tamen peccant: 1) quod *iura ſacerdotalia* ex V. T. ſibi & clero applicent: 2) quod regulas *virtutis* & *amoris* ex N. T. in *leges* proprie dictas transmutent, & *remedia coactiua* inde efficiant.

(d) ab

Pontificum; vel *dicta Sanctorum. c. 2. §. porro. diſt. 3.*

9. *Concilia generalia* ſunt, quae Epiſcopi ex vniuerſo orbe authoritate ſedis Apoſtolicae, *c. 1. & ſeq. diſt. 17.* fidei Euangelicae aſſerendae cauſa, in vnum conuenientes, condiderunt. *c. 1. in princ. verſic. ſub hoc. diſt. 15.*

10. Iis ſtatuta proprie *canones* dicuntur, & ab omnibus per omnia ſeruari debent, praecipue quatuor priorum conciliorum; puta Niceni, Conſtantinopolitani, Epheſini, Chalcedonenſis, *c. ſancta octo. 8. diſt. 16.*

11. *Prouincialia* (d) *concilia* ſunt, quae eccleſiaſticis de cauſis, Metropolitano omnes prouinciae Epiſcopos conuocante, celebrantur. *c. propter. diſt. 18.*

12. *Episcopalia*, quae Epiſcopus in ſua dioeceſi, conuocatis Abbatibus, Presbyteris, Clericis, (e) ſingulis annis celebrat. *c. pen. I. palea. diſt. 18.*

13. Iis

(d) Ab his differunt *nationalia*; quae non ab vna prouincia eccleſiaſtica, ſed a tota *natione*, eiusque clero primario, ſub directione *Primatis* & *indictione regis* vel *principis* habita, quale Proteſtantes tempore reformationis ſaepe vrſerunt, eo adhuc praeiudicio capti, res eccleſiae a clero eſſe decidendas. Prouincialia diu pontifex ſuſtulit, nec nationalia ferre poteſt.

(e) imo & *laicis*. In iure Sax. *lib.* 1. *art.* 2. dicitur: die ſchöppenbare Leute beſuchen des Biſchoffs Sent. Inde forſan eſt petenda deriuatio der *Semper*-freyen h. e. *Sentbar* freyen, ſicut in antiquis diplomatibus ſaepe dicitur erber pro ehrbar. Similes Synodi olim in Saxonia viguere. Ziegl, *de Superint.*

 (f) quan-

13. Iis ſtatuta, non proprie canones, ſed *conſtitutiones* dicuntur; & tantum eius prouinciae, ciuitatis, & dioeceſis homines deuinciunt; *c.1. diſt.18.* Felin. *in c.3. num.5. de iureiur. & c.1. Ext. eod.* ſi puta canonibus conciliorum vniuerſalium, vel conciliorum per generalia receptorum, non aduerſantur: *c.1. diſt.18.* & interdum (f) confirmatione Apoſtolicae ſedis indigent. *c. cum acceſſiſſent. 8. X. de conſtitut.*

14. Sic confirmata, (ff) & caeteros Chriſtianos obligant. *c.1. diſt.20.* Ratio eſt *in c. ſi Apoſt. 22. de praebend. in 6.*

15. *Decreta Pontificum* ſunt conſtitutiones eccleſiaſticae, a ſummo Pontifice, vel ſolo vel Cardinalium Epiſcoporum conſilio adhibito, (g) aut vltro, aut aliquo interpellante, factae. (gg) *c.1. de conſt. c. generali. 11. C.25. q.1.* Gl. *in c. omnes. 3. diſt. c.1. de reſcr.*

16. Ea, ſi generalia ſunt, omnibus; *c.1. de conſtit.* ſi ſpecialia, iis, quibus conceſſa, legem imponunt: *c. ideo. §. neque enim. C. 25. qu. 1. c. priuilegia. 3. diſt. 3.* & tum *priuilegia* dicuntur.

17. Species conſtitutionum ſunt *reſcripta*; nam ius inter partes, & in negotiis, ſeu rebus, ſuper quibus conceduntur, faciunt: *c. conſtitutus 11. de conceſſ. praebend. c. cum dilecta. 22. X. de reſcript.*

18. Modo

(f) quando circa *diſciplinam eccleſiaſticam* noui quid conſtituunt. Pleraq; enim iura communia tantum confirmant.

(ff) & auctoritate papali collecta. Huc pertinet DIONYSII *codex canonum.* GRATIANI collectio *tacita* quadam confirmatione conſtat.

(g) in cauſis arduis & maioribus. *c. 10. X. de his quae fiunt a praelat. c. 1. de conceſſ. praeb. in 6.*

(gg) vel eidem per falſum attributae, quorſum pertinet ISIDORI *collectio.*

(h) ta-

18. Modo non per mendacium, (h) aut veritatis occultationem, Felin. *c. ad audientiam. 2. num. 27. & num. 28. & c. ſuper literis. 20. num. 17. de reſcript.* licet contra, vel praeter ius, impetrata ſint. *c. 1. & 2. diſt. 19. c. 3. diſt. 29.*

19. Sunt *reſcripta* literae (i) *c. 1. & pasſim de reſcript.* a ſummo Pontifice, *c. 2. eod.* vel eius Vicario, *c. pen. de vicar.* ſiue motu proprio, *c. ſi motu. 23. & c. ſeq. de praebend. in 6.* ſiue aliquo ſuggerente; (quae ſuggeſtio vocatur intimatio, *c. 2. de reſcript.* vel inſinuatio, *c. 3. de procur.* vel relatio, *c. 4. verſ. nos vero eod.*) & aut conquerente, *c. 2. & 4. eod.* & ſupplicante, *c. vlt. de eo qui cogn. conſang. vx.* aut conſulente, *c. conſuluit. 24. de offic. iud. deleg.* emiſſae.

20. Poſteriora reſcripta prioribus, ſi de iis mentionem habeant, aut ſi is, qui priora impetrauit, iis dolo vel culpa intra annum non ſit vſus, *c. ſi autem. 12. c. plerumque. 73. de reſcript.* praeferuntur: *c. caeterum. 3. ſ. 1.* vbi Dd. *de reſcript.* Specialia, generalibus. *c. paſtoralis. 14. ſ. quoniam. X. de reſcript. c. ſtuduiſti. 2. X. de offic. leg.*

21. Quae

(h) tale ſcilicet, in quo reſcribens ſe potiſſimum fundauit; *c. 2. X. de reſtit. ſpol.* ineſt enim reſcripto ſemper haec clauſula: *ſi preces veritate nitantur*, *c. 2. X. de reſcript.* adeoque, detecta falſitate, ad ſuperiorem referendum. *c. 5. X eod.*

(i) quomodo differant *Bullae & Breue*, vid. ESPEN. *in iure eccleſ. P. 1. tit. 23. c. 4.* De plumbo aulae Romanae occurrit elegans ſcomma apud BALVZIVM *ad Lupum p. 349.*

21. Quae contra formam (k) reſcriptorum fiunt, infirmantur. *c. cum dilecta, 22. verſ. dictum de reſcript.*

22. *Sanctorum dicta* vim conſtitutionum habent: puta ea, quae collectore Gratiano ex ſcriptis Doctorum eccleſiae, auctoritate Eugenii tertii (l) ſub nomine decretorum, iuris nomen & vim acceperunt, (m) & ſacris canonibus inſerta ſunt. *c. 1. & per tot. diſt. 20.*

23. *Ius canonicum non ſcriptum*, in eccleſiae Romanae *conſuetudine* (n) recepta conſiſtit. *c. noli-*

(k) maxime (1) quae contra *ſtylum conſuetum curiae* ſunt concepta, *c. 6. X. de crim. falſ.* (2) quae vitium in conſtructione continent: *c. 11. X. de reſcript.* haec ſuſpicione falſitatis laborant, non vero, vt autor vult, mox irrita ſunt. Vid. THEODORVS AMYDENIVS *de ſtylo Datariae.*

(l) Hoc fidei hiſtoricae repugnat. Priuata auctoritate compilatum & per *vſum* & *obſeruantiam* in praxin deductum eſt; nunquam autem *expreſſa approbatione* confirmatum. Vid. *ius eccleſ. prot. lib. 1. tit. 2. §. 15. ſqq.*

(m) ſed pleraque 1) *doctrinalia* ſunt, quae *vim legis* accipere non potuere: plura 2) *fidei articulos* reſpiciunt, quae rurſus ad *leges* non ſunt trahenda: alia 3) reſpiciunt *fidem hiſtoricam*, quae ſaepe fallunt, nec iuris vim obtinent. Vnice 4) fere huc pertinent, quae *diſciplinam antiquam eccleſiaſticam* illuſtrant explicantue, quae tamen in plerisque ſunt mutata.

(n) vel *obſeruantia eccleſiaſtica.* Haec non ſemper *tacite* introducitur, ſed ſaepe praeſupponit *expreſſam* ab initio *ſanctionem*, per ſcripturam non promulgatam, ſed ad poſteros per *obſeruantiam & traditionem* deductam. Varia concilia ſeculo II. & III. habita ſunt: nulli canones *ſcripti*

nolite. c. Eccleſiaſticarum. diſt. 11. c. ex literis. de conſtitut.

24. *Conſuetudo* eſt ius, quod moribus (nn) introductum.

25. Hoc, ſi neque bonis moribus, neque decretis, neque conciliis aduerſetur, in rebus & iuribus eccleſiaſticis, ſcriptae conſtitutionis (o) vigorem habet. *c. diuturni. 6. diſt. 12. c. conſuetudo. 5. diſt. 1.*

26. Stylus curiae Romanae etiam, vbi ius non eſt contrarium, in deciſionibus allegari poteſt. *c. literas. 2. X. de iuram. calumn.* Panorm. *ad c. ex literis. de conſt.* Felin. *ad c. nam. 16. de reſcript.*

27. Is eſt, formula, qua Aulae Romanae curiales in reſcriptis, vel aliis negotiis expediendis, vtuntur. *c. 8. X. de confirm. vtil. vel inutil.*

28. Omne ius canonicum verſatur circa tria; *perſonas, res,* & *iudicia.*

29. Videndum primum de perſonis, quarum cauſa caetera omnia adinuenta. *Geneſ. 1.*

TIT.

ſcripti in iis editi, ſed quod concilio placuit, mox in praxin deductum eſt. Vid. *diſſ. de obſeruant. eccleſ.*

(nn) h. e. factis vniformibus eorum, qui ſunt in eccleſia, vnde *tacitus conſenſus* naſcitur, qui hic ſufficit, ſine legislatoris approbatione.

(o) adeo, vt etiam *canonis* & *legis eccleſiaſticae* nomen ſortiatur, quod ex canonibus Nicaenis apparet, in quibus ſaepe ad *canones* prouocatur, per quos *antiqua obſeruantia* eccleſiaſtica intelligitur, cum eo tempore nullum *concilium vniuerſale* eſſet conditum, & ita *canones ſcripti* vniuerſales deficerent.

 (p) Lai-

TIT. II. I. x. 6.
DE IVRE PERSONARVM.

1. PErſonae, quae hoc iure conſiderantur, ſunt *eccleſiaſticae*, tam *improprie*, quam *proprie* dictae. *c. duo ſunt genera Chriſtianorum. 7. cauſ. 12. qu. 1.*

2. Eccleſiaſticae perſonae *improprie* dictae ſunt *laici*, (p) id eſt, populares: *d. c. duo ſunt genera. verſ. aliud vero.* dicuntur eccleſiaſtici; quia diuino baptiſmatis munere in eccleſia admiſſi, & Chriſtianorum in albo deſcripti.

3. Eccleſiaſticae perſonae *proprie* dictae ſunt, qui eccleſiae ipſius ritibus, & ſolemnibus quibusdam ſeruatis, ab Epiſcopo, vt illi famulentur, ſunt adſcripti. *Clerici* dicuntur; eo quod in ſortem Domini ſunt electi. (q) *d. c. duo ſunt genera. 7. verſ. inde.* à graeco κλῆρος, quia Deus dixit ego ſum ſors veſtra.

4. *Illi,*

(p) Laici ideo dicuntur improprie dicti *eccleſiaſtici*, quod ſoli *clerici* primario conſtituere dicantur *eccleſiam*, cui praeſunt, & iura praeſcribunt: inde quicquid praedicatur in iure canonico de *eccleſia*, hoc vt plurimum de *clericis*, non *laicis*, intelligendum. Olim non erat ſic. Deinde de *laicis*, parum aut nihil in iure canonico traditur, quia gloria parendi iis relicta, a iure autem eccleſiaſtico prorſus excluſi ſunt. Inde ſub voce *populi* clericos comprehendi negant. *c.* 16. *de ſent. excomm. in* 6. *c.* 18 *in f. de elect.*

(q) Veriorem denominationis rationem tradidi in *diſſert. eccleſ. ad Plin. & Tertull. diſſ VI.* §. 6. *ſeqq.* Sed negari nequit, primum papatus fulcrum in hac diſtinctione inter *clericos* & *laicos* quaerendum eſſe, quos ita diſcernunt

4. *Illi*, de quibus nobis hic non erit ſermo, diuinis officiis non ſunt mancipati: *hi* ſunt, & proinde, vt contemplationi & orationi intentius vacare poſſint, ab omni temporalium negotiorum turba & ſtrepitu ſe continere & temperare debent. *d. c. duo ſunt.*

5. Sunt vel *regulares*, ſeu *religioſi*, ſic in ſpecie dicti, quod ſe omnium maxime religioni (r) deuouiſſe cenſentur; cum monaſteriorum anguſtiis circumſcripti, ſub vnius Praelati nutu, propriis omnibus ſponte exuti, & continentiam profeſſi degant: vel *ſeculares clerici.* (s)

6. Horum alii ſunt in *ſacerdotio*, (t) & vel in *al-*

nunt, vt ſtatus *clericorum* & *laicorum* ſit toto coelo diuerſus, h. e. vt illi *imperent* in eccleſia, hi *pareant*. Eſt enim ex eorum opinione eccleſia *reſpublica* quaedam, in qua clerici laicis, qui de illa ſunt, imperant. Hinc diſtinctio inter *laicos* & *clericos* conuenit cum illa, qua, qui ſunt in republica, diuiduntur inter *imperantes* & *parentes*.

(r) *Religionem* potiſſimum quaerunt in duobus: 1) in votis tribus monaſticis; 2) in vita ad regulas praeſcriptas exigenda, ſecundum quas edendum, bibendum, orandum, canendum, &c. De vita ad exemplar Chriſti effigienda altum ſilentium. Stricte autem *regulares* dicuntur, qui *proprietati* renunciarunt.

(s) Hi ius acquirendi habent, quia votum *paupertatis* haud fecerunt, adeoque ius teſtamenta condendi habent, quod *regulares* amiſere.

(t) h. e. ſacrificium miſſae peragunt, quod ſacerdotium deſiderat.

altiori gradu, ſeu *ordine*; vel in *inferiore:* alii in *ſacris*; (u) alii *nec in ſacerdotio*, *nec in ſacris.* (x) *d. c. duo ſunt. C. 12. qu. 1.*

7. In *ſacerdotio*, & *altiori ordine* (xx) ſunt *Epiſcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri.*

Tit. III. l. x. 12.

DE EPISCOPIS, SVMMO PONTIFICE, ET CARDINALIBVS.

1. E*Piſcopi* dicuntur quaſi ſpeculatores, quod populorum ſibi creditorum mores debeant ſpeculari. (y) *c. cleros. 1. diſt. 21.*

2. Sunt vel *ſimpliciter Epiſcopi*, & ſingulis ciuitatibus (z) cum dioeceſi praeſunt, *c. 1. ſſ. Epiſcopus diſt. 21.* vel *Metropolitani*, Archiepiscopi quandoque dicti, & ſingulis prouinciis (a) praeſident; qua-

(u) h. e. inſeruiunt ſacrificulis ſeu ſacerdotibus in actu miſſatico.

(x) h. e. plane non concurrunt ad actum miſſaticum, ſed aliud munus vulgare in eccleſia expediunt.

(xx) in quo in V. T. *ſacerdotes ſummi* erant. Hoc ſenſu *ſacerdotium* eſt *ſumma poteſtas eccleſiaſtica*, clero maiori aſſerta. De hoc intelligendi, qui *concordiam ſacerdotii & imperii* conſtituere ſtuduerunt.

(y) vel potius, qui clero & populo praeſunt, & in vtrumque iurisdictionem eccleſiaſticam exercent. Olim erant presbyteri *primi*, nec *ordine* a reliquis presbyteris differebant, quod pluribus explicui *in diſſ. ad Plin. II. & Tertull. diſſ. 7.*

(z) olim ſcilicet: poſtea, diſtrictibus ampliatis, rariores factae ſunt ſedes episcopales, vt *potiores* tantum ciuitates episcopos haberent.

(a) *eccleſiaſticis*, quae olim ad *formam imperii ciuilis* diſtributae erant; ſed hodie metropolitanus cum ſuffraganeis

qualis eſt, quae decem aut vndecim habet ciuitates: *c. ſcitote. 2. C. 6. qu. 3.* Vel *Archiepiſcopi*, ſeu *Primates*, quibus Metropolitani, caeterique eius prouinciae *Epiſcopi* ſubiiciuntur. *d. c. 1. diſt. 21.* Aliquando Patriarchae dicuntur. *c. in illis vero ciuitatibus. 2. per tot. diſt. 80.*

3. Hi tamen proprie hodie ſunt quatuor Epiſcopi, primum poſt ſummum Pontificem locum obtinentes: hoc videlicet ordine: *Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus. c. antiqua. de priuileg. diſt. 22. in ſumm.* vbi gl. *& per tot.*

4. Omnes Epiſcopi habent ligandi ſoluendique poteſtatem, (b) & viſitandi diligentiam, ſoli in eccleſia ſacrum chriſma conficiunt, Dei altaria & eccleſias conſecrant, pollutas repurgant, clericos ordinant, ſuſpendunt, deponunt; delinquentes excommunicant, purgationes indicunt, diſpenſant, ſolennes poenitentias imponunt. *c. 1. verſ. ad Epiſcop. diſt. 25. c. quamuis. 4. diſt. 68. & C. 26. qu. 6. per tot.*

5. In

neis ſuis vnam conſtituit prouinciam eccleſiaſticam, licet *territoria* diuerſa ſint quoad regimen ciuile, quod tamen reſtrictum in *I. P. art. V.* §. 48.

(b) Inde *imperium ſacrum*, quod ad *conſcientias* quoque extenditur, natum eſt. Ligare quoque & ſoluere Presbyteri dicuntur; ſed non cum eadem auctoritate & efficacia, quia illis tantum *forum poenitentiale* commiſſum dicitur, vi cuius vnice excludere poſſunt contumaces a S. coena, non vero eos maiori excommunicatione ligare.

(c) ab

5. In Epiſcoporum ordine & *ſummus Pontifex* cenſetur; ſed poteſtatem (c) caeteris habet maiorem. *c. decreto, 11. C. 2. qu. 6. in fin. c. qui ſe ſcit. 12. qu. cit. c. multum ſtupeo. 8. ad fin. C. 3. qu. 6.*

6. Omnes enim iudicat, a nemine iudicatur, excepto concilio generali in cauſa haereſis: (d) *c. mandaſtis. 10.* vbi Gl. *verb. potuiſſem. C. 2. qu. 5.* Solus quaeſtiones de fide, maioresque eccleſiae cauſas decidit: (e) concilia, eorumque ſcripta approbat: Synodum generalem congregat: Epiſcopos electosque transfert, & eorum ſedes mutat: ipſos deponit; depoſitos reſtituit: ceſſiones ab ipſis accipit: eos, ne cui alii quam ſedi Apoſtolicae parere teneantur, eximit: Epiſcopatus duos vnit: vnum partitur: (f) vota commutat: illegitimos dignitatum capaces reddit: appellationes ad ſe, mediis omiſſis, interpoſitas admittit; de iis cognoſcit; ſententias nulli appellationi ſubiectas fert. *c. 2. de translat. Epiſcop. & c. quod translatione 4. X. de offic.*

(c) ab initio *aequalem*, poſtea *auctoritatem*, ſed ſine imperio in reliquos, accepit: tandem vel *vi*, vel *clam*, vel *precario* etiam *imperium* in reliquos obtinuit. vid. MORNAEVS *de myſterio iniqu.* HEIDEGGERVS *in hiſtor. pap.*

(d) In cauſis *fidei* Gallia ſubiicit pontificem concilio vniuerſali. conf. MARCA *lib. I. de C. S. & I. c. 2.*

(e) qua aſtutia Papa id ſibi vindicauerit, oſtendi in *diſſ. de cauſ. ard. & mai. c. III.*

(f) Haec omnia fere INNOCENTIVS III. noui iuris artifex, ad ſe primus traxit, quod & MARCA fatetur.

(g) In

offic. leg. vbi Gl. *& c. ſicut vnire 8. X. de exceſſ. praelat.*

7. Eligitur ex corpore Cardinalium. *c. oportebat.3. & c. ſeq. D. 79.*

8. *Cardinales* ſunt tanquam Senatores Pontificis, ſeu ſenatus eccleſiae. (g) *c. Eccleſia. 7. C. 16. qu. 1.*

9. Sunt alii *Cardinales Diaconi*, alii *Cardinales Presbyteri*, alii *Cardinales Epiſcopi*; habita ratione titulorum, quibus inſigniuntur.

10. Singuli in ſuis titulis, ſibi decretis, (h) habent iurisdictionem pene epiſcopalem; quia & tituli illi eccleſiis ſeu parochiis Epiſcoporum comparantur. *c. his quae pro. 11. X. de maior. & obed. c. ex geſtis. 2. X. de cleric. non reſid.*

11. Numerus Cardinalium non eſt definitus, ſed ſum-

(g) In qualibet eccleſia olim erat *Epiſcopus* cum *presbyteris* & *diaconis*, qui *ſenatum eccleſiaſticum* conſtituebant, & ſic etiam in Romana. *Cardinalis* denominatio in genere tribuebatur illis, qui proprii illius eccleſiae erant clerici, & *vacantibus* opponebantur. Hi tantum ad tempus ſaepe munia eccleſiaſtica obibant, in eccleſia *non ſua*, adeoque ex hac appellatione nulla praerogatiua iis competebat. M. A. DE DOMINIS *de republ. eccleſ. lib. IV. c.* 5. Tandem ſeculo XI. hoc nomen clerus Romanus priuatiue ſibi adſcripſit, & ſenſim maiorem affectauit poteſtatem, ad exemplum heri ſui. Conf. ESPEN. *P. I. iur. eccleſ. tit.* 21. *cap.* 1. §. 14.

(h) h. e. eccleſiis, quibus adſcripti ſunt, & ordinati.

(i) Ar-

ſummi Pontiſicis arbitrio, a quo eliguntur, augétur, vel minuitur.

12. Eligi debent, ſcrutinio & conſenſu Cardinalium de viro probo, moribus bonis inſignito, iuſtis natalibus orto, aetatis triginta annorum, qui non ſit nepos ex fratre vel ſorore ſummi Pontificis, vel Cardinalis. (i) Secundum *Synod. Baſil.* §. *fin. de num. & qual. Card. in pragm. ſanct.*

13. Cardinales omnes olim bis in hebdomade in conſiſtorium apud Pontificem conueniebant; hodie tantum ſemel.

14. In conſiſtorio proponuntur & deciduntur controuerſiae electorum, ad quem electio pertinet, diſcutitur; per illud ad beneficia conſiſtorialia, id eſt, quae ſedi Apoſtolicae reſeruata, (k) praepoſiti eliguntur; in illo omnia, quae ad cultum diuinum, ac fidem Chriſtianam, religionem, & pacem orbis Chriſtiani, & conſeruationem temporalem eccleſiae Romanae pertinent, tractantur. Tholoſ. *in ſyntagm. iur. vniu. lib. 15. c. 4. num. 15.*

15. Car-

(i) Artes arcanas, quae in electione Pontificis adhibentur, eleganter detexit Autor in tr. quem vocat, *Tableau de la cour de Rome.*

(k) Haec vel ſunt *determinata* in corpore iuris canonici, vel determinantur in *regulis cancellariae*, quas quilibet Pontifex in ingreſſu ſui Regiminis conſtituere ſolet, quae tamen per *concordata nationis German.* reſtricta ſunt.

(kk)

15. Cardinales, ſede Pontificatus vacante, eccleſiam regunt. *Idem d. loc.*

TIT. IV. I. x. 6.
DE ELCTIONE.

1. QVia modo per *electionem*, modo per *poſtulationem* Epiſcopi ac caeteri Praelati promouentur, *c. 3. in fin. c. 4. §. caeterum. de poſtul. Praelat. c. innotuit. 20. c. ſcriptum. 40. X. de elect.* ideo de his duobus promouendi modis dicendum, & primum de *electione*.

2. *Electio*, eſt alicuius perſonae idoneae ad praelationem, vel *fraternam* (kk) ſocietatem, canonice facta vocatio. (l) Hoſtienſ. *in §. 1.* & Gl. *in c. 1. in ver. vera poſtulatio. de poſtulat. in 6.*

3. Pertinet Praelati electio ad *collegium*, (m) cui Paſtor quaeritur, & ad eos, qui pacto, vel priuilegio, vel conſuetudine hoc ius obtinuerunt. *c. 3. de*

(kk) Hac appellatione inter ſe vtuntur elerici, qua olim generatim omnes chriſtiani vtebantur, ſcilicet vt oſtendant, ſe eſſe κατ' ἐξοχὴν Chriſtianos.

(l) & quidem per vota *capituli* maiora, in quo differt a *ſimplici collatione* beneficiorum minorum, quae fit ab *ordinario collatore*.

(m) Olim ad totam eccleſiam ſeu coetum fidelium, prout plenius docet BLONDELLVS *de episc. in f.* & in tr. *de iure pleb. in regim. eccleſ.* CONRING. *de conſtit. Epiſcop.*

(mm)

de cauſ. poſſ. & prop. c. vlt. C. 16. qu. vlt. Hoſt. *in* §. *quis posſit.* niſi iure eligere prohibeantur.

4. Prohibentur (1) impuberes; *c. ex eo quod. 32. in pr. de elect. in 6.* (2) qui ſacris ordinibus non ſunt decorati; *clem. vt ii. 2. de aetate & qual.* vbi Gl. (3) qui excommunicatione maiore, vel ſuſpenſione per iudicis ſententiam illigati: *c. illa quotidiana. 39. h.* vbi Doctor. *c. fin. de procur.* ibique Dd. & *c. fin. de cler. excomm. miniſt.* (4) qui ad eos ordines, quos dignitas, perſonatusue, aut officium ſuum exigit, cum poſſent, non ſunt promoti; (mm) *d. clem. vt hi.* (5) qui laici, ſiue conuerſi (vt vocant) *c. ex eo. 32. in pr. & fin. cum Gl. hic in 6.* ſiue ſimplices; licet eccleſiae viduatae ſint Patroni. *c. ſacroſancta. 51. & c. Maſſana. 56. h. t. ibique* Gl. & Dd. Vt conſentiant tamen, tum adeundi: *d. c. Maſſana 56. & d. c. ſacroſancta. 51.* (6) qui ſcientes indignum elegerunt; *c. quisquis. 43. X. eod.* (7) qui abſentes. (n)

5. Hi tamen, ſi iuſte impediti abſint, (quod, ſi opus, iureiurando affirmare debent, *c. quia propter. 42. X. §. illud autem. hic*) vni, vel pluribus ex collegio, ſeu capitulo, vicem ſuam mandare, ſed in ſolidum

(mm) Saepius canonici hodie aſſumuntur ſine *ordinibus*, h. e. ſine aſſumtione illius officii, cui reditus ſunt deſtinati. Quando autem imminet electio, ordines expetunt, vt votum ſuum in capitulo dare poſſint, id quod illis lucroſum eſt.

(n) Citandi tamen ſunt, *c. 42. X.* tr. niſi valde remoti fuerint. *c. 18. h. t.*

(o) cum

lidum, (o) poſſunt; non per literas votum ſuum declarare, nec extraneum procuratorem dare. *c. ſi quis iuſto. 46. hic. in 6.*

6. Procurator ex ipſo collegio conſtitutus, quem *ſuo nomine* elegit; eundem & *vice domini* eum conſtituentis eligere debet; niſi ſpeciali mandato domini ei, quem eius nomine eligere debeat, ſit praeſcriptum. *d. c. ſi quis. §. porro. hic in 6.*

7. Eligi debent idonei, (p) non iure prohibiti; vt 1] minor triginta annis, 2] ſpurius, 3] indoctus, *c. cum in cunctis. 7. hic.* 4] excommunicatus aut ſuſpenſus, *c. vlt. verſ. ſi tamen ſcienter. de cler. excomm.* 5] Simoniacus, *c. ſuper eo. 12. in fin. & c. ſi alicuius. 59. hic.* 6] auarus, *c. cum ſequente. in princ. diſt. 85.* 7] qui a laico antea ſe eligi paſſus, *c. quisquis. 43. hic.* 8] qui plura beneficia curata habet, *c. dudum. 54. eod.* 9] qui inferiores ordines per interſtitia temporum gradatim non impleuit; *c. 1. de aetat. & qual. praefic. c. 1. diſt. 77. c. hoc ad nos. C. vlt. diſt. 59.* 10] qui in ſacris ordinibus, ſaltem

(o) cum alias plures procuratores dati *coniunctim* agere debeant. Idem quoque in Caeſarum electione receptum eſt, qui *in ſolidum* cenſentur conſtituti.

(p) olim qui erant *de gremio eccleſiae, c. 13. D. 61.* quod hodie non attenditur, ſed in Germania potisſimum rei germanicae habetur ratio, vt is eligatur, qui *Hierarchiae* incrementum promouere poteſt, quique imperio profuturus iudicatur. Inde tot commendationes Caeſaris, aliorumque, qui inde emolumentum ſperant.

tem ſub diaconatu non eſt conſtitutus: 11] ſchiſmaticus; *c. de Syracuſanae. 13. in fin. diſt. 28. c. a multis. 9. de aetat. & qual.* 12] neophyta; id eſt, qui propoſitum ſacrae religionis nouiter aſſumſit; *c. 1. & 2. diſt. 48.* 13] qui ſcienter inidoneum elegit. Hic enim per triennium eligi non poteſt. *c. cum in cunctis. §. fin. & c. cum Vintonenſ. c. per inquiſitionem. hic.*

8. Non poteſt fieri electio, niſi eccleſia vel per Epiſcopi mortem, *c. factus. 5. in princ. c. Nouatianus. 6. c. denique. 9. C. 7. qu. 1.* vel ob culpam eius remotionem, *in princ. verſ. ni forte in C. 7. qu. 1.* vel renunciationem validam, *c. vlt. de renunciat.* vel ad aliam eccleſiam tranſitionem, *c. mutationes. 34. c. Epiſcopus. 37. C. 7. qu. 1.* vel religionis ingreſſum, *c. temporis. 44. §. item cum.* cum *c. ſeq. d. qu.* 1 vacante. (q)

9. Facienda intra tres menſes; alias ius eligendi amittitur, & ad ſuperiorem deuoluitur. (r) *c. ne pro defectu. 41. hic. c. poſtquam. 11. diſt. 50.* Niſi per eum, ſine cuius licentia eligere nequeunt, ea poſtulata ſteterit, quo minus intra ſtatutum tempus elegerint. *c. vlt. X. hic.* (s) 10. Ap-

(q) Idem dicendum, ſi per *religionis mutationem* vacat, virtute *reſeruati eccleſiaſtici* in I. P. *art. V. §. 15.* confirmati.

(r) Hoc ius *deuolutionis* in capitulis *immediatis* proteſtantium ceſſat, quia ſuperior deficit.

(s) Interim vocatur *ſedes impedita*, de qua egi *ſpec. diſſert.* Sed etiam pontifex *ex ratione ſtatus* electionem ad aliquod tempus ſuſpendere ſolet, quod tamen concordatis *nationis germanicae* aduerſatur.

(t) Vi

10. Appellatione contra electionem pendente, alia electio eſt inhibenda; quae interim facta, reſcinditur. *c. conſideravimus. 10. h. t.*

11. Fieri debet electio in eccleſia cathedrali. *c. quod ſicut. 28. in princ. verſ. cum iuxta h. t. c. qua fronte. 25. in princ. de appellat.*

12. In ea facienda citari debent omnes, qui habent ius eligendi, vt poſſint intereſſe, ſi velint: alioqui electio non valet: niſi is, qui non citatus abfuit, eam poſtea ratam habeat. *c. quod ſicut. 28. c. coram dilecto. 35. h. t.*

13. Celebratur electio per *ſcrutinium*, *compromiſſum*, *inſpirationem.*

14. Per *ſcrutinium* fieri dicitur, (t) cum praeſentibus omnibus, qui *debent*, & *volunt*, & *poſſunt* commode intereſſe, adſumuntur tres de collegio (u) fide digni, qui *ſecrete* & *ſigillatim* vota cunctorum diligenter exquirant, & in ſcriptis redacta mox in communi publicent, (o) nullo prorſus appellationis obſtaculo interiecto; vt is, collatione votorum inter ſe facta, eligatur, in quem omnes, vel *maior* & *ſanior* capituli pars, conſentit. *c. in nomi-*

(t) Vt omnia rite peracta eſſe probari queat, Notarii adhibentur, quod etiam in electionibus Caeſarum iuris eſt.

(u) in capitulis proteſtantium *mediatis* commiſſarii a domino territorii ad hoc negotium deputantur.

(o) cuius effectus eſt, ne eligentes poſtea vota ſua reuocare poſſint. Plenius de hac materia agit PASSERINVS *de elect. canon.*

mine Domini. 1. §. eligatur, verb. fieri in vrbe diſt. 23. c. publicato. 58. X. h. t. c. quia propter. 42. in pr. & fin. vbi Gl. *h. t.*

15. Plures ſi ſint electiones, non ſufficit quem a pluribus electum quam alii; niſi pars, quae hunc elegit, ſit totius capituli maior pars. *c. Eccleſia veſtra. 38. h. t. & c. ſi cui eligendi. 23. h. t. in 6.*

16. In electione Papae ſpeciale; vt in ea neque citatio ſit neceſſaria, neque abſens votum ſuum alii demandare; neque à paucioribus quam duabus Cardinalium partibus electus pro Papa ſe gerere poſſit: ſi hoc faciat, excommunicationi ſubiacet, & ſacri ordinis priuatione multatur. *c. 6. h. t.* (p)

17. In aliorum Praelatorum electione, ſi altera pars eligentium numero, altera eligentium auctoritate, & electi meritis praecellat, neutra valet electio; quia, vt a maiori & ſaniori parte ſit electus, coniunctim requiritur. *c. Eccleſia veſtra. 57. h. t.*

18. Si tamen alterius partis numerus duplo maior ſit, eius electio *indiſtincte* valet; *c. ſi quando. 9. h. t. in 6.* dummodo electus ſit idoneus; ſi non, confirmabitur electio perſonae idoneae, a minore parte facta. *c. dudum 22. h. t.* (pp)

19. Per *compromiſſum* ſit electio, cum eligendi poteſtas vni, *c. cauſſam. 8. h. t.* vel duobus, vel plu-

(p) Hiſtoriam *conclauis* cum bullis PII IV. & GREGORII XV. edidit CONRINGIVS.

(pp) id quod papa vi *concordatorum* facere poteſt, cui integrum eſt, electionem aut confirmare aut infirmare.

(q) *Ma-*

pluribus viris idoneis, *c. in cauſis. 30. c. cum in iure. 33. cum in veteri. 52. h. t.* ſiue de collegio, *d. c. in cauſis. d. c. cum in iure. d. c. cum in veteri.* ſiue extra collegium, *d. c. cauſam. 8. h. t.* ab omnibus, qui ius eligendi habent, Abb. *d. c. quia propter. §. vel ſaltem, num. 2.* committitur, qui vice omnium vel loco vacanti proſpiciant; vel alios, qui hoc faciant, eligant. *c. in cauſis 30. h. t.*

20. Electione a maiore parte eorum, in quos compromiſſum, celebrata, & mandati forma ad vnguem (vt fieri debet) ſeruata, electus recuſari non poteſt. *c. cum dilectus. 32.* vbi Abb. *hic.*

21. Ita tamen ſi compromiſſum nemine diſcrepante (q) Abb. *in d. c. quia propter §. vel ſaltem.* & ante electionem ſit factum: poſt factum in praeiudicium electi, laudumque ſecutum electo non nocebit. *c. cum inter canonicos. 2. h. t.*

22. Per *inſpirationem* (r) fit electio, cum ſimul omnes Electores, quaſi diuino impulſu commoti, ſtatim, nullo tractatu praecedente, in vnius electione conſentiunt *d. c. quia propter. 42. h. t.*

23. Haec vt valeat, neceſſe, vt abſque vitio ſimoniae, conſpirationis, coniurationis, requiſitionis, vel conſenſus extra capitulum habiti, proceſſerit, Dd.

(q) *Maioris partis* vota non ſufficiunt, cum de intereſſe ſingulorum agatur.

(r) Haec vix vſitata, feliciter tamen quandoque, piis adhibitis fraudibus, adhibita in electione pontificis, vti Autor in tr. *tableau de la cour de Rome* eleganter oſtendit.

Dd. *in d. c. quia propter. & c. poſt petitum. eodem.*

TIT. V. I. x. 5.
DE POSTVLATIONE.

1. POſtulatio (s) eſt concors Capituli petitio, vt is in Praelatum promoueatur, ſiue adſumatur, qui non propter animi, vel corporis, vitium, ſed ob alium defectum, propter quem non eſt inhabilis ad proſpiciendum eccleſiae, veluti, quia eſt minor triginta annis, aut laicus, in minoribus ordinibus, illegitimus, eligi nequit. *c. quam ſit. 6. §. deinceps.* vbi Gl. *verb. ſimiles. de elect. in 6.* Gl. *in c. fin. h. t. c. innotuit. 20. X. de elect.*

2. Eſt vel *ſolennis*, quam modo definiuimus; vel *non ſolennis*, ſeu *ſimplex*.

3. *Solennis* recta ad ſuperiorem intenditur, qui omnem poſtulanti impedimentum remouere poteſt. (t)

4. Proinde ſi quis ad epiſcopatum poſtulandus, Pon-

(s) Haec olim concomitans electionis erat, & maxime tunc nomen hoc frequentabatur, vbi populus *poſtulabat* vel *petebat* ſibi epiſcopum, *c. 16. D. 61. c. 1. D. 62.* etiam ab imperatoribus, qui inueſtituram per baculum & annulum habebant.

(t) in capitulis proteſtantium nomen hoc manſit, ſed ipſa poſtulatio ad ſuperiorem non dirigitur, quj deficit. Si in *mediatis* defectu canonico laborans poſtulatur, poſtulatio dirigitur ad principem territorii.

(u)

Pontifici: ſi ad dignitatem epiſcopatui inferiorem, ei qui confirmandi ius habet, poſtulatio porrigi debet; dummodo impedimentum, quod remoueri poſtulatur, ille poſſit abolere Abb. *c. fin. num. 10. verſ. venio nunc. h. t.*

5. Fit vel per *ſcrutinium*, cuius tamen forma ad vnguem, vt plerumque fit, ſeruari non neceſſe: Abb. *in c. quia propter. 42. in princ. col. 3. circ. med. verſ. quarto. de elect.* Innoc. *c. in cauſis. 30. de elect.* vel per *compromiſſum*, Abb. *d. c. quia propter. 42. col. 3. de elect.* ab iis qui poſſunt eligere. *c. innotuit nobis. 20. eod.*

6. Electio & poſtulatio ſimul iungi non poſſunt; vt *Eligo poſtulando, poſtulo eligendo, eligo & poſtulo. c. 1. de elect. in 6.*

7. Vt poſtulatio valeat, non ſufficit, ſi maior & ſanior capituli pars conſentiat, *c. 1. de his qui fuer. a mai. part. Cap. c. 1. diſt. 65.* vt in electione: ſed neceſſe, vt ex tribus partibus duae in eam conueniant, (u) *c. poſtulationem. 5. vbi* Abb. & alii *X. h. t.* Abb. *c. bonae. 1. eod.* Hoſtienſ. *c. bonae 1. de elect.* quia, cum poſtulatio gratioſe quodammodo a collegio fieri dicatur, *c. bonae memoriae, 1. X. eod.* vbi Gl. *verb. quam gratia.* Abb. *in rubr. & c.*

(u) quando ſcilicet poſtulabilis cum eligibili concurrit. Si tantum poſtulabiles concurrunt, ſimpliciter vota maiora ſufficiunt, niſi alter ab epiſcopo Romano impetraſſet *decretum eligibilitatis*, quod eligibilem ipſum facit.

& c. 1. eod. c. 1. de elect. congruum non eſt, tot collegis ingratis alios collegii benignitatem velle impertiri, inuitosque ad gratiam faciendam compellere; cum iuris praeceptum ſit, vel vno aduerſante collegium gratiam facere non poſſe, *not. in c. cum omnes. 6. X. de conſtit.* inuitumque aliquem gratiam facere non debere compelli. *c. precariae. 4. c. 10. qu. 2.* Gloſſ. *d. verb. ſi quam gratiam.*

8. Poſtulatio facta, nondum tamen ſuperiori, cui ius admittendi, porrecta, ab iis qui poſtularunt, inuito etiam poſtulato, reuocari poteſt; etiamſi ſcrutinium ſit publicatum; nuncius ad ſuperiorem admiſſionis gratia deſtinatus; imo ſuperiori poſtulatio ſit reddita, ſed hoc caſu, ſi ſuperior cum poſtulantibus in hoc conueniat; alias non. *c. 4. h. t.* Hoſtienſ. & Abb. *in c. bonae. 2. eod.* Sylveſt. *eod. verb. poſtulatio. qu. 8.* Abb. *in c. poſtulationem. 1. not. eod.*

9. Non enim ex *poſtulatione*, ſed ex *admiſſione*, poſtulato ius quaeritur. Abb. poſt Innoc. *in d. c. bonae. num. 11. & ſeqq.* Sylveſt. *ibid.*

10. Poteſt proinde & Praelatus poſtulationem reiicere; (o) niſi in eam duae ex tribus collegii partibus conſenſerint, vtilisque, vel neceſſaria eccleſiae futura ſit. Abb. *d. c. bonae. & d. c. poſtutionem. 5. h. t.*

11. Qualis tanti eſt momenti, vt ipſi electioni a mi-

(o) hoc facto, hodie pontifex vi *concord. nat. german.* eccleſiae vacanti immediate praelatum conſtituit.

(p) Sic

minore parte factae praeferatur. *c. ſcriptum. 40.* vbi Innoc. Abb. *de elect.*

12. *Poſtulatio ſimplex* nullam ſolennitatem deſiderat; & ei fit, cuius conſenſus neceſſarius, quia eius intereſt, (p) vt vir alioquin vndequaque idoneus promoueri poſſit. Abb. *c. 1. h. t.*

13. Ea admiſſa, adhuc electione & confirmatione opus: Abb. *d. loc.* non ſi ſolennis, ſiquidem tum admiſſio confirmationis & electionis vim & robur habet. Abb. *d. loc.*

14. Quapropter non minus quam electio ipſa examinanda. *c. licet in tantum. 4. verſ. Praeterea cum poſtulatio. X. de translat. Epiſcopi.*

TIT. VI. II. x. 30.

DE CONFIRMATIONE ELECTIONIS.

1. ELectione facta, ea ſcripturae publicae credita, electo, octo dierum ſpatio, ex quo id commode fieri poteſt, offerri, eiusque conſenſus peti debet. *c. cupiens. 16. in princ. & §. caeterum. de elect. in 6.* Electus, ſi eam acceptet (ad quod non cogitur (q) *c. geſta. 2. c. vbi iſta didiciſti. 74.*

(p) Sic in quibusdam capitulis conſenſus patroni vel aduocati ex conſuetudine vel pacto deſideratur, quale quid in abbatia Quedlinburgenſi obtinet.

(q) *abſolute* ſcilicet, vt *obtorto collo* munus eccleſiaſticum ſuſcipiat, aliqualis tamen coactio adhiberi poteſt, quod illuſtrat *l. 31. C. de epiſc. & cler.* & ex hac lege variis exornat rationibus exemplisque ZIEGL. *ad cleric.*

74. *diſt.* intra menſem aſſenſum praeſtare tenetur; aut ſi Praelati, cui ſubſit, venia ei ſit impetranda, cum eam impetrauit: *c. quam ſit. 6.* vbi Gl. verb. *conditio. c. ſi religioſus. 27. de elect. in 6.* alioqui iure, quod ei ex electione quaeſitum, carere debet; & electores ad aliam electionem poſſunt procedere. *d. c. quam ſit. 6.*

2. Aſſenſum ſi praebeat, vt iure per electionem quaeſito gaudeat, *c. auaritiae. 5. de elect. in 6. c. qualiter. 17.* & per illum text. Abb. *num. 4. eod. confirmationem* ab eo Praelato petere debet, cui dignitas, ad quam electus, immediate ſubeſt.

3. Hinc epiſcopum confirmabit Metropolitanus, Metropolitanum Patriarcha, Patriarcham ſummus Pontifex. (t) Abb. *in c. cum eccleſia. 31. X de elect. n. 8.*

4. Petenda erat *confirmatio* olim indiſtincte *in-*

ric. renit. vbi §. 89. docet, qualis coactio adhibenda ſit.

(t) in confirmatione inquirendum, an electio debito facta fuerit modo? Caeſarum Regumque *conſenſus* quoque impetrandus fuit, adeo vt ipſe pontifex confirmationem ab imperatore impetrare debuerit, *c. 12. ſeq. D.* 60. quo ipſo tamen electio integra manſit. Tandem ſucceſſit *inueſtitura per annulum & baculum*, quam imperatores & reges ex *iure patronatus* ſibi arrogarunt, quod primarios epiſcopatus & praelaturas erexerint, easque bonis ſufficientibus inſtruxerint, quae HENRICO V. per vim & iniuriam erepta eſt. Conf. MAIMBOVRG *de la decadance de l' Empire lib. II. de ann.* 1080.

(s) Hoc

intra tres menſes, poſt conſenſum electioni praeſtitum. *d. c. quam ſit.* Poſt conſtitutum, ſi dignitatis confirmatio immediate a Pontifice petenda, vt electus intra menſem iter ad ſedem Apoſtolicam arripiat; intra tempus, pro itineris longinquitate moderandum, eo perueniat; vbi peruenit, intra quindecim dies cum actis, iuribus, monumentis ſe coram eo ſiſtat, aut impedimentum proponat, illud intra alios quindecim dies probet; ni iure ex electione quaeſito priuari velit. *d. c. cupientes. 16. eod. in 6.*

5. Praelatus, a quo *confirmatio* petitur, licet eam ſine legitimo impedimento denegare non poſſit Abb. *in c. poſtquam. 3. num. 1. de elect.* non tamen temere eam debet concedere, ſed vel peremtorium terminum praeſcribere, intra quem ſi quis contra electionem opponere voluerit, id facere poſſit; vel ſi quis ſimul electus, eum nominatim citare debet, *c. fin. eod. in 6.* & diligenter proceſſum electionis, & electi perſonam, licet nemo contra eam oppoſuerit, examinare, *c. nihil eſt. 44. §. 1. de elect.* indignam ſi inueniat, reiicere; (s) *c. cum nobis. 19. eod.* ſi dignam, confirmare.

6. Quod poteſt vbiuis locorum, in eccleſia, domo, pro tribunali; rectius tamen & honeſtius id pro tribunali (t) faciet. Iohan. Firm. *in tract. de Epi-*

(s) Hoc facto conſtitutio praelati ad Papam deuoluitur, vi *concordatorum*

(t) quia *cauſae cognitionem* deſiderat, & ſic non eſt actus iurisdictionis mere voluntariae.

(u) O-

Episcop. lib. 8. part. tertia. num. 1.

7. Confirmatus, & ante conſecrationem, iurat fidelitatem ſummo Pontifici, *Clem. Romani. de iureiur. c. Ego N. Episcopus. 4. eod. c. dilecti filii. 13. de maior. & obed.* & de non alienandis & conſeruandis rebus eccleſiae ſuae. (u) *c. 2. de feud. c. per tuas. 5. de donat.*

8. Poſt eam, (x) quia matrimonium cum eccleſia eſſe ratificatum dicitur, *c. licet. 4. de transl. Episcop.* nanciſcitur quae iurisdictionis ſunt; *c. transmiſſam. 15. in fin.* vbi & Gloſſ. *de elect.* puta poteſtatem iudicandi, excommunicandi, corrigendi, iuramenta a vaſallis accipiendi, item confirmandi, inueſtiendi, beneficia conferendi, &, ſi quae his ſimilia ſunt; non quae ſunt ordinis, quae ex conſecratione demum acquiruntur. *d. c. transmiſſam.* vbi Gl. *fin. c. noſti. 9. c. quod ſicut. 28. §. praeterea de elect. c. quamuis Chorepiscopis. 4. diſt. 68.*

TIT.

(u) Olim non erat ſic. vid. *c. 3. X. de maior. & obed.* MARCA *de C. S. & I. lib. VI. c. 3.* Gregorius VII. primus fuiſſe videtur, qui hoc onus Praelatis impoſuit, vt eo magis eos ad ſubiectionem deduceret. GONZALEZ. *ad c. 4. X. de elect. n. 26.*

(x) Exceptio eſt in electis extra Italiam, qui ſtatim poſt electionem exercent illa, quae *iurisdictionis* ſunt, *c. 44. X. de elect.* & ſic quoque *ſuperioritatem territorialem* ſtatim habent, cum voto & ſeſſione in comitiis.

(y)

TIT. VII.
DE CONSECRATIONE.

1. VT electus in Epiſcopatu non ſolum, quae *iurisdictionis* exercere poſſit, ſed & quae *ordinis*, (vt ſunt Clericorum ordinatio & actualis depoſitio, chriſmatis confectio, virginum benedictio, eccleſiarum & altarium conſecratio, *c. transmiſſam. 15.* vbi Gl. *fin. de elect.*) neceſſe, non tantum eum eſſe *confirmatum*, ſed & *conſecratum. c. licet. 4. de translat. Epiſc.*

2. Quod adeo verum, vt ne quidem conſecrandus ea poſſit, puta dum miſſa celebratur; imo ne quidem eodem die poſt conſecrationem ordines conferre. *c. quod ſicut. 29. §. ſuper. de elect.*

3. *Conſecratio* enim foedus coniugii ſpiritualis inter Episcopum & eccleſiam, quod electione fuerat initiatum, confirmatione ratificatum, conſummat. (y) *d. c. licet. 4.*

4. Peti & expediri debet intra tres a confirmatione menſes, niſi legitimum ſubſit impedimentum. *c. 2. diſt. 75.*

5. Con-

(y) Patres antiqui ad denotandum *indiſſolubile vinculum*, quod per *ordinationem* inter eccleſiam & ordinatum, quae olim *electioni* inerat, contrahitur, ſaepe hac *allegorica locutione* vſi ſunt, non quod verum matrimonium per illam conſtitui crederent, ſed vt ſub hoc ſchemate arctiſſimum vinculum Epiſcopi denotarent; verum poſtea quidam hanc allegoriam in abuſum traxerunt, & imprimis INNOCENTIVS III. eam ſibi profuturam videns, admodum inculcauit *c. 2. X. de translat. epiſc.*

(z)

5. Conſecrari ſolent omnes in dignitate Epiſcopali conſtituti, etiam ſummus Pontifex; & quidem hic ex more a Cardinali Hoſtienſi; poteſt tamen & ab aliis Cardinalibus Epiſcopis conſecrari, *can. in nomine Domini. 1. diſt. 23.* vel ad hoc aliquem ex Epiſcopis eligere. Sylueſt. *in ſumm. verb. conſecratio 1. qu. 1.* Alii Epiſcopi inferiores, ab his, quibus immediate ſubſunt.

6. Quapropter Epiſcopus conſecratus a tribus ſaltem eius prouinciae Epiſcopis, caeteris conſentientibus, praecedente Archiepiſcopi iuſſu; aut, quod conſultius, ab ipſo Archiepiſcopo vna cum Suffraganeis: *c. ſi Archiepiſcopus. 6. X. de temp. ordin.* Archiepiſcopus ab omnibus ſuae prouinciae Epiſcopis in ſede Metropolitana. *d. c. ſi Archiepiſcop.*

7. Qui quidem omnes ſimul conſecrationem peragere dicuntur; licet vnus, vti Princeps, cui alii cooperantur, hoc miniſterium (z) agat: non enim recte illud inter ſe partiuntur, vt alius vnam conſecrationis partem, alter alteram expleat. Sylueſt. *d. verb. conſecratio. 1.*

8. Celebratur Pontificis conſecratio ante hymnum Angelicum: aliorum Epiſcoporum inter Epiſto-

(z) qui proinde dicitur *conſecrator*, reliqui *aſſiſtentes*. Ille actum *vnctionis* potiſſimum ſolus peragit, precesque fundit; impoſitio autem manuum coniunctim ab omnibus peragitur, qua olim tota abſoluebatur ordinatio; vnctio enim ſerius inualuit, obſeruante MORINO *de ordinat. P. 3. exerc. 6.*

(*)

piſtolae recitationem & Euangelii celebrationem. *c. quod ſicut. 28. §. ſuper eo. X. de elect.*

9. Fit vnctione capitis & manuum chriſmate, ſolennibus verbis, precibusque, *c. vn. §. 1. in fin.* vbi Gl. & Abb. *de ſacr. vnct. & c. Epiſcopus. 7. diſt. 23.* praeuia examinatione, *d. c. Epiſcopus.* vbi Gl. *diſt. 23.* & quidem hora tertia lucis Dominicae. *c. 1. diſt. 75.*

10. In Abbatibus, loco conſecrationis, eſt benedictio (*) *Clem. 2. §. ſtatuimus. de ſtatu Monach. c. 1. de ſuppl. negl. Praelat.*

Tit. VIII. l. x. 8.

DE RECEPTIONE ET VSV PALLII.

1. Patriarchae, Archiepiſcopi, & quidam Epiſcopi, quibus hoc ſpecialiter tributum, *c. pen. de praeſumt.* licet confirmati & conſecrati, non tamen pleniſſimam officii & dignitatis adminiſtrationem habent, niſi *Pallium*, Patriarchae a ſummo Pontifice, reliqui a Patriarchis impetrent; (a) *c. antiqua. 23. de priuileg.* prius ſedi Apoſtolicae fidelitatis, vnitatis & obedientiae iuramento praeſtito: *c. ſignificaſti. 4. de electίon. c. quanquam. 6. diſt. 23. c. ego Berengarius. 43. de conſecr. diſt. 2.*

2. PAL-

(*) quae quidem etiam *impoſitione manuum* fit adhibitis ſolennibus precibus, ſed ſine *vnctione.*

(a) adeoque ante eius impetrationem ius coronandi reges non habens.

(b)

2. PALLIVM eſt ornamentum (b) Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Metropolitanorum, & quandoque etiam Epiſcoporum, de corpore B. Petri ſumtum, (c) Pontificialis officii plenitudinem conferens, (d) Abb. *in rubr. h. t.* humeros pectusque more ſacerdotalis ſtolae ambiens, ante pectus pendens, cruces nigras intextas habens, alia ornamenta ſupertegens. Sylu. *in ſum. verb. pallium.*

3. Peti debet non tantum ſemel, ſed ſaepius & ſollicite, *c. priſca. 2. diſt. 100.* intra tres menſes a die conſecrationis, aut confirmationis, ſi nulla exigatur conſecratio, quia forte iam olim fuerit conſecratus, puta, cum ſimplex Epiſcopus creatus fuit. *c. quoniam. 1. diſt. 100.* vbi Gloſſ. verb. *conſecrationis.*

4. Pallii traditio obiectione criminis vel defectus non differtur; niſi obiiciens iuret, ſe non calumnioſe id agere, & ſe obliget ad talionis poenam, atque

(b) Olim imperiale indumentum erat, a Caeſare patriarchis communicatum, a Papa Romano vero ab initio Caeſarum indultu, poſtea ſine eo, proprio auſu, vicariis perpetuis ſuis collatum. Qua arte vero papa hoc omnibus archiepiſcopis obtruſerit, docet MARCA *lib. VI. de concord. ſacerd. & imp. c. 6.*

(c) h. e. ſuper altari, ſub quo corpus B. Petri conditum eſſe creditur, conſecratum & confectum.

(d) hac formula olim vtebantur, qua vicariis ſuis pallium conferebant, vt *patriarchali poteſtate & ſplendore* incederent. Sed Archiepiſcopis hoc ipſo nihil adeo collatum, ſed potius eorum poteſtas, quam olim exercuere, diminuta & reſtricta eſt.

(e) eſt

atque probationes habeat in promtu, id eſt, intra duos menſes, a die collati officii numerandos, id quod obiicit, probet. *Ext. vn. de auct. & vſu pall.*

5. Pallio ſolus Pontifex vbique, dum Miſſarum ſolennia celebrat; reliqui, nec ſemper, nec vbique, ſed certis, id eſt, ſolennibus diebus in Provinciae ſuae eccleſiis vti poſſunt; *c. 1. 4. & pen. de auct. & vſu pall.* non extra prouinciam; (e) niſi eis ſpecialiter hoc ſit a Pontifice conceſſum, *c. ex tuarum tenore. 5. eod.*

6. Dies iſti ſolennes ſunt: Natalis DN. IEſu Chriſti, eiusque circumciſionis; dies feſtus S. Stephani, S. Ioannis Euangeliſtae, Epiphaniae, Palmarum, coena Domini, octaua Pentecoſtes; natiuitas S. Ioannis Baptiſtae; dies feſti omnium Apoſtolorum. Item cum eccleſias dicant, clericos ordinant, Episcopos ſacrant, & in diebus eccleſiae ſolennibus, & die anniuerſario dedicationis eccleſiae ſuae. (f) Gloſſ. *in c. ad honorem. 4. eod.*

7. Pallium qui a Pontifice impetrauit, prouentibus

(e) eſt enim ad *locum* reſtrictum, adeo vt duobus archiepiſcopatibus praefectus duo pallia impetrare debeat. Quoad proteſtantes vſus pallii in *I. P. art. 5. §. 19.* prorſus ſublatus eſt, quamuis inter eos quoque Archiepiſcopi deſint.

(f) Caute pallium Pontifex ad certos reſtrinxit dies, quia quotidiana vileſcunt, & *patriarchali dignitati* non conuenire videtur, quotidie eius inſignia obtutui hominum exponere.

bus poteſtateque adminiſtrandi, quae Pallii conceſſio tribuit, priuatur, ſi absque literis traditioni Pallii diſcedat. (g) *Extr. comm. iniunctae. 1. §. ill. etiam de electiom.*

8. Poteſtas per Pallium tributa, morte eius, qu illud impetrauit, extinguitur; perſonam enim non tranſit.

9. Vnde alteri commodari nequit, & quisque cum ſuo Pallio debet ſepeliri. *c. 2. de auct. & vſu pall. c. nemo clericus. 40. de conſecr. diſt. 1.*

TIT. IX. III. x. 1.
DE VITA ET HONESTATE PRAELATORVM.

1. HActenus de Episcoporum creatione: reſtat, vt, quales in vita & conuerſatione, vt & alii Sacerdotes, eſſe debeant, enarremus.

2. Debent eſſe ſine crimine, & populum, cui praeſunt, conuerſatione & innocentia praecellere: *c. vnum orarium. 3. verſ. oportet Episcopum. diſt. 25.* ab improborum commerciis abſtinere: in corrigendis Clericis & Laicis magis caritatem quam poteſtatem exercere; diffidentes ad pacem magis quam ad iudicium compellere: (h) *c. licet ple-*

(g) nec pretio immenſo illud redimat, conf. GOLDAST. *tom. II. conſtit. imper. p. 120.*

(h) Inde *audientia Episcopalis*, cuius formam antiquam expoſuit SAM. BASNAGE *tom. II. annal. diſſert. de tribunal. eccleſ.*

(i) im-

plerumque. 4. diſt. 45. in corrigendo lenitatem cum ſeueritate miſcere: orationi & praedicationi inſiſtere: *tot. diſt. 36. & ſeq.* hoſpitales & liberales, *tot. diſt. 42.* ſobrii, prudentes & periti eſſe: *diſt. 44. in ſum. & per tot.* ſecularibus negotiis ſe non implicare: *c. 2. C. 21. q. 3. & per tot.* pudici eſſe & domeſticarum perſonarum immoderatam familiaritatem vitare: *diſt. 34. in ſum. & per tot.* per decentiam habitus extrinſeci intrinſecam morum honeſtatem indicare. (i) *diſt. 40. per tot. & Clem. 2. de vita & honeſtat. Clericorum.*

TIT. X. I. x. 7.
DE TRANSLATIONE.

VT archiepiſcopi, licet confirmati & conſecrati, poteſtas, ſi pallium non accipiat, extinguitur; ita & Epiſcopi, *translatione*, *renunciatione*, & *depoſitione*, ſeu *degradatione.*

2. Eſt *translatio*, ſeu mutatio, *c. mutatione, 35. 7. qu. 1.* nihil aliud quam diſſolutio vinculi, quo Epiſcopus cum priori eccleſia erat iunctus, & ad alteram eccleſiam tranſitio. *c. in cauſis. 30. in fin. de elect. c. 2. in fin. de poſtulat. Praelat.*

3. Eam

(i) imprimis vero curam pauperum habere, *c. 6. D.* 86. quae adeo olim commendata erat Epiſcopis, vt primariam ſui officii partem in ea collocarent. Plures alias virtutes adferuntur in *l. 23. C. de epiſc. & cler.* & *c. 4. D.* 49.

 (k) quod

3. Eam episcopus, ni vtraque eccleſia priuai velit, propria auctoritate, *c. 3. de translat. Episc* vel etiam Patriarchae, *c. 1. eod.* facere nequit ſed ad eam auctoritas Pontificis (k) neceſſaria. *c 2. eod.*

4. Qui eam, etiam inuito Episcopo, (l) Goff & Hoſt. *in §. quae ſit cauſa transferendi hic.* concedit; vel propter *vtilitatem*, quia veriſimile, Epiſcopum magis profecturum: vel propter *neceſſitatem*, quia non poteſt in eccleſia, in qua reſidet, ob perſecutionem ſeu metum hoſtilem, officio ſuo defungi: quo caſu a neceſſitate ceſſante, ad priorem eccleſiam debere redire. *c. mutationes. 34. c. ſcias. 35. c. omnis. 36. c. Episcopus. 37. c. paſtoralis. 42. C. 7. qu. 1.*

5. Si translatio conceſſa, Episcopus ab eccleſia, cui adſtrictus, per abſolutionem liberatur, facultas tranſeundi per literas dimiſſorias conceditur, & Pallium ad nomen & vſum eiusdem eccleſiae, ſi translati dignitas hoc requirat, transmittitur, *c. bonae*

(k) quod hic ſolus vinculum illud *matrimonii ſpiritualis* diſſoluere poſſit, adeo vt nequidem nuncii apoſtolici auctoritas ſufficiat. *c. 3. & 4. X. de offic. legat.* Haec philoſophia ab INNOCENTIO III. primum fabricata eſt ad *reſeruata papalia* amplificanda.

(l) transferendo ſcilicet, quam alias dicere ſolent *translocationem*, quae fit vel in *poenam* ad emendationem, vel *ad euitandum ſcandalum* vel alia incommoda, quae miniſtro eccleſiae imminent. Sed prior non adeo approbanda, poſterior magis rei eccleſiaſticae vtilis.

(m)

bonae memoriae. 3. §. fin. c. gratum. 2. X. in fin. de poſtul. c. in cauſis. 30. de elect.

6. Qui eccleſiam, a qua diſcedit, poſt repetere non poteſt: nec quid cum ea poſt translationem commune habet. (m) *c. eos. 43. C. 7. qu. 1. c. quod in dubiis. 8. X. de renunc. c. ſi quis iam translatus. 3. C. 21. qu. 2.*

TIT. XI. I. x. 9.
DE RENVNCIATIONE.

R*Enunciatio*, eſt iuris proprii (n) ſpontanea remiſſio, ex certis cauſis & cum auctoritate ſuperioris facta.

2. Ea Praelatus iure, ex poſtulatione, electione, translatione, ſibi competente, priuatur, adeo vt per poenitentiam ad id, cui ſiue per ſe, ſiue per procuratorem, ſpeciale ad hoc mandatum habentem, *Clem. vn. hic.* renunciauit, regreſſum non habeat, niſi ob *reſtitutionem*, vel nouam *conceſſionem.* (o) *c. 2. 3. & c. in praeſentia. 6. verſ. quia tamen.*

(m) ceſſante etiam anno gratiae, non vero deſeruito. In noſtris eccleſiis translationes *auctoritate conſiſtorii* fiunt.

(n) in *beneficium eccleſiaſticum quaeſiti*; de hoc enim hic tantum quaeritur. Ab hac differt *renunciatio ordinis clericalis*, quam illicitam eſſe ſtatuunt pontificii, ob *characterem indelebilem*. Sed vid. ill. Dn. THOMAS, *de deſert. ordin. eccleſ.*

(o) *Haec* deſideratur, ſi renunciatio fuit valida; *illa*, ſi inique extorta,

men. c. per translationem. 11. X. h. t.

3. Vt valeat *Renunciatio*, fieri debet ſponte & libera voluntate, *c. 5. eod. c. 2. & 4. X. de his quae vi met. cauſ.* permiſſu ſuperioris, (p) iuſtae cauſae impellentis recitatione, in manus eius, per verbum reſignationis, ſimpliciter, vel adhibito iuramento; & quidem pure, non ſub conditione, vel in fauorem aut commodum alicuius, nec ſeruato regreſſu, vel ingreſſu: tum enim nullius eſſet momenti. *c. ex parte. 12.* vbi Gl. Dd. *X. de offic. deleg.*

4. Permiſſu & in manus eius debet fieri *renunciatio*, ad quem eiusmodi beneficium, cui renunciatur, conferendi, confirmandi, & inſtituendi poteſtas (q) pertinet. *c. quod in dubiis. 8. hic. c. Abbas. 2. C. 18. qu. 2. c. non oportet. 19. C. 7. qu. 1.*

5. In manibus laici facta, in praeiudicium ſuperioris non valet; valet in praeiudicium renunciantis, vt iure ſuo quaeſito priuetur, nec ad id redire poſſit. *c. quod in dubiis. 8. hic. c. non oportet. 19. C. 7. qu. 1.* Rota *deciſ. 352.*

6. Iuſtae cauſae, ob quas renunciatio recipi debet,

(p) excepto Pontifice, *c. 1. h. in 6.* ZIEGLER. *d. Epiſcop. lib. II. c. 13. §. 13. ſeq.* qui libere renunciare poteſt.

(q) Ergo in *manus ſolius patroni* fieri non debet, qui ius praeſentandi vnice exercet, vt tamen ex *regulis honeſtatis* reſignatio quoque ei indicetur.

(r) ma-

bet, ſunt: (1) *Conſcientia criminis*, (r) ſed eius, propter quod ipſius officii executio poſt peractam poenitentiam impeditur: *c. niſi cum pridem. 10. §. propter hic.* vt eſt ſimonia, *c. erga ſimoniacos. 110. C. 1. qu. 1.* ſi in electione non ſit ſeruata forma, *not. in c. quia propter. 42. X. de elect.* quodlibet crimen, quod ipſo iure infamiam irrogat, *c. Euchemium. 7. §. hinc colligitur. C. 2. qu. 3.* (2) *Debilitas corporis*, per quam impotens ad paſtorale officium exequendum redditur. *d. c. niſi cum pridem. 10. §. aliae vero. X. h. t. c. quia frater. 18. C. 7. qu. 1.* (3) *Defectus ſcientiae*, ſi non didicerit ea, quae ad officium ſuum pertinent. *c. 1. & ſeq. diſt. 38.* (4) *Malitia plebis*, ſi ea tam durae ceruicis, vt amplius ab eo proficere non poſſit *d. c niſi cum pridem. 10. §. propter malitiam. X. h. t.* (5) *Scandalum graue*, ſi per eius euitationem peccatum non committatur. *c. qui ſcandalizauerit. 3. de reg. iur. d. c. niſi cum pridem. §. pro graui.* (6) *Irregularitas*, vt ſi ſit bigamus, aut viduae maritus. *d. c. niſi cum pridem. c. dum in cunctis. 7. X. de elect. c. 59. non confidat. diſt. 50.* (s)

7. Qui

(r) maxime *occulti*: ſi manifeſtum eſt, remouendi potius ſunt per ſententiam ſuperioris. conf. MARCA *de C. S. & I. lib. VII. c. 25.*

(s) Adde in canonicatibus (7) *ſpem lucri ex reſignatione capiendi*; vt plurimum enim reſignatio praebendarum fit per quandam *nundinationem* in *fauorem tertii*. Haec tamen non aliter effectum habet, quam ſi reſignans ad minimum 20. dies adhuc poſt eam

7. Qui metu perſecutionis, puta tali, quae conſtantem virum poſſet mouere, *c. ſuper hoc. 5. hic. c. cum dilectus filius. 6.* vbi Gl. *de his quae vi met. cauſ. c. ven. 13. de ſponſ.* aduerſa valetudine, propria inſcitia deterritus, vel ſimoniae vitium clam ſe in ſui commodum commiſſum peroſus, aliaue ſimili cauſa adductus, Episcopatum depoſuit, & religionem ingreſſus fuit, poſtea, cauſa ceſſante, ad Episcopatum denuo aſſumi poteſt. *c. poſt translationem. 11. §. caeterum. & §. rurſus. hic. c. praeſentium. 3. C. 1. qu. 5.*

TIT. XII.

DE DEPOSITIONE, SEV DEGRADATIONE.

Degradatio, (qua ad ſimilitudinem *exauctorationis* eius, qui militiam armatam deſeruit, coniugium eccleſiae & Episcopi diſſoluitur: *c. 3. §. actualis. de poenis. in 6.*) fit vel *verbis*, lata ab eo, qui auctoritatem habet, certo Episcoporum numero, ſi Episcopus degradandus; ſi in minoribus ordinibus conſtitutus, ſolo proprio Episcopo aſſiſtente, *c. ſi quis tumidus. 3. c. ſi autem. 5. in fin. C. 15. qu. 7.* degradationis ſententia: vel *ſolenniter*, lata non ſolum ſententia, ſed ablatis a degradando gra-

eam hoc caſu viuat, tranſitque reſignatarius non in locum *reſignantis*, ſed *vltimum* in collegio occupat *locum*, id quod in collegiis quibuscunque contingere ſolet.

(t) Haec

gradatim ſingulis ordinis ſui inſignibus. *d. c. 2. ſ. verbalis eod.* (t)

2. De vtraque infra titulo de *remotione* latius. *lib. 4. tit. 47.*

TIT. XIII. III. x. 19.
DE PERMVTATIONE.

Vidimus ſupra *de Epiſcopatuum translatione:* hic addimus, quia ei valde ſimilis, de omnium beneficiorum *permutatione.*

2. Ea fit, cum quis alicui cedit beneficium ſuum, vt conferatur ei, a quo ipſe inuicem aliud beneficium, per eum reſignandum, conſequatur, *c. pen. de rerum permut. in 6.*

3. Fieri debet, vt valeat, legitima de cauſa, *c. quaeſitum. 5. de rer. permut.* ab vtroque, non *propria*, ſed *auctoritate & in manibus Epiſcopi*, vel Epiſcoporum, cuius, vel quorum iurisdictioni, beneficia permutanda ſubſunt. (u) And. Gammard. *in tract. de rerum perm. ſeu in c. vn. eod. tit. in 6. num. 133. & 134.*

4. Prae-

(t) Haec efficit, vt clericus in ſortem *laicorum* incidat, & a brachio ſeculari in eum ſtatui poſſit; Sed *ſimplex depoſitio* non adimit depoſito iura clericalia abſolute. Ab hac *depoſitione* adhuc differt *ſimplex dimiſſio*, de qua infra locus dicendi erit. Vid. interim diſſert. *de iure princ. circa dimiſſ. miniſtr. princip.*

(u) in *permutatione* duplex noua collatio ac inſtitutio occurrit, adeoque auctoritas eius, qui ius *conferendi & inſtituendi* habet, deſideratur.

4. Praelati inferioris Epiſcopo, licet alioqui ius conferendi habeat, auctoritas non ſufficit, eius tamen, in *permutatione*, conſenſus Epiſcopo neceſſarius: (x) Gammard. *d. loc. quaeſitum. eod.* Rebuff. *in prax. hic. num. 2.* vt & generaliter omnium, ad quos ius eligendi ad beneficia permutanda, vel ius praeſentandi ſpectat. Gl. in *Clem. vn. eod.* vbi Dd.

5. Sine ſuperioris auctoritate, ſi permutationem quis fecit, obtento beneficio vel dignitate priuatur: *c. cum olim. 7. eod.* niſi permutantis ſimplicitati veniam tribui aequitas ſuadeat. *c. cum vniuerſorum. 8. eod.*

6. Adhibere permutationi auctoritatem debet Epiſcopus, aut eius Vicarius, ſi hoc ei ſpecialiter ſit mandatum. (y) Gammard. *vt ſup. num. 23.* Si Epiſcopus nolit, & beneficium ſuum permutationis cauſa aliquis iam reſignarit, eo petente, ad id ab Antiſtite ſuo compelli poteſt: *c. nullus. 17. de iure patron.* Petr. de Vbal. *tract. de benef. perm. num.*

(x) vnde etiam hic *patroni* conſenſus neceſſarius eſt, quia permutatio exigit nouam *praeſentationem:* ſi tamen ex grauiſſimis cauſis neceſſaria eſſe videretur, diſſenſus patroni non adeo attendendus eſſet.

(y) Potiſſimum hodie in vſu ſunt permutationes canonicatuum, quae *mutua reſignatione* fiunt in *manus ſuperioris*, ſed in fauorem eius, cum quo permutatio ineunda eſt, in qua plerumque commercium quoddam ſeu nundinatio latitat. DVARRENVS *de SS. eccl. miniſt. lib. VIII. c. 3.*

(z) Sa-

num. 30. Nullum tamen tempus per canones expreſſum. Paul. Leaz. *de Clem. vn.* Petr. de Vbal. *d. loc.*

7. Poteſt permutari vnum beneficium cum pluribus, plura cum vno, ſimplex cum curato; & e conuerſo, ſimplex cum ſimplici, curatum cum curato; *c. cum venerabilis. 6.* vbi Io. And. & alii. *de except.* non tamen ſpirituale cum profanis, *c. fin. de rer. permut.* nec ius in re, cum iure ad rem. Rebuff. *eod. num. 23.*

8. Permutari etiam non poſſunt mancipia eccleſiaſtica; Niſi [α] fauore libertatis, *c. mancipa. 3. eod.* [β] ſint fugitiua, *c. iniuſtum. 4. eod.* [γ] Permutatio eccleſiae expediat. *c. 67. Eccleſiaſticis. C. 12. qu. 2.*

9. Poteſt Princeps rem ſuam cum re eccleſiae immobili permutare; ita tamen, ſi cauſa rationabilis id expoſcat, & res, quam praeſtiterit, fuerit maior, vel aequalis. *c. 1. eod.* (z)

TIT. XIV. L. x. 31.
DE OFFICIO ET POTESTATE EPISCOPORVM.

Omnes, qui *Epiſcopali gradu* ſunt illuſtrati, dum eo gaudent, ordinariam habent poteſtatem.

2. Ea

(z) Salus enim eccleſiae h. e. quod *ſtatui eccleſiaſtico* vtile & ſalutare eſt, ſuprema lex eccleſiaſtica eſt, ſi ex principiis iuris Pontificii eſt philoſophandum.

(a)

2. Ea in tria membra diuiditur: quaedam ad eos pertinent *iure Ordinis*; (a) vt eccleſiae & altarium conſecratio, poſt pollutionem ablutio & purgatio, *c. vn. de conſecr. eccleſ. in 6.* Chrismatis & olei catechumenorum & infirmorum confectio, *c. 1. de ſuppl. neg. Praelat.* virginum benedictio, clericorum ordinatio. (b) Quaedam *lege iurisdictionis*; (c) vt corrigendi, conferendi, excommunicandi, inſtituendi, de cauſis ad forum eccleſiaſticum de iure ſpectantibus cognoſcendi, examinandique poteſtas. Quaedam *lege dioeceſana*; (d) vt ius procurationem exigendi; cathedraticum ſiue ſynodaticum; ius exigendi & percipiendi cenſus & decimas. *vid. c. conquerente. 16. de offic. Iud. ordin. c. dilectus. 18.* vbi Abb. *eod. c. 1. C. 10. qu. 3.*

3. Poſſunt

(a) quod per *ordinationem* clerici conſequuntur, & tanquam *conſecrati* ſacerdotes peragunt. Inter proteſtantes vocari ſolent *actus miniſteriales*.

(b) huc etiam ſpectant illi actus miniſteriales, qui per *ordinationem* ſimplicibus presbyteris tribuuntur.

(c) Stricte dictae, quatenus vt *iudex ordinarius eccleſiaſticus* agit; alias etiam *iurisdictio* totum ius circa ſacra complectitur. Huc pertinent actus, qui in *conſiſtoriis* apud proteſtantes peraguntur.

(d) Haec comprehendit reliqua *iura circa ſacra*, quae per totam dioeceſin exercent. Olim ſimplici iurisdictione contenti erant; ſed poſtquam principibus ius circa ſacra ademtum eſt, & Epiſcopis aſſertum, hoc nouo nomine ius illud ſublime denotarunt. *c. 16. X. de offic. iudic. ordin. c. 12. X. de mai. & obed.*

(e) Sed

3. Poſſunt ea tantum in ſua dioeceſi, (e) quocunque in loco, non exemto, per ſe vel per alium, *c. cum Epiſcopus. 7. eod. in 6.* in ſuos immediate ſubditos.

4. Vnde Archiepiſcopus in ſuffraganeos, non in ſuffraganeorum ſubditos, paucis articulis exceptis, poteſtatem habet; *c. Paſtoralis. 11. in princ.* vbi Gl. *eod.* Patriarcha non cognoſcit de cauſis eorum, qui Archiepiſcopi aut Epiſcopi ſui ſub ditione ſunt: niſi hoc ex *priuilegio* vel *conſuetudine* habeat, vel cauſae ad eum per *appellationem*, legitime interpoſitam, ſint deductae. *c. duo ſimul. 9. eod.*

5. Solus tamen Romanus Pontifex, non ſolum Romae, ſed vbilibet locorum in omnes eccleſias & Chriſtianos iura Epiſcopalia exercet. *c. patet. 10. c. ipſi. 16. C. 9. qu. 3. c. qui ſe ſcit. 12. C. 2. qu. 6. c. 2. de praebend. in 6.*

6. Quia grauis & lata eſt paſtoralis officii cura, ideo nonnulli vel in eccleſia ſunt conſtituti, vt *Archidiaconus*, *Archipresbyter*; vel extra ordinem, neceſſitate id expoſtulante, conſtituuntur: vt *Coadiutor*, *Vicarius*; qui Epiſcopi onus ferant, & eius leuent ſollicitudinem.

TIT.

(e) Sed per I. P. *art. V.* §. 48. ſe continere debet *intra territorii limites*, imo contra proteſtantes prorſus hoc ius ſuſpenſum eſt. Ceterum qui ius circa ſacra, quod principes proteſtantes exercent, ſub nomine *iurium epiſcopalium* denotant, ſatis imperite agunt, vt oſtendi *diſſ. de iure epiſc. princip. euangel.*

(f) *na-*

TIT. XV. I. x. 23.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

ARchidiaconus eſt vicarius (f) proximus Epiſcopo, omnem ſolicitudinem & curam, tam in clericis, quam in eccleſiis eorum, cognitionemque & ordinariam iurisdictionem habens. *c. 1. h. t.*

2. Eius officium eſt; omnia eccleſiaſtica officia vt rite expediantur, prouidere; Acoluthos ordinare, eorum officia diuidere; *c. 2. eod.* vaſa vſibus eccleſiae dicata cuſtodire; *c. 3. eod.* de tertio in tertium annum Dioeceſin, & eccleſias, Epiſcopo ſubiectas, parochiam propriam ſingulis annis. *c. mandamus 6. eod.* viſitare; quae emendatione indigent, corrigere; *c. 1. eod.* vbi Gl. *de tertio.* promouendos ad ſacros ordines, & beneficiis eccleſiaſticis praeficiendos, examinare; poſtea eos Epiſcopo ſiſtere; *c. ad haec. 7. eod.* ſedibus condignis Praelatos locare; *c. vt noſtrum. 9. eod.* omnem curam & ſolicitudinem tam in clericis, quam in eccleſiis eorum impendere; cognitionem & iurisdictionem ordinariam exercere, (g) iurgia ſingulo-

(f) *natus*, quia hodie haec poteſtas vicaria officio eius *ordinarie* cohaeret. Solebant enim Epiſcopi olim, antequam tot officialibus eſſent ſtipati, leuiora negotia archidiaconis committere, ex quo tandem ius perpetuum, tractu temporis, acceperunt.

(g) de cauſis *modicis* & *leuioribus* vid. concil. *Trid. ſeſſ. XXIV. de reform. c. 20.* Vnde in plurimis capitulis adhuc

gulorum audire: Archipresbytero, Primicerio, Cuſtodi, Sacriſtae, tam in vrbe, quam in parochiis, praeeſſe; Subdiaconis & Diaconis imperare; & demum in omnibus vicem Episcopi gerere: *dd. cc. & can. 1. perlectis. §. Archidiaconum. diſt. 25.* vbi Gl. niſi *ardua negotia* maiorem deſiderent auctoritatem. (gg)

3. Vnde citra Episcopi mandatum, nec poteſt animarum curam committere, *c. cum ſatis. 4. eod.* etiam ſi alia fuerit conſuetudo: *d. c. cum ſatis. 4. h. t. can. nullus omnino. 11. C. 16. qu. 7. c. 4. cunctis fidelibus. 41. C. 16. qu. 1.* nec, de iure, puta *communi*, (de *conſuetudine* enim aliquando poteſt, *vt in c. dudum. in 2. de electio.*) (h) ſententiam excommunicationis in aliquos promulgare, *c. Archidiaconus non. 5.* vbi Gl. & Dd. *hic.* Abb. *in c. cum in cunctis. 7. §. inferiora. num. 4. de elect.* nec quem extero Episcopo ordinibus ſuſcipiendis commendare, *c. ſignificaſti. 8. h. t.* aut in monaſteria iurisdictionem habere: niſi praeſcripſerit. *c. fin. eod.*

TIT.

huc hodie ſuperſunt iudicia Archidiaconalia, a quibus appellatur ad officiales.

(gg) quae ad *reſeruata Episcoporum* reiecta ſunt, quae plenius explicui in *diſſ. de cauſ. arduis & maior. c. III.*

(h) quod diplomate illuſtrat SCHATEN. *lib. XI. annal. Paderborn. ad ann.* 1263.

(i) De

TIT. XVI. I. x. 24.
DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

1. ARchipresbyter eſt Praelatus caeteris Presbyteris (i) eminentior, vicem Epiſcopi in ſpiritualibus gerens. *c. miniſterium. 2. c. officium. 3. h. t.*

2. Eſt vel *vrbanus*, domi in cathedrali eccleſia officio ſuo fungens; vel *ruralis*, qui foris partes ſuas agit.

¶ *Ille* vicem Epiſcopi abſentis gerit, curam praeſentis minuit. *c. pen. eod.* Nam officia ſacra in cantanda miſſa, benedictionibus conferendis, Sacramentis adminiſtrandis, & vt ſacerdotes in iis adminiſtrandis probe ſe gerant, curat; poeniten-

(i) De horum origine egi *in diſſ. eccl. ad Plin. & Tertull. diſſ. VI.* Olim ſane non erant *ſacerdotes*, ſed demum tales facti occaſione *introducti ſacrificii miſſae.* Curam animarum & inſpectionem in mores habebant, pauperumque ſuſtentationem procurabant. Ne quidem omnes docebant, 1 *Tim. V*, 17. interim cum Epiſcopo Senatum eccleſiaſticum in quauis eccleſia conſtituebant, ab eccleſia tamen dependentem. Huic presbyterio *quodammodo* hodie ſimile eſt *miniſterium eccleſiaſticum*; ſed hoc ipſum non omnia *antiqui presbyterii* iura ſibi vindicare poteſt, quia iura pleraque, quae ad *iurisdictionem* ſpectant, ad conſiſtoria inter proteſtantes relata ſunt.

(k) a

tentem, infirmum conſulto Epiſcopo reconciliat; poenitentiam cunctis aliis Sacerdotibus iniungit; Archidiaconi praeceptis, ſicut & Epiſcopis, obſequium praebet. &c. *d. c. miniſterium. d. c. officium. c. nunquam. 33. de conſecrat. diſt. 5. c. cum venerabilis: 7. de conſuet.*

4. Hic, & *Decanus* (eo quod decem (k) Clericis rura incolentibus praeſit, *c. ad haec. 7. de offic. Archidiac.* dictus,) laicorum & Presbyterorum, qui eccleſias minores Archipresbyteratui ſubiectas adminiſtrant, curam habet; grauia delicta, ſi quae inciderint, Epiſcopo ſignificat, ſtricte ea, quae ab Epiſcopo decreta, ſequitur, Archidiacono paret. *tot. tit. h. t.*

5. Vterque Presbyter eſſe debet, aut, ſi non eſt, intra annum fieri; vt Archidiaconus, ſi non eſt, Diaconus. *Clem. 1. de aetat. & qual. c. 1. diſt. 60.*

6. Habent Archipresbyteri iuriſdictionem *voluntariam*, (l) non *contentioſam*, nec territorium vllum; niſi in foro poenitentiali: (m) & tum illud

(k) a re militari hoc nomen petitum, nam qui decem militibus praeerat, *decanus* appellabatur. CANGIVS *in gloſſar. voce decanus.* Tales decani adhuc in quibusdam territoriis proteſtantium ſuperſunt, & *ſuperintendentum* vices peragunt. Ad monaſteria quoque eadem appellatio tracta eſt, dictusque *decanus*, qui ſub Abbate decem monachis praepoſitus erat, & quia tandem monaſtica diſciplina ad canonicos tracta eſt, *decani* quoque capitulorum inualuere.

(l) Hanc Canoniſtae appellant, quae ad *forum internum* & *conſcientiam* ſpectat; nam etiam in *conſcientias* imperium exercent.

(m) in confeſſione auriculari *iudicium* ſeu *proceſſum* fingunt,

lud Episcopo eſt commune. Abb. & alii *in c. cum contingat. 13. de foro compet.*

TIT. XVII.

DE OFFICIO COADIVTORIS.

COadiutor eſt, qui vices gerit Episcopi, aut alterius, etiam inferioris, vt Archidiaconi, &c. qui vel muneribus quibusdam obeundis non eſt idoneus, puta verbo Dei ad populum ferendo, eccleſiis inuiſendis, reatibus ſubditorum audiendis, poenis inurendis; vel aliqua iuſta cauſa perpetuo impeditus eſt; vt aegritudine, ſenio, (n) *tot. tit. de Cler. aegrot. & c. vn. eod. in 6.*

2. Eum ſibi adſciſcit Epiſcopus, de Capituli ſui vel maioris partis conſilio & conſenſu, auctoritate Pontificis, (o) moderatis ſumptibus ei ex prouentibus ſuis tributis: *d. c. vn.* cum ſpe *futurae ſucceſſionis,* (p) ſed non, (quod Concilio Tridentino ſtatu-

gunt, quia omnia *imperioſe* tractant, quod *iudicium* intra *limites parochiae*, tanquam alicuius *territorii*, includitur.

(n) Tales *coadiutores* canones antiqui admittunt; eos vero reprobant, qui tantum dantur *ſucceſſionis gratia*, etiam non impeditis, quales tamen coadiutores hodie vt plurimum conſtituuntur.

(o) Haec ſi adeſt, etiam inuito Epiſcopo poteſt coadiutor eligi. vid. LEVRENIVS *de vicar. epiſc.*

(p) vnde impeditur *ſedis vacantia*, quia, mortuo episcopo, ſtatim ſuccedit. Breuiter: hodie *coadiutoriae* ſunt modus ſucceſſorem futurum, viuente adhuc episcopo, deſignandi, adeo vt hunc in finem etiam *ſubcoadiutoriae* inuentae ſint.

(q)

ſtatutum, *cap. 7. ſeſſ. 25. de reformat.*) niſi cauſa prius diligenter a Pontifice cognita.

TIT. XVIII. L. x. 28.

DE OFFICIO VICARII.

EPiſcopi, vel alii Clerici, ſi neceſſariis cauſis impediantur, quo minus officiis ſuis poſſint ſupereſſe, viros idoneos, quibus vices ſuas mandant, poſſunt eligere; aſſignata iis certa prouentuum eccleſiae aut beneficii portione. *c. extirpandae. 30. §. qui vero. de praebend. c. beneficium. 4. de regular. in 6. c. peruenit. 28. de appell. c. cum ex eo. 34. verſ. porro. de elect. in 6.*

2. Idonei non ſunt, ordinis mendicantium religioſi, Monachi, clerici regulares, niſi cum licentia Praelati, cui ſunt ſubiecti, *c. 22. in nona. C. 16. qu. 7. Clem. etſi. 2. verb. ad Prioratum. de reſcript.* Rebuff. *in praxi. tit. de Vicar. Episcop. num. 30.* nec laici. *d. c. in nona. C. 16. qu. 7.*

3. Conſtituuntur *Vicarii* vel ad diuina miniſteria celebranda, (q) & nomen retinent: vel ad iurisdi-

(q) veluti ad *horas canonicas* cantandas, ad *parochiam regendam.* Poſtquam enim parochiae plures vnitae ſunt, vel monaſteriis adſcriptae, neceſſe fuit, parochiis praeficere vicarios, qui tamen vt alii *presbyteri principales* ordinandi ſunt. *c. 30. X. de praeb. & dign.* Huc etiam pertinent *Episcopi ſuffraganei* die Weih-Biſchöffe, qui vices Episcopi ſupplent in actibus ordinis episcopalis.

riſdictionem exercendam, Gl. *in rubr. hic.* & *Officiales*, vel *miſſi dominici* dicuntur. (r) Gl. *in Clem.* *2. verb. Officialis. de reſcript.*

4. Ad diuina miniſteria conſtituuntur, vel *in perpetuum*; vt ad beneficium cum animarum cura, quod quis Prioratui habet annexum; (rr) *c. vn. de capel. monach. in 6. Cl. 1. de offic. Vic.* qui tum debet fieri Presbyter; ſi nolit ad id, per ſubtractionem prouentuum aut vicariatuum, cogi: *c. fin. eod.* vel *ad tempus*; cum quis ad tempus beneficio ſuo eſt abſfuturus. *c. pen. de Cler. non reſid.*

5. *In perpetuum conſtituti*, *ſi* Epiſcopi, vt debet, conſenſus adhibitus, nec per Rectorem dominum, (s) nec eius ſucceſſorem, amoueri, (ss) portioneue ſua defraudari poſſunt; niſi culpa hoc mereantur. *c. 3. hic.*

6. *Ad exercendam iuriſdictionem* ab Epiſcopo conſtituti, habent facultatem adminiſtrandi, tam (t) *ſpi-*

(r) De his ex profeſſo agit PETRVS LEVRENIVS in *tr. de vicario Epiſc.* Praxin huius materiae euolui in *iure eccleſ. proteſt. lib. I. c. 28.*

(rr) Ex *vnionibus*, in fraudem canonum, neceſſitas conſtituendi tales vicarios inualuit, poſtquam, vt praelati & canonici eo pinguiores reditus caperent, eorum praebendis eccleſiae parochiales vnitae ſunt.

(s) h. e. principalem, cuius vices gerere vicarius videtur, quique reditus cum illo diuidit. conſ. TVRRICELLIVS *de vnion. benef. C. II. n. 80. ſeqq.*

(ss) quod olim obtinebat, ſed poſtea prohibitum.

(t) Non raro tamen ſeparantur, & ita duo eriguntur a Praelatis iudicia, *eccleſiaſticum*, & *ſeculare.* Ad illius nor-

ſpiritualia, vt ſunt, excommunicare, ſuſpendere, interdicere, conferre, inſtituere, confirmare, eligere, praeſentare, viſitare, corrigere, punire, diſpenſare, vota commutare, & ſimilia; quam *temporalia*; vt iurisdictionem tam meri quam mixti imperii, & actus quosdam extraiudiciales exercere, puta alienare, ad firmam concedere, cenſus, reditus, penſiones, exigere. Rebuff. *in prax. for. Vicar. Episc. fol. 59.*

7. Habent iurisdictionem, non *delegatam*, ſed *ordinariam* (u) & eandem quam Episcopi. *c. 2. de conſuet. in 6.* Vnde non ad Episcopum appellatur a vicarii ſententia, ſed ad Archiepiscopum; licet ab

normam noſtra conſiſtoria effigiata ſunt. Hoc episcopi, vt *ſtatus imperii*, formant, adeoque ab hoc ad ſumma imperii tribunalia, ſicut ab illo ad iudicia metropolitanorum vel papae appellatur. vid. *R. I. de anno* 1654. §. 164.

(u) hoc ſenſu, quod *regulare* forum habeant, ad quod omnes cauſae eccleſiaſticae per modum *regulae* pertineant, ſicuti ad iudices delegatos per modum *exceptionis*. Quatenus tamen hi officiales, quibus mandata eſt iurisdictio, ab Episcopo dependent, ſicuti noſtra conſiſtoria a principe, eatenus *delegatam* habere dicuntur. Imo in terris proteſtantium appellatur a conſiſtoriis ad ipſum principem, & cauſae ab eo auocari poſſunt. Alias *ordinaria iurisdictio* eſt, quae *ex lege* ſimpliciter alicui debetur, quorſum quoque ex *I. P. art. V. §. 31.* conſiſtoria A. C. addictorum in terris catholicorum ſpectant, a quibus non appellatur ad episcopum.

ab Archidiacono & aliis inferioribus Praelatis ad Epiſcopum appelletur. *c. 3. in princ. & §. 1. de appell. in 6.*

8. Sed haec accipienda ſunt de *Officialibus principalibus*, hoc eſt, qui ab Epiſcopo in curia ſua per commiſſionem officii generaliter factam ſunt conſtituti, non vero de Officialibus, qui in certa Dioeceſeos parte quandoque conſtituuntur; idcirco *Foranei*, id eſt, extranei dicti.

9. Hi enim cum non habeant idem, ſed diuerſum ab Epiſcopo conſiſtorium, recte ab eis ad conſiſtorium Epiſcopi fit prouocatio. *c. 2.* & ibi Gl. & Panorm. *de reſcript. in Clem.*

10. Vicarii alios Vicarios ſibi ſubſtituere nequeunt. *c. 4. h. t.*

TIT. XIX. III. x. 9.
DE OFFICIO ET POTESTATE CAPITVLI SEDE VACANTE.

MOrte Epiſcopi, aut alia de cauſa, ſede Epiſcopi vacante, iurisdictio poteſtasque, quae Epiſcopo competebat, tam in ſpiritualium, quam temporalium adminiſtratione, ad *capitulum* (x) ſpectat: *c. cum olim. 14. c. his quae. 11. de maior. & obed.*

2. Ea,

(x) quod *ſenatum eccleſiaſticum* more antiquo conſtituit, & ex presbyteris diaconisque ab antiquo conſtitit. Olim regimen eccleſiae ad ſenatum hunc deuoluebatur; aucta

2. Ea, quae Epiſcopalis ordinis ſunt, non exerceet, ſed ad id vicinum Epiſcopum euocat. Gloſſ. *in d. c. his quae. 11. cum olim. 14. eod.* Pauin. *in tract. de poteſt. Capit. qu. 3. 4. part. 1.*

3. Qui citra aliquod futuri Epiſcopi praeiudicium, & cum teſtatione, vt ſibi nullum in eo Epiſcopatu ius, nullaue quaeratur poſſeſſio, ordines eccleſiaſticos conferet, caeteraque Epiſcopalis ordinis munera exercebit. *c. ſuffraganeis. 11. X. de elect.* Pauin. *d. loc.*

4. Eſt Capitulum *coetus canonicorum illius eccleſiae.* Illud enim conſtant, & de capitulo dicuntur Canonici; non alii eiusdem eccleſiae clerici. (y) Abb. *in c. 1. n. 11. & c. ſcriptum. 40. num. 4. de elect.*

5. Sede vacante nihil contra eccleſiam poteſt nouari, *c. 2. de inſtit. d. c. cum olim. 14.* iudicium contra eam inſtitutum non valet. *c. 1. ne ſede vacant.*

6. Pro-

aucta poteſtate epiſcopali, in capitulum tranſierunt 1) ſuperioritas territorialis cum voto & ſeſſione in comitiis, per *I P. art. V.* §. 21. 2) iurisdictio eccleſiaſtica, non vero *functiones perſonales, & actus gratiae,* quae differri poſſunt. conf. FERMOSINVS *de pot. capit. ſede vac.*

(y) qui tamen antiquitus per plura ſecula ad capitulum ſeu ſenatum concurrerunt, ſed occaſione vitae canonicae introductae excluſi tandem ſunt. Vnde autem denominatio *capituli* ortum trahat, colligi poteſt ex BROWERI *annal. Fuldenſ. lib. III. c. 12.*

6. Proinde nec Capitulum poteſt praeſcribere ea, quae ſibi alioqui non competunt. (z) Gloſſ. *in c. 1. de praeſcript.* Abb. & Felin. *in c. ex transmiſſa. 10. eod.*

TIT. XX. I. x. 30.
DE OFFICIO LEGATI.

DIximus ſupra de vicariis Epiſcoporum; tractemus nunc ea occaſione de vicariis ſummi Pontificis: qui *Legati* dicuntur.

2. Horum tres ſunt ſpecies. Alii ſunt *Legati de latere*; alii *miſſi*; alii *nati. c. 1. de offic. leg. in 6. c. 9. h. t.*

3. *Legati de latere* ſunt Cardinales, qui ex latere ſummi Pontificis, & eius Senatu, *c. 7. Eccleſia. C. 16. qu. 1.* accipiuntur, & nomine ſummi Pontificis, poteſtate accepta, in prouincias mittuntur.

4. Hi dum legatione funguntur, Apoſtolicae dignitatis inſignibus vtuntur. (a) *c. antiqua. 23. de priuileg.*

5. *Le-*

(z) quod forſan, *ſede impedita* ad longius tempus, capitulum plura iura ad ſe traxerit: interim tamen negari nequit, capitula varia iura hoc modo ad ſe traxiſſe, praeſertim cum electum per *capitulationes* adſtringere ad varia ſoleant.

(a) non tamen vbique abſque conſenſu regum accipiuntur. MARCA *lib. V. de C. S. & I. c.* 58. Verum hos tantum Papa mittit, ſi *grauitas cauſae* vel *eminentia perſonae*, ad quam mittuntur, tales legatos poſtulant.

(b) qui

5. *Legati miſſi* ſunt, qui extra ordinem Cardinalium conſtituuntur, & in prouincias per ſummum Pontificem cum mandato & poteſtate (b) mittuntur. *d. c. 1. de offic. legat. in 6. & c. mandata. c. de praeſumt.*

6. *Legati nati* ſunt, qui ratione priuilegii, beneficii poſſeſſi, poteſtatem a Pontifice habent, tanquam eius Legati. *d. c. 1.* (c)

7. Omnium officium eſt, in prouinciis ſibi decretis, vice Pontificis, noxia euellere & diſſipare, ſalutaria inducere & promouere, *c. 2. h. t. in 6. c. 1. de conſuet. c. mandata. 6. de praeſumt.* prouincialium cauſas tanquam iudices ordinarii audire & cognoſcere, *c. 1. h. t. iunct. d. c. 2. in verb. ordinarios.* concilium prouinciae vocare, Abb. *c. quod translationem. num. 6. h. t.* vices ſuas aliis ſubdelegare, *c. fin. vbi Abb. eod.* cauſas vnius prouinciae, ſi ſint diuerſarum prouinciarum Legati, in alia expedire. *c. nouit. 7. eod.*

8. Pendet maxime eorum poteſtas ex literarum ſuae commiſſionis, ſeu mandati, tenore. Ideoque non

(b) qui vtplurimum *perpetui* ſunt, & poteſtate papali vtuntur, exceptis reſeruatis, qui in Germania non raro turbas mouerunt.

(c) Hanc legationem olim ſuſtinuit Magdeburgenſis, Bremenſis & Moguntinus. Hodie ea gaudent Strigonienſis in Hungaria, Gneſnenſis in Polonia, Pragenſis in Bohemia, quin Reges Siciliae quoque eandem, fremente ſede papali, ſibi vindicant.

non creditur Legato, niſi literas ſuae legatio oſtendat. *c. fin. diſt. 97.*

9. Legatus tamen de latere quaedam ex *dignitate* habet ſupra alios; nempe poſt ſummum Pontificem in prouincia ſibi decreta maius imperium; *c. Abbatem. 36. §. huiusmodi. de elect. in 6. c. volentes. 8. hic.* & proinde quaedam poteſt, quae aliis non ſunt permiſſa, vt quosuis excommunicatos propter manuum in Clericos iniectionem abſoluere, *c. excommunicatis. 9.* vbi Panorm. *h. t. c. ad eminentiam. 20. de ſent. excomm.* beneficia nonvacantia in collegiata vel cathedrali aliqua eccleſia, ſuae collationi (d) reſeruare, *c. praeſenti. 3. h. t. in 6.* & ibi Gloſſ. vacantia, licet ad alicuius clerici praeſentationem ſpectent, conferre, *c. dilectus 6. eod. c. 1. eod. in 6.* In ſumma omnia poteſt, praeter excepta & ſoli ſummo Pontifici reſeruata, quae generali mandato non comprehenduntur, *c. quae de cauſa. 9.* & ibi Gl. *C. 2. qu. 5. c. 4.* vbi Gl. *hic,* ſed ſpeciali opus habent, *c. 3. & 4. eod.*

10. Hinc non poteſt cathedrales, vel regulares, vel collegiatas eccleſias, nec dignitates eccleſiarum cathedralium maiores poſt Epiſcopos, quae per electionem conferuntur, ſibi reſeruare, (e) *c. deliberatione. 4. hic. in 6.* nec Epiſcopo transferre. *c. niſi*

(d) nihil tamen contra concordata nationis Germanicae tentare, quod nec Papa poteſt.

(e) praeſertim in Germania, in qua nequidem Pontifex ob concordata hac reſeruatione vti poteſt.

(f) Et-

niſi ſpecialis. 3. & c. quod translationem. 4. eod. nec Episcopatus vnire, diuidere, ſubiicere, *d. c. quod translationem. c. ſicut vnire. 8. de exceſſ. Praelati* nec de negotio, quod ad Pontificem retulit, cognoſcere. *c. licet. 5. hic.*

11. Finitur Legatorum officium lapſu temporis, ſi ad certum tempus ſint dati, *c. de cauſis. 4. de offic. iud. deleg.* reuocatione Pontificis, *c. vlt. & c. excommunicatis. 9. X. h. t.* relatione Pontifici facta, *c. licet. 5. eod.* morte Legati, & Pontificis, qui eum miſit, ſi res integra: *c. mandata. 6. de praeſumt.* alio qui non. *c. 2. de offic. Ord. in 6. vbi* Anchar.

TIT. XXI.

DE SACERDOTIBVS IN INFERIORI GRADV CONSTITVTIS.

HActenus diximus de Sacerdotibus in *altiori ordine:* (f) nunc videndum de iis, qui ſunt in *inferiori.*

2. Illi ſunt *Presbyteri*, (g) id eſt, *Seniores*; ſic di-

(f) Etiam haec denominatio *magiſtratui* propria eſt, & eo lubentius a clero aſſumta, quo omnes ſcirent, ſe eſſe vel in *magiſtratu maiori* vel *minori* poſitos.

(g) Inde germanica appellatio der Prieſter ortum traxit, qui rectius *ſeniores*, quam *ſacerdotes* dicerentur. Dantur etiam in eccleſiis proteſtantium *presbyteria*, quae quomodo a *miniſterio* differant, dixi *in iur. eccleſ. proteſt. lib. 1. tit. 24. §. 24.*

(gg)

riſdictionem exercendam, Gl. *in rubr. hic.* & *Officiales*, vel *miſſi dominici* dicuntur. (r) Gl. *in Clem. 2. verb. Officialis. de reſcript.*

4. Ad diuina miniſteria conſtituuntur, vel *in perpetuum*; vt ad beneficium cum animarum cura, quod quis Prioratui habet annexum; (rr) *c. vn. de capel. monach. in 6. Cl. 1. de offic. Vic.* qui tum debet fieri Presbyter; ſi nolit ad id, per ſubtractionem prouentuum aut vicariatuum, cogi: *c. fin. eod.* vel *ad tempus*; cum quis ad tempus beneficio ſuo eſt abſuturus. *c. pen. de Cler. non reſid.*

5. *In perpetuum conſtituti*, *ſi* Epiſcopi, vt debet, conſenſus adhibitus, nec per Rectorem dominum, (s) nec eius ſucceſſorem, amoueri, (ss) portioneue ſua defraudari poſſunt; niſi culpa hoc mereantur. *c. 3. hic.*

6. *Ad exercendam iuriſdictionem* ab Epiſcopo conſtituti, habent facultatem adminiſtrandi, tam (t) *ſpi-*

(r) De his ex profeſſo agit PETRVS LEVRENIVS in *tr. de vicario Epiſc.* Praxin huius materiae euolui in *iure eccleſ. proteſt. lib. I. c. 28.*

(rr) Ex *vnionibus*, in fraudem canonum, neceſſitas conſtituendi tales vicarios inualuit, poſtquam, vt praelati & canonici eo pinguiores reditus caperent, eorum praebendis eccleſiae parochiales vnitae ſunt.

(s) h. e. principalem, cuius vices gerere vicarius videtur, quique reditus cum illo diuidit. conf. TVRRICELLIVS *de vnion. benef. C. II. n. 80. ſeqq.*

(ss) quod olim obtinebat, ſed poſtea prohibitum.

(t) Non raro tamen ſeparantur, & ita duo eriguntur a Praelatis iudicia, *eccleſiaſticum*, & *ſeculare.* Ad illius nor-

ſpiritualia, vt ſunt, excommunicare, ſuſpendere, interdicere, conferre, inſtituere, confirmare, eligere, praeſentare, viſitare, corrigere, punire, diſpenſare, vota commutare, & ſimilia; quam *temporalia*; vt iuriſdictionem tam meri quam mixti imperii, & actus quoſdam extraiudiciales exercere, puta alienare, ad firmam concedere, cenſus, reditus, penſiones, exigere. Rebuff. *in prax. for. Vicar. Epiſc. fol. 59.*

7. Habent iuriſdictionem, non *delegatam*, ſed *ordinariam* (u) & eandem quam Episcopi. *c. 2. de conſuet. in 6.* Vnde non ad Epiſcopum appellatur a vicarii ſententia, ſed ad Archiepiſcopum; licet ab

normam noſtra conſiſtoria effigiata ſunt. Hoc epiſcopi, vt *ſtatus imperii*, formant, adeoque ab hoc ad ſumma imperii tribunalia, ſicut ab illo ad iudicia metropolitanorum vel papae appellatur. vid. *R. I. de anno* 1654. §. 164.

(u) hoc ſenſu, quod *regulare* forum habeant, ad quod omnes cauſae eccleſiaſticae per modum *regulae* pertineant, ſicuti ad iudices delegatos per modum *exceptionis*. Quatenus tamen hi officiales, quibus mandata eſt iuriſdictio, ab Epiſcopo dependent, ſicuti noſtra conſiſtoria a principe, eatenus *delegatam* habere dicuntur. Imo in terris proteſtantium appellatur a conſiſtoriis ad ipſum principem, & cauſae ab eo auocari poſſunt. Alias *ordinaria iuriſdictio* eſt, quae *ex lege* ſimpliciter alicui debetur, quorſum quoque ex *I. P. art. V.* §. 31. conſiſtoria A. C. addictorum in terris catholicorum ſpectant, a quibus non appellatur ad epiſcopum.

ab Archidiacono & aliis inferioribus Praelatis ad Episcopum appelletur. *c. 3. in princ. & §. 1. de appell. in 6.*

8. Sed haec accipienda ſunt de *Officialibus principalibus*, hoc eſt, qui ab Episcopo in curia ſua per commiſſionem officii generaliter factam ſunt conſtituti, non vero de Officialibus, qui in certa Dioeceſeos parte quandoque conſtituuntur, idcirco *Foranei*, id eſt, extranei dicti.

9. Hi enim cum non habeant idem, ſed diuerſum ab Episcopo conſiſtorium, recte ab eis ad conſiſtorium Episcopi fit prouocatio. *c. 2.* & ibi Gl. & Panorm. *de reſcript. in Clem.*

10. Vicarii alios Vicarios ſibi ſubſtituere nequeunt. *c. 4. h. t.*

TIT. XIX. III. x. 9.

DE OFFICIO ET POTESTATE CAPITVLI SEDE VACANTE.

MOrte Episcopi, aut alia de cauſa, ſede Episcopi vacante, iurisdictio poteſtasque, quae Episcopo competebat, tam in ſpiritualium, quam temporalium adminiſtratione, ad *capitulum* (x) ſpectat: *c. cum olim. 14. c. his quae. 11. de maior. & obed.*

2. Ea,

(x) quod *ſenatum eccleſiaſticum* more antiquo conſtituit, & ex presbyteris diaconisque ab antiquo conſtitit. Olim regimen eccleſiae ad ſenatum hunc deuoluebatur; aucta

2. Ea, quae Epiſcopalis ordinis ſunt, non exercet, ſed ad id vicinum Epiſcopum euocat. Gloſſ. *in d. c. his quae. 11. cum olim. 14. eod.* Pauin. *in tract. de poteſt. Capit. qu. 3. 4. part. 1.*

3. Qui citra aliquod futuri Epiſcopi praeiudicium, & cum teſtatione, vt ſibi nullum in eo Epiſcopatu ius, nullaue quaeratur poſſeſſio, ordines eccleſiaſticos conferet, caeteraque Epiſcopalis ordinis munera exercebit. *c. ſuffraganeis. 11. X. de elect.* Pauin. *d. loc.*

4. Eſt Capitulum *coetus canonicorum illius eccleſiae.* Illud enim conſtant, & de capitulo dicuntur Canonici; non alii eiusdem eccleſiae clerici. (y) Abb. *in c. 1. n. 11. & c. ſcriptum. 40. num. 4. de elect.*

5. Sede vacante nihil contra eccleſiam poteſt nouari, *c. 2. de inſtit. d. c. cum olim. 14.* iudicium contra eam inſtitutum non valet. *c. 1. ne ſede vacant.*

6. Pro-

aucta poteſtate epiſcopali, in capitulum tranſierunt 1) ſuperioritas territorialis cum voto & ſeſſione in comitiis, per *I P. art. V.* §. 21. 2) iurisdictio eccleſiaſtica; non vero *functiones perſonales, & actus gratiae,* quae differri poſſunt. conf. FERMOSINVS *de pot. capit. ſede vac.*

(y) qui tamen antiquitus per plura ſecula ad capitulum ſeu ſenatum concurrerunt, ſed occaſione vitae canonicae introductae excluſi tandem ſunt. Vnde autem denominatio *capituli* ortum trahat, colligi poteſt ex BROWERI *annal. Fuldenſ. lib. III. c. 12.*

6. Proinde nec Capitulum poteſt praeſcribere ea, quae ſibi alioqui non competunt. (z) Gloſſ. *in c. 1. de praeſcript.* Abb. & Felin. *in c. ex transmiſſa. 10. eod.*

TIT. XX. I. x. 30.
DE OFFICIO LEGATI.

Diximus ſupra de vicariis Epiſcoporum; tractemus nunc ea occaſione de vicariis ſummi Pontificis: qui *Legati* dicuntur.

2. Horum tres ſunt ſpecies. Alii ſunt *Legati de latere*; alii *miſſi*; alii *nati. c. 1. de offic. leg. in 6. & 9. h. t.*

3. *Legati de latere* ſunt Cardinales, qui ex latere ſummi Pontificis, & eius Senatu, *c. 7. Eccleſia. C. 16. qu. 1.* accipiuntur, & nomine ſummi Pontificis, poteſtate accepta, in prouincias mittuntur.

4. Hi dum legatione funguntur, Apoſtolicae dignitatis inſignibus vtuntur. (a) *c. antiqua. 23. de priuileg.*

5. *Le-*

(z) quod forſan, *ſede impedita* ad longius tempus, capitulum plura iura ad ſe traxerit: interim tamen negari nequit, capitula varia iura hoc modo ad ſe traxiſſe, praeſertim cum electum per *capitulationes* adſtringere ad varia ſoleant.

(a) non tamen vbique absque conſenſu regum accipiuntur. MARCA *lib. V. de C. S. & I. c. 58.* Verum hos tantum Papa mittit, ſi *grauitas cauſae* vel *eminentia perſonae*, ad quam mittuntur, tales legatos poſtulant,

(b) qui

5. *Legati miſſi* ſunt, qui extra ordinem Cardinalium conſtituuntur, & in prouincias per ſummum Pontificem cum mandato & poteſtate (b) mittuntur. *d. c. 1. de offic. legat. in 6. & c. mandata. c. de praeſumt.*

6. *Legati nati* ſunt, qui ratione priuilegii, beneficii poſſeſſi, poteſtatem a Pontifice habent, tanquam eius Legati. *d. c. 1.* (c)

7. Omnium officium eſt, in prouinciis ſibi decretis, vice Pontificis, noxia euellere & diſſipare, ſalutaria inducere & promouere, *c. 2. h. t. in 6. c. 1. de conſuet. c. mandata. 6. de praeſumt.* prouincialium cauſas tanquam iudices ordinarii audire & cognoſcere, *c. 1. h. t. iunct. d. c. 2. in verb. ordinarios.* concilium prouinciae vocare, Abb. *c. quod translationem. num. 6. h. t.* vices ſuas aliis ſubdelegare, *c. fin. vbi Abb. eod.* cauſas vnius prouinciae, ſi ſint diuerſarum prouinciarum Legati, in alia expedire. *c. nouit. 7. eod.*

8. Pendet maxime eorum poteſtas ex literarum ſuae commiſſionis, ſeu mandati, tenore. Ideoque non

(b) qui vtplurimum *perpetui* ſunt, & poteſtate papali vtuntur, exceptis reſeruatis, qui in Germania non raro turbas mouerunt.

(c) Hanc legationem olim ſuſtinuit Magdeburgenſis, Bremenſis & Moguntinus. Hodie ea gaudent Strigonienſis in Hungaria, Gneſnenſis in Polonia, Pragenſis in Bohemia, quin Reges Siciliae quoque eandem, fremente ſede papali, ſibi vindicant.

non creditur Legato, niſi literas ſuae legationis oſtendat. *c. fin. diſt. 97.*

9. Legatus tamen de latere quaedam ex *dignitate* habet ſupra alios; nempe poſt ſummum Pontificem in prouincia ſibi decreta maius imperium; *c. Abbatem. 36. §. huiusmodi. de elect. in 6. c. volentes. 8. hic.* & proinde quaedam poteſt, quae aliis non ſunt permiſſa, vt quosuis excommunicatos propter manuum in Clericos iniectionem abſoluere, *c. excommunicatis. 9.* vbi Panorm. *h. t. C. ad eminentiam. 20. de ſent. excomm.* beneficia non-vacantia in collegiata vel cathedrali aliqua eccleſia, ſuae collationi (d) reſeruare, *c. praeſenti. 3. h. t. in 6.* & ibi Gloſſ. vacantia, licet ad alicuius clerici praeſentationem ſpectent, conferre, *c. dilectus 6. eod. c. 1. eod. in 6.* In ſumma omnia poteſt, praeter excepta & ſoli ſummo Pontifici reſeruata, quae generali mandato non comprehenduntur, *c. quae de cauſa. 9.* & ibi Gl. *C. 2. qu. 5. c. 4.* vbi Gl. *hic.* ſed ſpeciali opus habent. *c. 3. & 4. eod.*

10. Hinc non poteſt cathedrales, vel regulares, vel collegiatas eccleſias, nec dignitates eccleſiarum cathedralium maiores poſt Epiſcopos, quae per electionem conferuntur, ſibi reſeruare, (e) *c. deliberatione. 4. hic. in 6.* nec Epiſcopo transferre. *c. niſi*

(d) nihil tamen contra concordata nationis Germanicae tentare, quod nec Papa poteſt.

(e) praeſertim in Germania, in qua nequidem Pontifex ob concordata hac reſeruatione vti poteſt.

(f) Et-

niſi ſpecialis. 3. & c. quod translationem. 4. eod. nec Episcopatus vnire, diuidere, ſubiicere, *d. c. quod translationem. c. ſicut vnire. 8. de exceſſ. Praelat.* nec de negotio, quod ad Pontificem retulit, cognoſcere. *c. licet. 5. hic.*

11. Finitur Legatorum officium lapſu temporis, ſi ad certum tempus ſint dati; *c. de cauſis. 4. de offic. iud. deleg.* reuocatione Pontificis, *c. vlt. & c. excommunicatis. 9. X. h. t.* relatione Pontifici facta, *c. licet. 5. eod.* morte Legati, & Pontificis, qui eum miſit, ſi res integra: *c. mandata. 6. de praeſumt.* alioqui non. *c. 2. de offic. Ord. in 6.* vbi Anchar.

TIT. XXI.

DE SACERDOTIBVS IN INFERIORI GRADV CONSTITVTIS.

HActenus diximus de Sacerdotibus in *altiori ordine:* (f) nunc videndum de iis, qui ſunt in *inferiori.*

1. 2. Illi ſunt *Presbyteri*, (g) id eſt, *Seniores*; ſic di-

(f) Etiam haec denominatio *magiſtratui* propria eſt, & eo lubentius a clero aſſumta, quo omnes ſcirent, ſe eſſe vel in *magiſtratu maiori* vel *minori* poſitos.

(g) Inde germanica appellatio der Prieſter ortum traxit, qui rectius *ſeniores*, quam *ſacerdotes* dicerentur. Dantur etiam in eccleſiis proteſtantium *presbyteria*, quae quomodo a *miniſterio* differant, dixi *in iur. eccleſ. proteſt. lib. 1. tit. 24. §. 24.*

(gg)

dicti non modo pro aetate, vel decrepita ſenectute, ſed propter honorem & dignitatem. *c. 1. Cleros. diſt. 21.*

3. Officium eorum eſt, Dominici corporis & ſanguinis conſecrationem celebrare; *c. quamuis. 4. diſt. 68. c. 1. §. ad Presbyterum. diſt. 25.* infantes baptizare, *c. conſtat baptisma. 19. de conſecrat. diſt. 4.* ſanctificato oleo inungere, benedicere, de occultis peccatis poenitentes, vel in extremis agentes, abſoluere; nec non, ſed tantum Epiſcopo permittente, aut extrema neceſſitate vrgente, baptizatos ſacro chriſmate linire, virgines Deo dicare. (gg) *c. 1. & ſeqq. C. 26. qu. 6. & c. Presbyterii. 119. de conſecrat. diſt. 4.*

4. Nullo modo eccleſias erigere, conſecrare, reconciliare, ſacrum chriſma conficere, clericos ordinare, excommunicare, poenitentes publice reconciliare: Quae Epiſcopis reſeruata. (h) *d. c. quamuis. 4. diſt. 68. & c. 1. verſ. ad Epiſcopum. diſt. 25.*

TIT.

(gg) Verbi diuini praedicatio omittitur, tum quod haec ſolis presbyteris non competat, tum quod eius vſus forſan rarior ſit. Olim non erat ſic.

(h) paulo ſerius, non ab incunabulis eccleſiae, adeo vt tempore HIERONYMI ſola ordinandi poteſtate Epiſcopus a presbyteris differret, *c. 24. D. 93.* vid. BLONDELLVS & SALMASIVS *de epiſc. & presbyt.*

(i) Hoc

TIT. XXII.

DE IIS, QVI IN SACRIS SVNT CONSTITVTI.

SEquuntur ii, qui non ſunt ſacerdotes, ſed tamen in ſacris: quales ſunt *Diaconi & Subdiaconi*; qui etiam abuſiue *Sacerdotes* dicuntur: illi enim proprie ſunt, quibus permiſſum ſacrificium corporis & ſanguinis Dominici in altari perficere. *c. 1. verſ. Sacerdos. diſt. 31.*

2. *Diaconi* & *Leuitae* (i) dicti, ſunt Epiſcoporum & eccleſiae miniſtri. (ii) *c. dominus noſter. 25. §. meminiſſe. diſt. 23.*

3. Epiſcopum enim debent praedicantem, ne ipſe laedatur, aut diuina verba per detrectatores polluantur, cuſtodire; Sacerdotibus celebrantibus in omnibus aſſiſtere; Euangelium ad populum praedicare; *c. 1. verſ. ad Diaconum. diſt. 25.* non, niſi extrema id, ob longam Epiſcopi aut Presbyteri abſentiam, neceſſitate vrgente, bapti-

(i) Hoc nomen eo demum tempore acceperunt, quo totum *ſacerdotium veteris teſtamenti* in eccleſiam contra intentionem Chriſti introductum eſt. Veram originem detexi in *iur. eccl. prot. lib. 1. tit. 23.*

(ii) olim eccleſiae quoque inſeruiebant, ex cuius iuſſu & mandato eorum officium determinabatur, vnde haec appellatio nata eſt.

(k) In

baptizare, aut Euchariſtiam populo erogare. (k) *c. conſtat Baptisma. 16. de conſecrat. diſt. 4.*

4. *Subdiaconi* [ſic dicti, quia Diaconi praeceptis & officiis ſubiacent, *c. Cleros. 1. diſt. 21.*] debent calicem & patinam ad altare deferre, Diaconis tradere, eis miniſtrare; vrceolum, aquam, mantile, manutergium tenere; Episcopis, Presbyteris, Diaconis aquam ad altare pro lauandis manibus praebere. (l) *c. 1. verſ. Subdiaconos. diſt. 25.*

5. Et Diaconi & Subdiaconi fiunt per manus impoſitionem [quae eſt oratio ſuper hominem. *c. manus impoſitio. 74. C. 1. qu. 1.*] ritibus propriis & ſolennibus cuique ordini adhibitis. *diſt. 23. per tot.*

TIT. XXIII.

DE IIS, QVI NEC IN SACERDOTIO, NEC IN SACRIS SVNT.

QVi in minoribus ordinibus ſunt, *nec ſunt in ſacerdotio*, *nec in ſacris*; ſine enim ſacramentali vnctione, ſola Episcopi benedictione, cum quadam vaſorum vel indumentorum diſtributione ordinantur.

2. Ta-

(k) In hoc differunt *diaconi* & *ſubdiaconi* ecclesiarum proteſtantium a pontificiis, quia nec *ſacrificium* in Euchariſtia quaerimus, nec *ſacerdotium* noſtris clericis tribuimus. conf. ZIEGLER. *de Diacon.*

(l) In eccleſiis cathedralibus potiſſimum, vt maiori pompa omnia expediantur, tot miniſtri neceſſarii ſunt, in inferioribus non item.

(m)

2. Tales ſunt, qui primam tonſuram (m) tulerunt; *c. cum contingat. 11.* vbi Gl. & Dd. *de aetat. & qual.* vt *Pſalmiſtae, Oſtiarii, Lectores, Exorciſtae, Acoluthi*; quibus omnibus ſua munia ſigillatim ſunt diuiſa.

3. *Pſalmiſtae*, ſunt cantores: qui cantandi officium, iubente Presbyterio, Episcopo etiam inſcio, ſuſcipiunt. *c. Pſalmiſta. 20. diſt. 23. c. 1. verſ. ad Pſalmiſtam.* vbi Gl. *diſt. 25.*

4. *Oſtiarii* ſunt, ad quos claues eccleſiae pertinent; vt templum Dei claudant & aperiant, & omnia, quae intus extraque ſunt, cuſtodiant, fideles recipiant, excommunicatos & infideles ingreſſu arceant. *c. 1. §. ad oſtiarium. diſt. 25.*

5. *Lectores* ſunt, qui ſacras ſcripturas ex ſuggeſtu in eccleſia populo legunt. *d. c. 1. §. ad lectorem.*

6. *Exorciſtae*, qui catechumenis & energumenis manus imponunt, & ſolennibus quibusdam imprecationibus & obſecrationibus daemones fugare creduntur; a Salomone, vna cum exorcizandi modo, inuenti *ſecund. d. c. 1. §. ad exorciſtam. c. Cleros. 1. §. exorciſtae. diſt. 21.*

7. *Acoluthi*, qui lumina praeparant cerea, & funalia deferunt, ſuggeſta pro Euchariſtia Subdiaconis

(m) De huius origine agit THOMASSINVS *P. 1. de eccleſ. diſcipl. lib. 2. c. 37.* Poſtquam inualuit, nunquam erat nuda, vt hodie, ſed ipſius officii ſacri collationi coniuncta.

(n) Quor-

nis praeparant. *d. c. 1. §. ad Acoluthum. diſt. 25. d. c. Cleros 1.* §. *Acoluthi.* (n)

8. His omnibus citra excommunicationis poenam, a ſolo Pontifice, excepto mortis articulo, relaxandam, manus iniurioſas iniicere nemo poteſt. *d. c. Cleros.* vbi Gl. *c. 29. ſi quis ſuadente diabolo. C. 17. qu. 4.*

9. Matrimonium, ſi ad ſuperiores ordines prouehi noluerit, contra quam illi, qui in iis ſunt, *diſt. 26. & 32. per tot.* poſſunt contrahere; beneficiis tamen, ſi forte habuerint, priuandi. *c. 1. c. quod a te. 3. c. diuerſis. 5. de Cleric. coniug.*

TIT. XXIV. l. x. 33.
DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

CVm, vt diximus, certi ſint Clericorum ordines, decorum eſt, vt maiores minoribus dilectionem; ita minores maioribus reuerentiam, & quandoque etiam obedientiam praeſtare. *c. 3. c. quod ſuper. 9. h. t. c. vlt. diſt. 89. c. non oportet. 15. diſt. 93.*

2. *Maioritas*, eſt praerogatiua, qua quis caeteris

(n) Quorſum ergo pertinent *cuſtodes* & *ſacriſtae?* Hos ordinibus non inſerunt, ſed volunt, eos *ſimplex officium*, ſine peculiari ordinatione, gerere, quae admodum vana ſunt.

(o) &

ris paribus, vel inferioribus, dignior, maiorique honore eſt afficiendus. (o) *c. 1. Ext. hic.*

3. Eius multae ſunt cauſae. Nempe, *ordo, c. ſtatuimus. 15. h. t. poteſtas, tempus ordinationis, dignitas* & *praerogatiua ordinantis.*

4. *Ordo*; quia qui ſunt in maioribus ordinibus, praeferuntur iis, qui ſunt in minoribus; & tam in his, quam in illis ſunt certi gradus, in *c. a Subdiacono. 5. diſt. 93.* ita conſtituti: *1. Epiſcopus, 2. Presbyter, 3. Diaconus, 4. Subdiaconus, 5. Acoluthus, 6. Exorciſta, 7. Lector, 8. Oſtiarius, 9. Abbas, 10. Monachus.*

5. Abbas ponitur poſt oſtiarium; quia omnes monachi, qui non ſunt clerici, clericis ſunt inferiores. *c. alia cauſa. 6. C. 16. qu. 1.*

6. *Poteſtas*; puta vel *conſecrandi*, vnde Epiſcopus caeteris omnibus, *c. olim. 5. diſt. 95.* vel *diſpenſandi*, vnde Archidiaconus Archipresbytero, *c. 1. de off. Archipresb. c. vn. de off. primicer.* eſt maior.

7. *Tempus ordinationis:* quia, caeteris paribus,

(o) & hactenus *ſubordinationem clericorum* inter ſe innuit. Sed etiam praeterea *imperium ſacrum* denotat, quod clericis intuitu *laicorum*, qui meri ſunt ſubditi, competit in eccleſia. Haec enim pontificiis eſt peculiaris reſpublica, independens a poteſtate ſeculari, quae potius huic eſt ſubiecta, *c. 6. X. h. t. extrav. comm. vnam ſanctam. h. tit.* Sed contra haec principia, ſtatui publico bellum indicentia, calamum egregie ſtrinxit PVFENDORFF. *de hab. relig. ad vit. ciuilem.*

 (p) Haec

ribus, is qui prior ordinatus fuit, poſtea ordinato praefertur. *c. 1. h. t. c. 1. verſ. ſi autem partes. de paroch. c. vlt. diſt. 17. c. vlt. diſt. 75.*

8. *Dignitas* & *praerogatiua ordinantis*; quia ordinatus a ſuperiore, inter alios eiusdem ordinis magis eſt honorandus. *c. per tuas. 7. h. t.*

9. Poteſt quis diuerſo reſpectu eſſe maior, & eſſe minor, vel aequalis. Sic Archidiaconus, Archipresbytero ordine eſt minor; vt enim Archipresbyter eſt Presbyter, ita Archidiaconus eſt Diaconus; *c. 1. 2. 3. diſt. 60.* omnibus autem Diaconis praeferuntur Presbyteri: *c. Diaconi 12. cum 8. ſqq. c. legimus. 24. diſt. 93.* poteſtate vero Archidiaconus eſt maior Archipresbytero; vt dictum.

10. Minor maiori praefertur, ſi vices eius gerat, qui vtroque maior eſt. Vt Diaconus, Epiſcopi vices gerens, praefertur Presbytero. *c. pen. in fin. c. vlt. diſt. 93.*

11. Non tantum maioribus maior honos, ſed & *obedientia* debetur. *tot. tit. hic. & Ext. eod.*

12. Quae eſt ſubiectio, quam inferior clericus (p) ſuperiori, iuxta iuris ſtatutique normam, vel manu

(p) Haec rurſus ad *ſubordinationem* in hierarchia ſpectant. Durior adhuc eſt *ſubiectio laicorum* quorumcunque, etiam Imperatorum, Regum, & Principum, qui etiam ſuo proprio Epiſcopo ſubſunt. *c. 6. X. h.* Olim non erat ſic, quia in primitiua eccleſia clerus dependebat ab eccleſia, h. e. a coetu fidelium, quo ipſo omnis *independentia* perit. Nec tamen hanc illi inter no-

manu data, vel iuramento praeſtito, promittit. *c. cum in Eccleſiis 10. c. legebatur. 3. c. dilecti filii. 13. h. t.*

TIT. XXV.
DE ORDINATIONE CLERICORVM.

IN dictis ordinibus nulli ſunt, niſi per conſecrationem ordinentur.

2. *Ordinatio*, eſt perſonae eccleſiaſticae conſecratio, per quam gratia & poteſtas obeundorum eccleſiaſticorum munerum confertur. (q)

3. Eſt vel *maior*, quae maiores ordines; vel *minor*, quae minores continet. (r)

4. Vtraque fieri poteſt ab Epiſcopis; (s) in propria, (t) non aliena Dioeceſi, *c. nullus alterius. 1. & c. nullus Primas. 3. C. 9. qu. 2.* propriis, non alienis ſubditis, niſi ordinarii Epiſcopi praecedente licentia; *c. 2. de tempor. ord. in 6.* licet Epiſcopatus

nostrates negant, qui *immediate* a Deo munus eccleſiaſticum ordinatis tradi fingunt.

(q) hinc eam *abſolutae neceſſitatis & iuris diuini* eſſe volunt, cuius contrarium recte noſtrates docent.

(r) Inde reuera ordinatio reiteratur, quod ipſi pontificii alias admittere nolunt.

(s) *Maiores* tantum iure diuino conferri poſſe ab epiſcopis, Canoniſtae tradunt; ſed rurſus ſine ſolido fundamento, cum olim, Epiſcopo deficiente, etiam presbyteri ordinauerint.

(t) & quidem in *eccleſia cathedrali*; olim in *eccleſia vacante*, quod merito etiam a proteſtantibus obſeruandum eſſet.

 (u) Ho-

tus loco & dignitati renunciauerint: modo *minores* ordines contulerint: ſi *ſacros*, & quidem ſcientibus, non valet ordinatio; ſi, ſed non ſupine, ignorantibus, per diſpenſationem admittitur, *c. 1. de ord. ab Epiſc. qui renunc. epiſcopat.* vt & quam quis ab Epiſcopo excommunicato per ignorantiam accepit. *c. 2. eod.* Minor ordinatio fieri etiam poteſt a Praelato non epiſcopo; *c. cum contingat. 11. de aetat. & qual. c. veniens. 19. de praeſcript.* ſi quidem ordinandi non ſint irregulares, id eſt, promoueri non prohibeantur. Specul. *in tit. de irregul.*

5. Prohibentur quidam *ob aetatem*, *vitium animi*, *corporis*, *originis*, *vinculum reale*, *perſonale*, *ciuile*.

6. *Ob aetatem*, infans ad minores ordines, minor octo & decem annis ad Subdiaconatum, (u) minor viginti ad Diaconatum, minor viginti quinque ad Sacerdotium, *c. 7. §. inferiora. de electione.* minor triginta ad Epiſcopatum. *d. c. 7. §. inferiora. c. cum nobis. 19. verſ. de legitima. eod. c. Epiſcopus. 6. diſt. 77. c. de iis. 5. diſt. 28. c. quicunque. 3. diſt. 77. Clem. vlt. de aetat. & qual.*

7. Si tamen minor ordinatus fuerit, ab ipſius executione vsque ad aetatem legitimam ſuſpenditur.

(u) Hodie ex ſententia concilii Tridentini *ſeſſ. 23 de reform. c. 12.* ante annum 22. Subdiaconus ordinari nequit.

(x) Im-

tur. (x) *c. vel non eſt compos. 4. de temp. ordin.*

8. Circa aetatem autem poteſt Episcopus, vt quis dignitatem vel perſonatum ſine cura animarum obtineat, dispenſare. *c. vn. de aetate & qualit. ordin. in 6. c. cum nobis. 19. §. fin. c. innotuit. 24. de election.*

9. *Ob vitium animi* ordinari prohibetur, qui fuit furioſus, in ſcena luſit, afflictione diabolica vexatus; *c. 3. 4. & 5. diſt. 33.* qui crimini, quod peccatum mortale, cum perpetua infamia, inducit, addictus; vt homicida, adulter, periurus. (y)

10. Sed homicidii, quamuis occulti, reus, & licet poenitentiam ſubiit, repelli debet. *c. fin. de temp. ordin.* Nec refert, an propria manu, vt miles; an praecepto, vt Iudex; an conſilio, vt dum forte aſſeſſor eſſet; illud voluntarie, non coactus; *c. ſi quis viduam. 8. diſt. 50. & per tit. de homicid.* caſu, dans operam rei illicitae, *c. continebatur. 8. eod. c. Clericum qui. 5. & c. ſeq. diſt. 50.* aut & licitae, ſi culpa caſum praeceſſerit: *d. c. continebatur.*

(x) Imprimi enim per ordinationem volunt ordinato *characterem indelebilem*, ſeu gratiam quandam diuinam, virtute manuum impoſitionis. Haec in apoſtolis erat *miraculoſa*, quam virtutem etiam ſuis Epiſcopis tribuunt. Vnde poteſt quis *characterem* accipere, vt non habeat eius *executionem*.

(y) Tales olim poenitentiae publicae ſubdebantur, qua peracta, indecens videbatur, reſtitutos ad officia ſacra admittere.

 (z) ab

batur. 8. c. presbyterum. 7. de homicid. non, ſi nulla culpa ſubſit: *c. Iohannes Sacerdos. 23. eod.* commiſerit. (z)

11. Aliis criminibus, quae manifeſta, degradationis pœnam inferre poſſunt, obnoxii, acta poenitentiae parte, ordinibus acceptis vti poſſunt, & a ſublimioribus non poſſunt arceri. *c. ex tenore. 4. & c. fin. vbi* Gl. & Butr. *de temp. ordin.*

12. *Ob vitium corporis* ordinari non poteſt; qui ſibi volens, vel virilia, vel digitum, vel pedem amputauit, oculum eruit, *c. poenitentes. 3. c. ſi quis abſcidit 4. qui partem. 6. c. lator. ſi Euangelica. 13. diſt. 55.* Nolens, (puta, vel vi, vel in cunabulis, vel medicorum conſilio,) qui illa amiſit, non prohibetur. *d. c. ſi quis abſcidit. c. 1. 3. & 5. corp. vitiat. ord. c. ſi quis a medicis. 7. diſt. 55.* Niſi ſit eluſcatus, *c. fin. diſt. 55.* nunquam enim ordinari is poteſt.

13. *Ob vitium originis* prohibentur ordinari illegitimi, ex quocunque coitu, extra matrimonium procreati. (a) *c. inter dilectos. 11. de exceſſ. Prae-*

(z) ab omni *ſanguinis* effuſione abhorruerunt primi Chriſtiani, quod variis teſtimoniis illuſtrat Arnold *in repraeſ. prim. Chriſt. lib. V. c. 4.* Inde haec, quam Auctor tradit, doctrina nata.

(a) Hoc in odium *concubinatus* inualuit, ſed inde ſimul illegitimis *macula* adſperſa eſt, vt nec ad collegia opificum vel alias dignitates poſtea fuerint admiſſi, poſtquam eos eccleſia indignos iudicauit, qui ad functiones ſacras admitterentur.

(b) Per-

Praelat. c. infamibus. 87. de reg. iur. in 6. niſi vt Monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viuentes. *c. 1. de fil. presbyt.* ad praefecturas tamen non ſunt admittendi. *d. c. 1.*

14. Admittuntur tamen ad minores ordines cum diſpenſatione Epiſcopi; cum Papae, ad maiores. *c. 1. eod. in 6.*

15. Quae diſpenſatio ordinis collationem praecedere debet; alioqui illicite actum, Gloſſ. *fin. in c. vn. de aetat. & qual. in 6. &* Dd. *in c. 1. in princ. verſ. diſpenſat. de filiis presbyt. in 6.* Quia cauſae cognitio adhibenda, & decretum, quo pronunciet Epiſcopus, dignum illum eſſe diſpenſatione. Specul. *in tit. diſpenſ. §. qualiter autem. num. 3.*

16. *Ob vinculum reale* ordinari vetantur; qui ſiue publicam, ſiue priuatam rem geſſerunt, niſi, adminiſtratione finita, rationes reddiderint. (b) *c. vn. de oblig. ad rat. ord.*

17. *Vinculum perſonale* ordinationem impedit in ſeruo; niſi per manumiſſionem, vel expreſſam, *c. 1. 2. 3. 4. 5. de ſeru. non ordin. c. 1. & 2. diſt. 54.* vel tacitam, domino conſentiente, *c. ſi ſeruus. 20. diſt. 54.* libertatem ſit conſecutus. In Monacho; niſi

(b) Perfidi adminiſtratores olim ad clericatum confugiebant, quo ſe foro ſeculari ſubtraherent, & priuilegia clericalia acciperent: quod cum in fraudem legis fieret, merito prohiberi debuit. vid. diſſert. *de clerico debitore.*

niſi Abbate conſentiente. *c. 1. diſt. 58. c. ad aures. 5. de temp. ordin.*

18. *Vinculum ciuile*, quo quis ſe ita fori ſecularis coercitioni obſtrinxit, vt inde recedere non poſſit, quem ab ordinibus arcet: vt bigamus, qui ne quidem vxore mortua, *c. 3. de bigam. non ord.* aut cum diſpenſatione, *c. 2. eod.* ad eos admitti poteſt.

19. Bigamus proprie dicitur, qui duas legitimas vxores habuit; id eſt, qui ſecundas nuptias (c) contraxit. Quaſi bigamus tamen irregularitatem incurrit, qui ſciens vxorem adulteram cognouit; *c. ſi cuius. 11. & c. ſeq. diſt. 34.* qui repudiatam, *c. 1. eod.* viduam, *c. 3. c. 5. verſ. cum ergo. c. vlt. eod.* duxit, qui ſecundas nuptias de facto contraxit; veluti cum in ſacris eſſet. *c. 4. eod.*

20. Qui vero ab altero ductam, ſed non cognitam, duxit, irregularitatem non incurrit; *d. c. 5. eod.* vt nec is, qui multas habuit concubinas, ſi quidem poenitentia impoſita cum eo diſpenſetur. *c. pen. eod.*

21. Non ſufficit, quem ab ordinatione non repelli; ſed & neceſſe, vt ſit irreprehenſibilis, ſobrius, ordinatus, prudens, pudicus, hoſpitalis, literatus, non vinolentus, percuſſor; ſed modeſtus, non

(c) Hoc *odio ſecundarum nuptiarum* a patribus inuentum eſt, quas adeo improbarunt, vt nonnunquam ſecundo nubentes poenitentiae eccleſiaſticae ſubderent, easque ſtupro aequipararent.

(d)

non litigioſus; non cupidus, ſed ſuae domui bene praepoſitus, non neophytus. *c. cognoſcamus. 14. diſt. 34. c. Apoſtolus. 1. diſt. 81.*

22. Vt cognoſcatur, an talis ſit, adhibendum eſt *ſcrutinium.*

23. Quod eſt inquiſitio ſcientiae, morum, vitae, (d) fidei, inſtitutionis, patriae, loci, vbi educatus, generis, (e) aetatis, eius qui ordines petit, per Archidiaconum, vel Epiſcopum, facta, *c. vn. de ſcrut. in ord. fac. c. licet. 5. de offic. leg. c. 1. & per tot. diſt. 24.*

24. Inquiſitione per tres continuos dies diligenter facta, qui probati; Epiſcopo praeſentari debent. Qui minores ordines conferet diebus feſtis; *c. 3. de temp. ordin.* maiores tantum ſtatis temporibus anni, quibus ieiunia ab eccleſia indicuntur; & ſabbato ſancto, vel ſabbato ante dominicam de paſſione. Diebus autem dominicis, (f) & aliis diebus

(d) Hoc examen Epiſcopi Archidiaconis commiſerunt, in foris noſtris a conſiſtorio peragitur. In ipſo examine teſtimonia *vitae ante actae* exhibenda, quae vt plurimum emendicari ſolent, vel alias haud ſufficiunt, ad eam morum integritatem probandam, quae in miniſtro eccleſiae deſideratur, obſeruante ESPENIO *P. II. iur. eccleſ. tit. 9. c. 4. n. 34.*

(e) vtrum ab haereticis deſcendat, cum tales vsque ad ſecundum gradum per lineam maſculinam, & ad primum per foemininam ordinari prohibeantur.

(f) & tamen olim his diebus potiſſimum hae ordinationes peragebantur. *c. 5. D. 75.*

diebus feſtis, & ſabbato Pentecoſtes, ſolus Pontifex Romanus conferre poteſt. *c. 1. 2. 3. eod.*

25. Extra ſtatuta tempora ſi ordinatio facta, ordinatus quidem characterem recipit, ſed ab officii executione ſuſpenditur, donec cum eo diſpenſetur: ordinator eccleſiaſtica diſciplina coercetur. *c. cum quidam. 8. & c. pen. eod.*

26. Duo ordines eidem vno die, aut duobus diebus, continuato ieiunio, conferri non poſſunt. (g) Si id fiat, ordinans a collatione illorum ordinum, & ordinatus ab executione officii, donec diſpenſetur cum eo, ſuſpenditur. *c. literas. 13. c. delectus. 15. eod.*

27. Qui ſcrutinium ſubterfugiens, furtiue ordines ſurripuit, puta multitudini ordinandorum, ignorante Episcopo, ſe ingerendo, & maiorum ordinum ſuſcipiendorum ſpe, & ordinis illius, quem ſuſcepit, executione priuatur; nec eum, ſi ſit excommunicatus, alius quam Pontifex Romanus poteſt reſtituere; omnino ſi non excommunicatus. *c. 1. & ſeq. de eo qui furt. ord. ſuſc. vide eund. titul. infra.*

28. Qui per ſaltum, id eſt, intermiſſis certis gradibus, promotus; ſi id factum per *negligentiam*, debet, quamuis characterem recipiat, tamdiu a maioribus abſtinere, quamdiu congruo tempore omiſ-

(g) Sunt certa interſtitia inter ordines conſtituta, quae tamen tantum dicis gratia obſeruantur, teſte DVARRENO *de SS. eccl. miniſt. lib. I. c. 16.*

(h) Sed

omiſſos accipere diſtulit: *c. 1. & 2. diſt. 55.* vbi Gl. ſi per *ſuperbiam*, ab eccleſia abiici, nec amplius ordinari poteſt. *c. vn. de Cler. per ſalt. prom. vide eund. tit. in f.* (h)

29. Ordinatione ſemel facta, ea, licet in ordine quid ſit praetermiſſum, non iterabitur: ſed quoad fieri poſſit, id quod per errorem, vel incaute neglectum eſt, ſupplebitur, *c. 1. de ſacram. non iter. c. Presbyter. eod.* Ratio eſt in *c. 1. eod. & c. ſacramenta. 34. c. manus. 74. cauſ. 1. qu. 1.* niſi omnino contra eccleſiae formam ordinatio fuerit facta, *arg. c. 52. ſine exceptione. 12. qu. 2. c. 1. 30. qu. 5.*

TIT. XXVI. III. x. 31.

DE REGVLARIBVS AC MONACHIS.

SEquitur de *regularibus:* qui certae regulae, vt

(h) Sed etiam abſque *titulo* nemo ordinandus, *c. 112. C. 1. qu. 1.* alioquin olim nihil agebatur. *c. 2. D. 70.* Titulus olim erat officium certum eccleſiaſticum in certa eccleſia. Sed hodie finxerunt nouum *titulum patrimonii*, vt in ordinato ſufficiat, ſi bona ſufficientia habeat, vnde ſe ſuſtentare queat, *c. 4. X. de praeb.* quo ipſo reuera contra canones priſcos *abſolute* ordinatur. Denique *gratis* fieri debet, *c. 3. 7. 11. C. 1. qu. 1.* alias Simoniam committi aiunt. Honoraria tamen olim quodammodo admiſſa, *Nov. 56. c. 1.* vnde *Annatarum* origo peti debet. Antiquitates circa *ordinationem* occurrentes diligenter excutit MORINVS *in tr. de ordinat.*

(i)

vt religioſe & ſub Praelati imperio viuant, ſiue in clericatu, ſiue in laicatu, ſunt adſtricti.

2. Hi, ſi Canonici (i) ſunt, *Canonici regulares* vocantur; ſin minus, *Monachi.*

3. Fiunt vel *paterna deuotione*, vel *propria profeſſione*, vel *voti emiſſione. c. Monachum. 3. C. 20. qu. 1.*

4. *Ex paterna deuotione*; cum pater filium impuberem religioni offert.

5. Quo caſu filius poſt pubertatis annum, a Praelato monitus, ſi voluerit, monaſterium egredi poterit:

(i) Horum origo petenda ex inſtituto CHRODOGANGI, Epiſcopi Metenſis, ſub PIPINO, qui, vt clericos in ordinem reduceret, monaſticam diſciplinam inter eos introduxit, vt communi dormitorio, refectorió & clauſtro vterentur, & ſecundum canones praeſcriptos, qui in *concilio Aquisgranenſi* A. 816. ſpecialius determinati ſunt, viuerent, ſine votis tamen praeſtitis. Vna horum erat ratio vsque ad ſeculum XI, quo in plurimis eccleſiis *vita communis* deſerta, & ſinguli canonici ſeorſim habitare inceperunt. Inde factum, vt quidam, ex zelo quodam pio vel quaſi, canonicos rurſus ad vitam communem colligerent, eosque, quo adſtrictius in ea continerentur, *voto paupertatis* adſtringerent. Hi inde dicti ſunt *regulares*, ceteri autem, qui ad hoc novum inſtitutum componi haud potuere, *ſeculares.* Illi a Monachis adhuc differunt, quod hi quidem ſecundum regulam *Benedicti* vel aliam viuant, illi vero alia, quam AVGVSTINI vocant, vtuntur, & praeterea clericalia officia peragant.

(k) vn-

erit: ſi vero profeſſionem fecerit, vel factam de ſe prius ratam habuerit, poenitentiae locus vlterius non datur. Cum ſe, profeſſione facta, monaſterii regulae adſtrinxerit. *c. cum virum. 12. h. t. c. 10. illud autem. c. 20. qu. 1.*

6. Eſt enim (ſecundum Hoſtienſ.) *profeſſio* nihil aliud, quam certae religionis ſolennis promisſio, qua quis ſe ad obſeruationem certae alicuius monachalis regulae (k) obſtringit. Hoſtienſ. *§. ad quid verſ. profeſſio. eod. tit.*

7. Fit vel *expreſſe*, vel *tacite*.

8. *Expreſſe*, cum quis poſt annum probationis, coram Abbate, Priore alioue Praelato, vel ab eo mandatum habente, cuius religionis, quam ſibi ipſe delegit, promiſſionem accipiente, vniuerſo conuentu praeſente, habitum monachalem ſuſcipiens, in ſcriptis, *c. vidua. 16. C. 20. qu. 1. c. omnes feminae. 36. C. 27. qu. 1.* promittit, (l) *continentiam* vt

(k) Vnde hi dicuntur *regulariter*, canonici vero *canonice* i. e. ſecundum canones praeſcriptos viuere. Vtrumque tamen *monachatum*, diuerſa licet ſub forma, ſapit, vnde tot veſtigia adhuc ex *inſtitutis monaſticis* in capitulis ſuperſunt, v. c. officia Decanorum, praepoſitorum, annus probatorius, das Cloſter-Jahr ꝛc.

(l) Horum votorum BENEDICTVS autor fuiſſe fertur, cuius mores & inſtituta monaſtica tradit MABILLON. *tom. 1. act. Benedict.* Olim quidem monachi ad certas regulas viuere cogebantur in ſolitudine, ſed votis non adſtringebantur. Ipſa vita monaſtica ab Es-

tus loco & dignitati renunciauerint: modo *mino-res* ordines contulerint: ſi *ſacros*, & quidem ſci-entibus, non valet ordinatio; ſi, ſed non ſupine, ignorantibus, per diſpenſationem admittitur, *c. 1. de ord. ab Epiſc. qui renunc. epiſcopat.* vt & quam quis ab Epiſcopo excommunicato per ignoranti-am accepit. *c. 2. eod.* Minor ordinatio fieri et-iam poteſt a Praelato non epiſcopo; *c. cum con-tingat. 11. de aetat. & qual. c. veniens. 19. de prae-ſcript.* ſi quidem ordinandi non ſint irregulares, id eſt, promoueri non prohibeantur. Specul. *in tit. de irregul.*

5. Prohibentur quidam *ob aetatem, vitium a-nimi, corporis, originis, vinculum reale, perſona-le, ciuile.*

6. *Ob aetatem,* infans ad minores ordines, mi-nor octo & decem annis ad Subdiaconatum, (u) minor viginti ad Diaconatum, minor viginti quin-que ad Sacerdotium, *c. 7. §. inferiora. de election.* minor triginta ad Epiſcopatum. *d. c. 7. §. inferio-ra. c. cum nobis. 19. verſ. de legitima. eod. c. Epiſco-pus. 6. diſt. 77. c. de iis. 5. diſt. 28. c. quicunque. 3. diſt. 77. Clem. vlt. de aetat. & qual.*

7. Si tamen minor ordinatus fuerit, ab ipſius executione vsque ad aetatem legitimam ſuſpendi-tur.

(u) Hodie ex ſententia concilii Tridentini *ſeſſ. 23 de re-form, c. 12.* ante annum 21. Subdiaconus ordinari ne-quit.

(x) Im-

tur. (x) *c. vel non eſt compos. 4. de temp. ordin.*

8. Circa aetatem autem poteſt Episcopus, vt quis dignitatem vel perſonatum ſine cura animarum obtineat, diſpenſare. *c. vn. de aetate & qualit. ordin. in 6. c. cum nobis. 19. §. fin. c. innotuit. 24. de electione.*

9. *Ob vitium animi* ordinari prohibetur, qui fuit furioſus, in ſcena luſit, afflictione diabolica vexatus; *c. 3. 4. & 5. diſt. 33.* qui crimini, quod peccatum mortale, cum perpetua infamia, inducit, addictus; vt homicida, adulter, periurus. (y)

10. Sed homicidii, quamuis occulti, reus, & licet poenitentiam ſubiit, repelli debet. *c. fin. de temp. ordin.* Nec refert, an propria manu, vt miles; an praecepto, vt Iudex; an conſilio, vt dum forte aſſeſſor eſſet; illud voluntarie, non coactus; *c. ſi quis viduam. 8. diſt. 50. & per tit. de homicid.* caſu, dans operam rei illicitae, *c. continebatur. 8. eod. c. Clericum qui. 5. & c. ſeq. diſt. 50.* aut & licitae, ſi culpa caſum praeceſſerit: *d. c. continebatur.*

(x) Imprimi enim per ordinationem volunt ordinato *characterem indelebilem*, ſeu gratiam quandam diuinam, virtute manuum impoſitionis. Haec in apoſtolis erat *miraculoſa*, quam virtutem etiam ſuis Epiſcopis tribuunt. Vnde poteſt quis *characterem* accipere, vt non habeat eius *executionem*.

(y) Tales olim poenitentiae publicae ſubdebantur, qua peracta, indecens videbatur, reſtitutos ad officia ſacra admittere.

 (z) ab

Praelat. c. infamibus. 87. de reg. iur. in 6. niſi vt Monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viuentes. *c. 1. de fil. presbyt.* ad praefecturas tamen non ſunt admittendi. *d. c. 1.*

14. Admittuntur tamen ad minores ordines cum diſpenſatione Epiſcopi; cum Papae, ad maiores. *c. 1. eod. in 6.*

15. Quae diſpenſatio ordinis collationem praecedere debet; alioqui illicite actum, Gloſſ. *fin. in c. vn. de aetat. & qual. in 6. &* Dd. *in c. 1. in princ. verſ. diſpenſat. de filiis presbyt. in 6.* Quia cauſae cognitio adhibenda, & decretum, quo pronunciet Epiſcopus, dignum illum eſſe diſpenſatione. Specul. *in tit. diſpenſ. §. qualiter autem. num. 3.*

16. *Ob vinculum reale* ordinari vetantur; qui ſiue publicam, ſiue priuatam rem geſſerunt, niſi, adminiſtratione finita, rationes reddiderint. (b) *c. vn. de oblig. ad rat. ord.*

17. *Vinculum perſonale* ordinationem impedit in ſeruo; niſi per manumiſſionem, vel expreſſam, *c. 1. 2. 3. 4. 5. de ſeru. non ordin. c. 1. & 2. diſt. 54.* vel tacitam, domino conſentiente, *c. ſi ſeruus. 20. diſt. 54.* libertatem ſit conſecutus. In Monacho; niſi

(b) Perfidi adminiſtratores olim ad clericatum confugiebant, quo ſe foro ſeculari ſubtraherent, & priuilegia clericalia acciperent: quod cum in fraudem legis fieret, merito prohiberi debuit. vid. diſſert. *de clerico debitore.*

niſi Abbate conſentiente. *c. 1. diſt. 58. c. ad aures. 5. de temp. ordin.*

18. *Vinculum ciuile*, quo quis ſe ita fori ſecularis coercitioni obſtrinxit, vt inde recedere non poſſit, quem ab ordinibus arcet: vt bigamus, qui ne quidem vxore mortua, *c. 3. de bigam. non ord.* aut cum diſpenſatione, *c. 2. eod.* ad eos admitti poteſt.

19. Bigamus proprie dicitur, qui duas legitimas vxores habuit; id eſt, qui ſecundas nuptias (c) contraxit. Quaſi bigamus tamen irregularitatem incurrit. qui ſciens vxorem adulteram cognouit; *c. ſi cuius. 11. & c. ſeq. diſt. 34.* qui repudiatam, *c. 1. eod.* viduam, *c. 3. c. 5. verſ. cum ergo. c. vlt. eod.* duxit, qui ſecundas nuptias de facto contraxit; veluti cum in ſacris eſſet. *c. 4. eod.*

20. Qui vero ab altero ductam, ſed non cognitam, duxit, irregularitatem non incurrit; *d. c. 5. eod.* vt nec is, qui multas habuit concubinas, ſi quidem poenitentia impoſita cum eo diſpenſetur. *c. pen. eod.*

21. Non ſufficit, quem ab ordinatione non repelli; ſed & neceſſe, vt ſit irreprehenſibilis, ſobrius, ordinatus, prudens, pudicus, hoſpitalis, literatus, non vinolentus, percuſſor; ſed modeſtus, non

(c) Hoc *odio ſecundarum nuptiarum* a patribus inuentum eſt, quas adeo improbarunt, vt nonnunquam ſecundo nubentes poenitentiae eccleſiaſticae ſubderent, easque ſtupro aequipararent.

(d)

non litigioſus; non cupidus, ſed ſuae domui bene praepoſitus, non neophytus. *c. cognoſcamus. 14. diſt. 34. c. Apoſtolus. 1. diſt. 81.*

22. Vt cognoſcatur, an talis ſit, adhibendum eſt *ſcrutinium.*

23. Quod eſt inquiſitio ſcientiae, morum, vitae, (d) fidei, inſtitutionis, patriae, loci, vbi educatus, generis, (e) aetatis, eius qui ordines petit, per Archidiaconum, vel Epiſcopum, facta, *c. vn. de ſcrut. in ord. fac. c. licet. 5. de offic. leg. c. 1. & per tot. diſt. 24.*

24. Inquiſitione per tres continuos dies diligenter facta, qui probati, Epiſcopo praeſentari debent. Qui minores ordines conferet diebus feſtis; *c. 3. de temp. ordin.* maiores tantum ſtatis temporibus anni, quibus ieiunia ab eccleſia indicuntur; & ſabbato ſancto, vel ſabbato ante dominicam de paſſione. Diebus autem dominicis, (f) & aliis diebus

(d) Hoc examen Epiſcopi Archidiaconis commiſerunt, in foris noſtris a conſiſtorio peragitur. In ipſo examine teſtimonia *vitae ante actae* exhibenda, quae vt plurimum emendicari ſolent, vel alias haud ſufficiunt, ad eam morum integritatem probandam, quae in miniſtro eccleſiae deſideratur, obſeruante ESPENIO *P. II. iur. eccleſ. tit. 9. c. 4. n. 34.*

(e) vtrum ab haereticis deſcendat, cum tales vsque ad ſecundum gradum per lineam maſculinam, & ad primum per foemininam ordinari prohibeantur.

(f) & tamen olim his diebus potiſſimum hae ordinationes peragebantur. *c. 5. D. 75.*

diebus feſtis, & ſabbato Pentecoſtes, ſolus Pontifex Romanus conferre poteſt. *c. 1. 2. 3. eod.*

25. Extra ſtatuta tempora ſi ordinatio facta, ordinatus quidem characterem recipit, ſed ab officii executione ſuſpenditur, donec cum eo diſpenſetur: ordinator eccleſiaſtica disciplina coercetur. *c. cum quidam. 8. & c. pen. eod.*

26. Duo ordines eidem vno die, aut duobus diebus, continuato ieiunio, conferri non poſſunt. (g) Si id fiat, ordinans a collatione illorum ordinum, & ordinatus ab executione officii, donec diſpenſetur cum eo, ſuſpenditur. *c. literas. 13. c. delectus. 15. eod.*

27. Qui ſcrutinium ſubterfugiens, furtiue ordines ſurripuit, puta multitudini ordinandorum, ignorante Epiſcopo, ſe ingerendo, & maiorum ordinum ſuſcipiendorum ſpe, & ordinis illius, quem ſuſcepit, executione priuatur; nec eum, ſi ſit excommunicatus, alius quam Pontifex Romanus poteſt reſtituere; omnino ſi non excommunicatus. *c. 1. & ſeq. de eo qui furt. ord. ſuſc. vide eund. titul. infra.*

28. Qui per ſaltum, id eſt, intermiſſis certis gradibus, promotus; ſi id factum per *negligentiam*, debet, quamuis characterem recipiat, tamdiu a maioribus abſtinere, quamdiu congruo tempore omiſ-

(g) Sunt certa interſtitia inter ordines conſtituta, quae tamen tantum dicis gratia obſeruantur, teſte DVARENO *de SS. eccl. miniſt. lib. I. c. 16.*

(h) Sed

omiſſos accipere diſtulit: *c. 1. & 2. diſt. 55.* vbi Gl. ſi per *ſuperbiam*, ab eccleſia abiici, nec amplius ordinari poteſt. *c. vn. de Cler. per ſalt. prom. vide eund. tit. in f.* (h)

29. Ordinatione ſemel facta, ea, licet in ordine quid ſit praetermiſſum, non iterabitur: ſed quoad fieri poſſit, id quod per errorem, vel incaute neglectum eſt, ſupplebitur, *c. 1. de ſacram. non iter. c. Presbyter. eod.* Ratio eſt in *c. 1. eod. & c. ſacramenta. 34. c. manu. 74. cauſ. 1. qu. 1.* niſi omnino contra eccleſiae formam ordinatio fuerit facta. *arg. c. 52. ſine exceptione. 12. qu. 2. c. 1. 30. qu. 5.*

Tit. XXVI. III. x. 31.
DE REGVLARIBVS AC MONACHIS.

Sequitur de *regularibus:* qui certae regulae, vt

(h) Sed etiam absque *titulo* nemo ordinandus, *c. 122. C. 1. qu. 1.* alioquin olim nihil agebatur. *c. 2. D. 70.* Titulus olim erat officium certum eccleſiaſticum in certa eccleſia. Sed hodie finxerunt nouum *titulum patrimonii*; vt in ordinato ſufficiat, ſi bona ſufficientia habeat, vnde ſe ſuſtentare queat, *c. 4. X. de praeb.* quo ipſo reuera contra canones priſcos *abſolute* ordinatur. Denique *gratis* fieri debet, *c. 3. 7. 11. C. 1. qu. 1.* alias Simoniam committi aiunt. Honoraria tamen olim quodammodo admiſſa, *Nov. 56. c. 1.* vnde *Annatarum* origo peti debet. Antiquitates circa *ordinationem* occurrentes diligenter excutit MORINVS *in tr. de ordinat.*

(i)

vt religioſe & ſub Praelati imperio viuant, ſiue in clericatu, ſiue in laicatu, ſunt adſtricti.

2. Hi, ſi Canonici (i) ſunt, *Canonici regulares* vocantur; ſin minus, *Monachi.*

3. Fiunt vel *paterna deuotione*, vel *propria profeſſione*, vel *voti emiſſione*. *c. Monachum. 3. C. 20. qu. 1.*

4. *Ex paterna deuotione*; cum pater filium impuberem religioni offert.

5. Quo caſu filius poſt pubertatis annum, a Praelato monitus, ſi voluerit, monaſterium egredi poterit:

(i) Horum origo petenda ex inſtituto CHRODOGANGI, Epiſcopi Metenſis, ſub PIPINO, qui, vt clericos in ordinem reduceret, monaſticam diſciplinam inter eos introduxit, vt communi dormitorio, refectorio & clauſtro vterentur, & ſecundum canones praeſcriptos, qui in *concilio Aquisgranenſi* A. 816. ſpecialius determinati ſunt, viuerent, ſine votis tamen praeſtitis. Vna horum erat ratio vsque ad ſeculum XI, quo in plurimis eccleſiis *vita communis* deſerta, & ſinguli canonici ſeorſim habitare inceperunt. Inde factum, vt quidam, ex zelo quodam pio vel quaſi, canonicos rurſus ad vitam communem colligerent, eosque, quo adſtrictius in ea continerentur, *voto paupertatis* adſtringerent. Hi inde dicti ſunt *regulares*, ceteri autem, qui ad hoc nouum inſtitutum componi haud potuere, *ſeculares*. Illi a Monachis adhuc differunt, quod hi quidem ſecundum regulam *Benedicti* vel aliam viuant, illi vero alia, quam AVGVSTINI vocant, vtuntur, & praeterea clericalia officia peragant.

(k) vn-

erit: ſi vero profeſſionem fecerit, vel factam de ſe prius ratam habuerit, poenitentiae locus vlterius non datur. Cum ſe, profeſſione facta, monaſterii regulae adſtrinxerit. *c. cum virum. 12. h. t. c. 10. illud autem. c. 20. qu. 1.*

6. Eſt enim (ſecundum Hoſtienſ.) *profeſſio* nihil aliud, quam certae religionis ſolennis promisſio, qua quis ſe ad obſeruationem certae alicuius monachalis regulae (k) obſtringit. Hoſtienſ. §. *ad quid verſ. profeſſio. eod. tit.*

7. Fit vel *expreſſe*, vel *tacite*.

8. *Expreſſe*, cum quis poſt annum probationis, coram Abbate, Priore alioue Praelato, vel ab eo mandatum habente, cuius religionis, quam ſibi ipſe delegit, promiſſionem accipiente, vniuerſo conuentu praeſente, habitum monachalem ſuſcipiens, in ſcriptis, *c. vidua. 16. C. 20. qu. 1. c. omnes feminae. 36. C. 27. qu. 1.* promittit, (l) *continentiam* vt

(k) Vnde hi dicuntur *regulariter*, canonici vero *canonice* i. e. ſecundum canones praeſcriptos viuere. Vtrumque tamen *monachatum*, diuerſa licet ſub forma, ſapit, vnde tot veſtigia adhuc ex *inſtitutis monaſticis* in capitulis ſuperſunt; v. c. officia Decanorum, praepoſitorum, annus probatorius, das Cloſter-Jahr ꝛc.

(l) Horum votorum BENEDICTVS autor fuiſſe fertur, cuius mores & inſtituta monaſtica tradit MABILLON. *tom. 1. act. Benedict.* Olim quidem monachi ad certas regulas viuere cogebantur in ſolitudine, ſed votis non adſtringebantur. Ipſa vita monaſtica ab Es-

vt ſeruet inuiolatam, ſe, quantum pro humana imbecillitate poterit, operam daturum; Praelato *obedientiam* & ex regulae praeceptis debitam obſeruantiam praeſtiturum; malam vitae conſuetudinem in melius mutaturum; *bona* omnia repudiaturum. Spec. *in tit. de regul. per c. vidua. 16. C. 20. qu. 1. c. porrectum. 13. c. ex parte. 22. h. t. c. ex transmiſſa. 3. de renunc. c. cum ad monaſterium. 6. de ſtatu monach.*

9. Monachus enim nihil proprii habere poteſt; ſi ſine licentia Praelati peculium habet, monaſterio, in quo ab initio conuerſatus, ſub Abbatis ſui regula reddere cogitur. *c. monachi. 2. de ſtatu monach.* alioquin ab altaris communione mouetur; ſi ſic deceſſerit, ſepultura & fratrum communione priuatur. *c. Iohannes. 5. h. t.*

10. *Tacite* fit profeſſio, cum ex ſufficientibus coniecturis colligitur; veluti ſi poſt probationis tempus in monaſterio manens habitum retinuerit; ſi quidem is nouitiis & profeſſis communis: ſi diſtinctus; profeſſorum habitum ſuſceperit.* *c. ſtatuimus. 23. eod. Clem. eos qui. 2. de regul. c. conſtitutionem. 3. h. t. in 6.*

11. Solent enim Regulares, nouitios, id eſt, religio-

Eſſaeorum inſtitutis petenda, haec vero ex Pythagoraeorum disciplina originem traxit. Hoc ipſum fundamentum ſanctitatis monaſticae eſt, quod credant, per *regulas*, earumque obſeruantiam, ad ſummum pietatis gradum deueniri poſſe.

gioni non addictos, a profeſſis vel *veſtium diſcrimine* ſegregare; ſiue id ſit in veſtium colore, ſiue modo & forma; *d. Clem. eos qui.* vel *loco quo ſuſcipiuntur.* Nouitii enim veſtes ſuas in monaſterio; profeſſi in eccleſia ante ſupremum altare, induunt; vel *perſona, qui eas confert;* profesſis enim tantum Abbas vel Prior; nouitiis, inferiores. *c. in fin. de regul. in 6. d. c. ſtatuimus. 12. in fin.*

12. Tempus probationis (m) eſt anni ſpatium; vt Praelatus poſſit mores nouitii ſpectare; is experiri, an ea vita ſibi placeat, & an eam poſſit tolerare. *c. conſult. 20. & c. pen. h. t.*

13. Poteſt tamen illud Praelatus ex cauſa ad biennium vel triennium producere. Abb. *c. ad Apoſtolicam. 16. eod.*

14. Ante probationis tempus expletum, profesſionem ſi Praelati admittant, puniuntur, quamuis profeſſio (niſi ad religionem aliquam mendicantem ſit facta, *c. non ſolum. 2. & c. ſeq. eod. in 6.*) teneat; *d. c. Apoſtolicam.* expreſſe ſit facta, vt profeſſum

(m) Inde quoque originem traxit *annus clauſtralis* in capitulis, a nouitiis canonicis ſtrictiſſime obſeruandus, etiam inter proteſtantes, poſtquam ex inſtituto CHRODOGANGI monaſtica diſciplina clero cathedralis eccleſiae obtruſa eſt. Inde eſt, quod ad exemplum *monaſticae diſciplinae* ad vnguem obſeruari debeat, vt ſi vel in minimo violetur, de nouo eum auſpicari teneatur nouitius, quo ipſo tamen ratione *ſenii* magnum incurrit praeiudicium.

(n)

feſſum illi religioni, quam profitetur, obliget: ſi tacite, generaliter religioni alicui, ſi quidem ſit aetatis aptae, voluntarius, triduo perſeueret. *c. conſtitutionem. 3. eod. in 6.*

15. Aetas apta olim erat pubertas: *c. ad noſtram. 8. h. t.* Gl. *d. Clem. eos. verb. aetate*, niſi eſſet congregatio valde difficilis, aut regula valde anguſta; tum enim plena pubertas, id eſt, decem & octo anni, requirebatur: *c. quia in inſulis. 6.* vbi Abb. *h. t.* Ex Concilio Tridentino in quacunque religione profeſſio ante decimum ſextum annum admitti nequit. *c. 15. ſeſſ. 25.*

16. Ad religionis habitum aſſumendum obligatur etiam quis (vt dictum) *voti emiſſione.*

17. Eſt *votum*, alicuius rei faciendae, vel non faciendae, cum deliberatione animi Deo facta promiſſio. (n)

18. Voti enim praeſtationem animi deliberatio praecedere debet: Quod enim potius ex facilitate animi, quam diſcretionis arbitrio emittitur, non eſt obligatorium. *c. venientis. 2. de voto. c. cariſſimus. 11. c. veniens. 16. de conuerſ. coniug.*

19. Eſt votum vel *neceſſarium*, ſiue *praecepti*; quod fit in Baptiſmo, dum is, qui baptizatur, Satanae & eius operibus renunciat, ac ſe fidelem fore, &

(n) qua putant ſingularem Dei cultum exhiberi, & ita quicquid ex voto agitur, magis pium ſanctumque eſſe indicatur.

(o)

& diuina praecepta ſeruaturum promittit: *c. Spiritus Sanctus. 8. ʃ. ecce. C. 1. qu. 1. c. prima. 73. de conſecrat. diſt. 4.* vel *voluntarium*, ſiue *conſilii*; quod quis ſponte ſua & libera voluntate facit, ſe ad id adſtringens, ad quod ante votum non tenebatur; vt ad continendum, abſtinendum, peregrinandum. *c. 1. C. 17. qu. 1. c. non ſolum. 1. C. 32. qu. 8.*

20. Hoc ſubdiuiditur in *ſimplex*, quod ſolennitate vacat: & *ſolenne*, quod per ſuſceptionem ſacri ordinis, vel expreſſam aut tacitam probatae religionis profeſſionem eſt ſolennizatum. *c. 3. qui Cler. vel vouen. c. vn. de voto. in 6.*

21. Vtrumque dicitur voluntarium ratione initii, quia nemo vouere cogitur; ſed vota ſemel facta obligant iure diuino, *Num. cap. 30. Deut. cap. 13. Pſalm. 75.* Canonico, *c. 5. verſ. ſane, de voto.* Ciuili. (o) *l. 2. D. de pollicitat.* proinde ea implere neceſſe;

22. Niſi I. vouens liberam vouendi voluntatem non habet: vt ſi voueat ſeruus ſine conſenſu domini, *arg. c. mulieres. 6. in fin. de ſent. excom. c. ex antiquis. 9. diſt. 54.* impubes ſine conſenſu parentis, vel tutoris; *c. 1. & 2. C. 20. qu. 1.* Epiſcopus ſine conſenſu Papae, vt eccleſiam derelinquat; *c. niſi cum pridem. 10. de renunc.* Clericus ſine licen-

(o) ſi vota ſunt *realia*, h. e. cauſam bonorum tangunt, adeo vt ex illis etiam detur actio.

licentia Praelati, vt officii iniuncti executio impediatur; *c. admonet. 4. eod.* Monachus, vt regulae monachali eximatur. II. Votum ſit turpe ac rei illicitae. *c. 5. in malis. C. 20. qu. 4.* III. Simpliciter quis dixerit, ſe Monachum velle fieri, nec ad vlteriorem aliquem actum proceſſit. *c. 3. h. t. & c. qui bona. 4. C. 17. qu. 1.* IV. Conditio, ſub qua quis vouit, non ſit impleta. *c. non ſolum. 1. in fin. C. 32. qu. 8.* V. Ex iuſta cauſa, & ſuperioris auctoritate interueniente votum ſit redemptum, vel mutatum, *c. 1. 2. 7. c. ex multa. 9. de voto.* vel dilatum. *c. 5. c. quod ſuper. 8. eod.* (p)

23. Quicunque ad religionem conuerti voluerit, non nouam inſtituere, ſed vnam ex inſtitutis & ab eccleſia receptis optare debet. *c. fin. de relig. domib.*

24. Eae principaliter ſunt quatuor: videlicet, *Baſilii*, *Benedicti*, *Auguſtini*, *Franciſci*; (q) a quibus, tanquam fontibus, caeterae omnes manant. Sum. Aug. de Clau. *verb. religioſis. col. 2. vbi apoſt.* Boer. *de vita & ſtatu Ger. ad princ.* Exceptis

(p) vel *diſpenſatione* ſublatum, quod iudici eccleſiaſtico indulgent; plerumque tamen tales ſupponunt caſus, quando in voto vitium adeſt, ob quod ſubſiſtere nequit.

(q) Hi ſingularem affectant humilitatem, quod viderint, Benedictinos in omnium rerum abundantia ſummoque ſplendore viuere. Vnde abbates non habent, ſed *priores*, externo ſplendore & dignitate carentes.

(r) Hod

ptis *Carthuſienſibus*, qui ſuis ſtatutis vtuntur. Boer. *vbi ſup. num. 4.*

25. Religionem ingreſſus, eiusque habitum aſſumens, ſponte, legitimae ſi ſit aetatis, eam deſerere non poteſt, ſed proprio debet Abbati obedire, & in caſtitate in monaſterio proprio, ſeu clauſtro, degere: *c. 8. placuit communi. c. 11. iuxta. C. 16. qu. 1.* ſi illud deſerat, Abbas, non expectato Ordinario, eum debet diligenter perquirere, & competenti coercitione ad illud redire compellere. (r) *c. Ioannes. 5. de regular. c. fin. Ext. eod.*

26. Ad arctiorem tamen regulam, petita, licet non impetrata a Praelato venia, tranſire Regulari permittitur; *c. licet. 28. eod.* non laxiorem.

27. Mendicantes religioſi, (s) absque ſpeciali Sedis Apoſtolicae licentia, ad vllum ordinem monaſticum, Carthuſienſium excepto, tranſire, ſub poena excommunicationis, vetantur. *c. 1. Ext. eod.*

28. Vt monaſtica diſciplina inuiolabiliter cuſtodiatur, *Abbas* de congregatione monachorum eligi

(r) Hoc de *fugitiuis* & *Apoſtatis*, quos vocant, intelligendum, a quibus differunt *eiecti*, de quibus vid. ESPEN. *P. I. iur. eccleſ. tit. 27. c. 7.*

(s) de his vid. ESPEN. *cit. l. tit. 29. c. 4.* Hi a vita monaſtica magnopere deſcluere, vt ad alios ordines non facile componi poſſint, niſi nimis arcte, vt fuga omnis iis ſit praecluſa, conſtringantur, quod fit in Carthuſienſium ordine,

gi debet; (t) cui monachi cum omni obedientia & deuotione ſubiaceant; *c. Abbatem. 3. cum duob. ſeq. C. 18. qu. 2.* & vni, non pluribus monaſteriis praeſit. *c. fin. in fin. de religioſ. domib.*

29. Is diligenter attendere debet, vt monachi *ſtatum*, id eſt, *regulam* obſeruent.

30. *Statu* conſideratur, circa habitum, vitae inſtitutum, mores, diſciplinam, conuerſationem, continentiam, ſubiectionem, obedientiam, humilitatem, patrimonii abdicationem, paupertatem, abſtinentiam ciborum, familiam, correctionem, temperantiam, modeſtiam. Quae omnia *in c. cum ad monaſterium. 6. & c. in ſingulis. 7. de ſtatu monach.* fuſe explicantur.

31. Inter ea tria ſunt ſubſtantialia; vt *propriae voluntatis renunciatio*, *proprietatis abdicatio*, & *caſtitatis obſeruatio*; (u) aduerſus quae ne

(t) inter *Benedictinos* ſcilicet: alii ordines habent vel *praepoſitos*, vel *priores*, vel *Guardianos*. Illorum iura plene excutit TAMBVRINVS *de iure abbat.* Abbates ſunt vel *immediati*, vel *mediati*. Illi immediate *Pontifici*, & in Germania *imperio* ſubſunt, iure *ſtatuum imperii* gaudentes: hi vero vel Epiſcopis, vel dominis territorii proteſtantibus ſubſunt, *ſtatuumque prouincialium* iure fruuntur, ſiue ſint Catholici, ſiue A. C. addicti. vid. *I. P. art. V.* §. 14. Eadem eſt ratio *Abbatiſſarum*, quae tamen inter proteſtantes votis non adſtringuntur.

(u) forſan his tribus votis domare voluere tres affectus principales, *ambitionem*, *auaritiam* & *voluptatem*: Sed hi non *votis*, ſed alia ratione domandi erant.

Ad-

ne quidem Papa diſpenſare poteſt: in aliis diſpenſatio admittitur. *d. c. cum ad monaſterium. 6.*

32 Quae non tantum Monachi, ſed & Canonici regulares obſeruare tenentur; licet laxiori, quam Monachi, ſubiiciantur regulae: vnde & facilius eccleſiae parochiali praeficiuntur, eisque animarum cura committitur. *c. quod Dei. 5. eod.*

TIT. XXVII. III. x. 1.
DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

CONgruit omnibus Clericis, vt, quemadmodum in ſortem Domini ſunt vocati, & a populo officiis & ordinibus ſunt diuiſi: ita & ſumma ope nitantur, vitae honeſtate caeteris praecellere. (x)

2. Eſt *vitae honeſtas*, agendi dexteritas, qua hominis animus ita informatur, vt deteſtando vitia, ea, quae cum virtutibus congruunt, ampleĉtatur. Venat. *in Analyſ. hoc tit.*

3. Ea eſt vel *interna*; quae eſt animi probitas, qua praediti cupiunt ex iuris & virtutum praeſcripto viuere: vel *externa*; quae in externis ſecundum virtutem actionibus conſiſtit.

4. Vtram-

Addunt Ieſuitae quartum votum, *propagandi fidem catholicam* h. e. hierarchiam Romanam.

(x) Erudite hanc materiam illuſtrauit CAROLVS ANNIBAL FABROTTVS in tr. *de vita & honeſt. cleric.* Pariſ. anno 1651. edito.

4. Vtramque vt obſeruent Clerici, certae *de eorum negotiis* & *officiis, moribus* & *vita, habitu* & *veſtitu*, regulae Canonibus traduntur.

5. *Circa negotia & officia*, ne officia vel commercia ſecularia: vt mercaturam, *c. ſecundum. 6. ne cler. vel monach.* procurationem laicorum, *c. Sacerdotibus. 2. ne cler. vel mon. Clem. 1. eod.* tabellionatum, *c. ſicut. 8. eod.* chirurgiam, quae inuſtionem vel inciſionem inducit, *c. ſententiam. 9. eod.* exerceant; mimis, ioculatoribus, & hiſtrionibus non intendant, *c. clerici. 15. h. t.* quicquam, per quod ad vindictam ſanguinis tenditur, exerceant: *d. c. ſententiam. 9.* ſyluaticas venationes cum canibus, nec accipitres, falcones, habeant; *c. omnibus. de cler. venat.* ne iuri ciuili, *c. fin. ne cler. vel mon.* niſi vt facilius Canonicum ius intelligant, operam dent. (y) Gomez. *ad reg. Cancell. regul. de iur. quaeſ. non toll. qu. 3. circa fin.* Contra ſi faciant, & tertio moniti non abſiſtant, priuilegiis omnibus priuantur; & quandoque ſeuerius puniuntur. *d. c. fin: Clem. 1. h. t.*

6. *Circa vitam* & *mores*; vt concubinas non habeant *c. praeter hoc. 6. diſt. 32. vbi* Gl. 1, ſed extra matrimonium caſtitatem, *c. diaconus. 1. §. hac au-*

(y) Id ipſum pontifex vel ideo conſtituit, vt ius canonicum vbique principatum obtineret, & leges quaecunque ciuiles abolerentur. Nam & in Germania ius Saxonicum ea de cauſa, ſed irrito conatu, tollere ſtuduit.

(z) Nam

auctoritate. diſt. 27. vel in matrimonio, ſi ſint Orientales, *c. vt clericorum. 13. h. t.* ſeruent; vt & modum in cibo & potu, (z) *diſt. 35. per tot.* id eſt, eum, licet delicatum, pro ſuſtentatione corporis ingerant, *c. quisquis. 1. §. nam in omnibus huiusmodi. diſt. 41.* ebrietati non ſint dediti, *d. diſt. 35. per tot.* nec alios ad bibendum incitent: *c. a crapula 14. h. t.* nec bibendi vel edendi cauſa tabernas, niſi peregrinentur, intrent; *c. Clerici, 15. eod. c. Clerici. 4. diſt. 44.* nec aleis ludant; nec aleatoribus interſint. *d. c. Clerici. 15. h. t.*

7. *Circa habitum corporis* & *veſtitum*; vt veſtium & ornamentorum, quae Clericorum vſui ſunt, formam praefinitam ſeruent; *c. Clerici. 15. h. t.* comam nec barbam nutriant, *c. Clerici. 15. & c. ſi quis. 4. eod.* nec veſtibus, (a) nec calceamentis decorum quaerant. *c. clericus. fin. diſt. 41.* Contra ſi ſine iuſta cauſa fecerint, beneficii, ſi habent, fructibus, ſemeſtri ſpatio priuantur; ſi non habent, ſex menſibus ad eccleſiaſticum beneficium adſpirare vetantur: ſi ſint in dignitate conſtituti aut beneficium curatum vel perſonatum habeant anni vnius fructuum iactura mulctantur. *Clem. fin. h. t.*

8. Haec

(z) Nam vltra tertiam vicem poculum attingere prohibentur *c. 9. D. 44.* quod ab hodierna diſciplina alienum eſt.

(a) Olim per aliquot ſecula veſtibus non diſtinguebantur a laicis. Monachi primi fuerunt, qui in his ſingularem affectarunt humilitatem, quem morem poſtea clerici in imitationem traxere.

 (b)

8. Haec omnia vt melius ſeruent, prohibitum iis ſimul, cum mulieribus, de quibus incontinentiae ſuſpicio eſſe poſſit, *c. 1. cum ſim. de cohab. cleric. & mulier.* habitare; (b) Matrem, ſororem, amitam, neptem, in quibus naturale foedus nihil permittit ſaeui criminis ſuſpicari, domi habere poſſunt, *c. a nobis. 9. eod. c. interdixit. 16. diſt.* 32. niſi ſecum ancillas & pediſſequas ducant. *c. 1. eod.*

TIT. XXVIII.
DE VISITATIONE PER PRAELATOS FACIENDA.

VT Clerici omnes, vt & laici, a vitiis, animarum ſaluti obfuturis, abſtineant, debent Praelati, iurisdictionem habentes, Abb. *c. cum Apoſtolus. 3. de cenſib.* loca ſibi ſubiecta, quolibet anno, ſemel inuiſere; *c. 14. decreuimus, c. 11, Epiſcopum. C. 10. qu. 1.* & propoſito Dei verbo, diligenter in vitam & conuerſationem eccleſiis vel quibuscunque piis locis miniſtrantium inquirere, male ſi audire inueniant, ipſorum Ordinariis indicare,

(b) Intelligenda haec ſunt de veteri Epiſcoporum more, qui feminas alebant, quas συνεισάκτους vocabant, non *concubitus*, ſed, vt aiebant, pietatis gratia, quod commercium tamen iam olim legibus ciuilibus damnatum eſt. vid. *l. 19. C. de Epiſc. & cler. Nou. 133 c. 29.* De his mulieribus ex profeſſo agitur *tom. VI. obſeru. Hall. 26.*

care, notoria crimina vlciſci, *c. 1. §. ſane de cenſib.* populum cohortationibus & admonitionibus, ad religionem, pacem, innocentiam accendere. *Concil. Trident. c. 3. ſeſſ. 24. de reformat.*

2. Viſitandi poteſtatem habent, Cardinales Legati, *c. procurationes. 23. de cenſib. c. mandamus. vbi* Abb. *de offic. Archid.* Patriarchae, Archiepiſcopi, Epiſcopi, proprio nomine: (s) alieno, puta Epiſcopi nomine, Archidiaconi, Decani; niſi ius parochiam ſuam viſitandi praeſcripſerint Abb. *d. c. cum Apoſtolus.* Proprio nomine Abbates, Priores, & alii Praelati regulares, ac Canonici regulares; monaſteria aliaque loca eis ſubiecta. (t)

3. Hi ea viſitant, vel per ſe, vel per viſitatores in eorum Capitulis deputandos.

4. Qui formam (u) a iure praeſcriptam ad vnguem debent ſeruare. *c. in ſingulis. 7. c. ea quae.*

(s) Patroni ius viſitandi non habent, quamuis, vt viſitationi interſint, vtplurimum conuocari ſoleant, vt quae circa bonorum adminiſtrationem moneri debeant, manifeſtent.

(t) Filialiſtae ergo inter proteſtantes in diuerſo territorio ſitae non ſubiacent viſitationi, quae in matre eccleſia inſtituitur, niſi pacto vel praeſcriptione aliud introductum ſit. FRITSCH, *de viſit. eccleſ. c. 4. n. 4.*

(u) De hac plenius agit FRITSCH, *cit. tr.* Vtplurimum certi articuli viſitatoribus praeſcribi ſolent, iuxta quos examen inſtituant. Sed in his multa vtplurimum deſiderantur.

quae. 8. de ſtat. mon. Pauin. *tr. de viſit. qu. 2. prim. part.*

5. Nullus ſubditus, a viſitationis onere ſe immunem eſſe, praeſcriptione tueri poteſt. *c. cum ex officio. 16. de praeſcript.*

6. Pro viſitatione debetur Procuratio, de qua infra *lib. 2. tit. 36.*

TIT. XXIX.

DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CLerici vitae honeſtatem ſeruantes variis, tam circa eorum *perſonas*, quam *res*, & *actiones*, gaudent priuilegiis.

2. Circa *perſonas*; quod Laicis habeantur digniores: (x) *c. beatus. 5. C. 6. qu. 1.* hi illis non debeant imperare; *c. Eccleſia. 10. de conſtit. c. fin. de reb. eccleſ. non alien.* nec violentiam inferre; ni excommunicari ipſo iure velint; *c. 29. ſi quis ſuadente diabolo. C. 17. qu. 4. c. quod de his. 26. c. peruenit. 17. c. tua nos. 19. de ſent. excom.* Laicis fidelitatis iuramentum praeſtare non tenentur; (y) *c. ni-*

(x) quia laici ſunt *ſeculares*, clerici *ſpirituales*, vt in *cit. tx.* dicitur: vnde etiam haec praerogatiua adhuc inter ſtatus imperii obtinet.

(y) Independentiam impudenter praetendunt ab imperio ſeculari, & tamen in republ. viuunt; ſed vid. THOMASSIN. *P. II, de diſc. eccleſ. lib. 2. c. 47. ſqq.*

(z) ſi

c. nimis. 30. de iureiur. niſi ab ipſis temporalia habeant; *d. c. nimis.* Ratio *in c. ſolitae. 6. de maior. & obed.* Etiam in poteſtate patria conſtituti peculium caſtrenſe acquirunt, vt diximus *inf. de pecul. cler.* vbi vide. A muneribus perſonalibus ſunt immunes; *c. Epiſcopus. diſt. 88. cap. 20. de praeſentium. can. 40. generaliter. C. 16. qu. 1.* ſi peregrinentur, in gradu ſuo ſuſcipiuntur, ad verbum faciendum & oblationem conſecrandi inuitantur, *can. 38. Epiſcopi. C. 7. qu. 1.* recte tabernas ingrediuntur, *can. clerici. 4. diſt. 44.* habitum mutant, *can. Epiſcopi. 3. C. 21. qu. 4.* ſacramentum poenitentiae etiam interdicti tempore & petunt, & accipiunt. *c. quod in te. 11. de poenit. & remiſſ.*

3. Circa *res*; quod de propriis, quas ſecum non negotiandi cauſa deferunt, nulla guadagia, pedagia & vectigalia ſoluunt, *c. quanquam. 4. de cenſib. in 6. c. non minus. 4. de immun. Eccleſ.* rebus eccleſiae nulla ſordida & extraordinaria munera imponuntur; (z) *Nou. 131. cap. 5.* vid. inf. *de immunit. eccleſ.* res Deo conſecratae & a Clericis poſſeſſae iure cenſus liberantur. *c. in qualibet. 23. c. ſecundam canonicam. 24. c. 25. ſancitam. C. 23. qu. 8.*

4. Cir-

(z) ſi vel maxime a colonis vel conductoribus haec poſſideantur. TAMBVRIN. *de iur. Abb. tom. 1. diſp. 15. qu. 21. in f.*

(a)

4. Circa *actiones*; easque vel *criminales*, vel *perſonales*.

5. Circa *criminales*; quod pro crimine, ſiue criminaliter, vt in *c. at ſi Clerici. 4. de iudic.* ſiue ciuiliter, agatur; *c. 2. & c. ſi diligenti. 12. de foro compet. c. ſi iudex laicus. 12. de ſent. excom. in 6.* non coram iudice ſeculari, (a) nulla contraria conſuetudine obſtante, *c. 1. C. 11. qu. 1. c. qualiter. 17. & c. clerici. 8. de iudic.* ſed tantum eccleſiaſtico, debeant conueniri: *c. 1. c. cum contingat. 13. de foro compet.* adeo vt vocati coram ſeculari, comparere, ſiue per ſe ſiue per procuratorem, etiam ad clericatus exceptionem proponendam, non teneantur: Archidiacon. *ad can. 2. 15. qu. 4.* Felin. *ad c. veniens. in fin. de accuſat.* quod ſi comparuerint, a ſeculari iudice iudicatum, etiam pro Clericis, *can. 43. placuit. C. 11. qu. 1.* non tenet (b) *can.*

(a) adeo, vt ſi coram iudice ſeculari confeſſionem ediderunt, illa tamen iis non noceat, ſed prorſus nulla ſit. *c. 4. X de iudic.* Verum ad minimum haec vt *extraiudicialis* valere deberet.

(b) cum nequidem prorogare poſſint iurisdictionem, *c. 12. X. de for. compet.* quod & olim licuit, *l. 51. C. de Epiſc. & cleric.* & hodie inter proteſtantes licet, cum futilia ſint argumenta a pontifice in contrarium adducta.

(c) Alios

can. 7. in primis. C. 2. qu. 1. can. clericus. 48. & ſeqq. can. 41. Sacerdotibus. C. 11. qu. 1. at ſi Clerici. 4. de iudic.

6. Habent enim tantum in Clericos iurisdictionem eccleſiaſtici, non laici, *c. Eccleſiae ſanctae Mariae. 10. de conſt. c. decernimus. 2. de iudic. c. vn. de Cleric. coniug. in 6.* niſi ipſis a ſummo Pontifice in Clericos certi loci ea ſit conceſſa; *c. praeter hoc. 6. §. verum. diſt. 32. can. 4. illud. C. 16. qu. 3. c. vbi periculum. 3. §. praeterea. de electiõn. in 6.* vel Clerici ſint aſſaſſini: aut eorum fautores, ſubmiſſores, *c. 1. de homicid. in 6.* in habitu ſeculari ſint inuenti delinquentes; *c. 1. de apoſtat.* ſint degradati; *c. 2. de poenis. in 6.* aut aliter Clericatus priuilegia amiſerint: *Clem. 5. de vita & hon. Cleric.* iudices eccleſiaſtici crimini puniendo non ſufficiant; *can. 20. Principes ſeculi. C. 23. qu. 5.* aut alii ſimiles caſus occurrant, quos vid. apud Guilielm. Benedict. *in repetit. c. Raynutius. verbis. & vxorem nomine Delaſiam. in 2. deciſ. num. 140. vsque ad num. 162.*

7. Circa *actiones perſonales*; quod de iis non coram Laico, ſed Eccleſiaſtico iudice poſſint conueniri; quamuis conſentiant. *c. ſi diligenti. 12. c. ſi Clericus. 5. de foro comp.*

8. Quod priuilegium circa actiones reales non habent, ſed debent conueniri coram iudice loci, vbi res ſunt ſitae. *c. ex transmiſſa. 6. & ſeq. de foro comp.* Habentur enim in iis pro laicis. Panorm.

ad c.

ad c. conſtitutus. & ad c. cum dilectus. de religioſ. dom. Non tamen in ius poſſunt vocari extra prouinciam, niſi ad ſedem Apoſtolicam fuerit appellatum. *can. vltra prouinciarum. 4. c. peregrina. 12. c. non liceat. 14. & c. 16. neminem. C. 3. qu. 6. c. 7. nec extra propriam. C. 3. qu. 9. l. omnes qui. 33. in princ. C. de Epiſc. & Cleric.* (c)

FINIS LIBRI PRIMI.

IVRIS

(c) Alios caſus, quibus in *foro ſeculari* ſtare teneantur, adduxi *in iure eccleſ. proteſt. lib. II. tit. 2.* Habent praeterea varia priuilegia in *debitis*, quae examinaui in diſſert. *de clerico debitore.* Quae circa *annum gratiae & deſeruitum* illis iura competant, alibi expedienda ſunt. Plura praeterea alia priuilegia pontificii clericis tribuunt, collecta a NICOLAO de GRASSIS *tr. de effect. cleric.*

(d) Haec

IVRIS CANONICI,
PER
APHORISMOS
Strictim
EXPLICATI.

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I.
DE RERVM DIVISIONE.

Libro praecedente explicauimus ius perſonarum eccleſiaſticarum: transeamus nunc ad *rerum eccleſiaſticarum* explicationem.

2. Eae ſunt vel *ſpirituales*, vel *temporales*. (d)

3. *Spirituales* ſunt, quae ſpiritui inſeruiunt, (e) atque

(d) Haec diſtinctio rurſus fulcrum inſigne papatui praebet, quo tot iura ad ſuum forum traxere, aliaque infinita abſurda ſtatuere.

(e) vel potius clericis, qui ſe *ſpirituales* dicunt. Pleraque, quae hic enumerantur, non *animae* cauſa ſunt con-

atque animae cauſa ſunt inſtitutae. *Lancellot. in Inſtit. hic.*

4. Sunt vel *corporales*, quae tangi & humanis ſenſibus percipi poſſunt; vt ſunt *ſacramenta, res ſacrae, ſanctae, religioſae: vel incorporales:* quae neque tangi, neque ſenſu corporeo percipi poſſunt; *quales ſunt, virtutes & dona Dei, & ea quae in iure conſiſtunt; vt beneficia, patronatus, decimarum exactio, canonica portio, immunitas.*

5. *Temporales* ſunt, quae non tam ſpiritus, quam corporis gratia pro eccleſiaſticis miniſteriis, ſacrorumque Miniſtrorum vſu ſunt comparatae; *vt ſunt praedia, domus, fructus decimales.* (f)

6. De his omnibus hoc libro tractabimus; & primum de *ſacramentis nouae legis.*

TIT.

---

conſtituta, ſed in *fauorem clericorum.* Potius ab *obiecto* res eſſent diuidendae in *eccleſiaſticas* & *ſeculares.* Illae dicuntur, quae ad eccleſiam, quatenus *vniuerſitatem* conſtituit, pertinent. Virtutes, dona DEI & ſacramenta non ſunt res in commercio exiſtentes, quamuis iura, *ordinis cauſa*, circa haec ſpiritualia diſpoſita, ad *forum* etiam *externum* pertineant, & *negotia eccleſiaſtica* conſtituant. Breuiter huc pertinent (1) *res eccleſiaſticae*, quae in patrimonio eccleſiae eſſe dicuntur; (2) *negotia eccleſiaſtica*, quatenus *iure externo* determinata ſunt.

(f) & tamen hae res quoque recte *eccleſiaſticae* dicuntur, quoniam *in patrimonio* & *iure* eccleſiae ſunt.

(g) vel

TIT. II. I. x. 16.
DE SACRAMENTIS IN GENERE.

SAcramenta (vt definit Auguſtinus) ſunt inuiſibilis gratiae viſibiles formae; (g) *c. ſacrificium. 32. diſt. 2. de conſecrat. vid.* Auguſt. *de ciuit. Dei. c. 5.* & *libro de catechiſand. rudib. cap. 30. & epiſt. 166.*

2. Sunt ſeptem: *1. Baptiſmus. 2. Confirmatio. 3. Euchariſtia. 4. Poenitentia. 5. Ordo ſacer. 6. Matrimonium. 7. Extrema vnctio.*

3. Ex iis alia ſunt *neceſſaria*, quae ſine diſpendio ſalutis aeternae ſuo tempore praetermitti non poſſunt: alia ſunt *voluntaria*, quae ſine aeternae ſalutis periculo quilibet poteſt accipere, vel omittere.

4. *Neceſſaria* ſunt quinque; *Baptiſmus*, *Confirmatio*, *Euchariſtia*, *Poenitentia*, & *extrema Vnctio*. Voluntaria duo; *Ordo ſacer*, & *Matrimo-*

(g) vel a CHRISTO praeſcriptae & determinatae, quae κατ' ἐξοχὴν *ſacramenta* proteſtantes dicunt: vel ab *eccleſia* ſeu maioribus ex bona intentione inuentae, vt ſub illis gratia diuina repraeſentaretur, quae maiores etiam *ſacramenta* dixere. Sed ſic plura quam ſeptem ſunt ſacramenta. Nam & *iuramentum* habet *viſibilem formam*, ſub qua *actus ſacer* adumbratur, inde etiam *ſacramentum* dicitur, vt in *auth. ſacramenta puberum. C. ſi adv. vendit.*

G (h) Iu-

monium. c. veniens. 8. & ibi Gl. *in verb. Neceſſaria. de transact. c. 39. remiſſionem. in fin. C. 1. qu. 1.*

5. Omnia, quae ad ſtatum eccleſiae vniuerſum pertinent, ſunt neceſſaria: (1). *Baptiſmus*, Sacramentum intrantium; *c. nulla praeter. 142. de conſecrat. diſt. 4.* (2) *Confirmatio* ad robur pugnantium; *c. vn. §. per frontis. de Sacr. vnct. & c. Spiritus Sanctus. 2. de conſecrat. diſt. 5.* (3) *Eucharistia* ad viaticum ſaluberrimum progredientium; *c. 7. qu. recedunt. & c. 9. de his. C. 26. qu. 6.* (4) *Poenitentia* redeuntium, *c. 4. his qui. C. 26. qu. 7. c. 2. §. 2. de poenit. diſt. 3.* & reſipiſcentium; (5) *Extrema vnctio*, ex hoc ſeculo exeuntium; *c. 1. ab infirmis. C. 26. qu. 7.* (6) *Ordo* diuinis deſeruientium; *c. Cleros. diſt. 21.* (7) *Matrimonium*, generantium. *c. 10. omne. C. 27. qu. 2.* (h)

6. Rurſus alia Sacramenta *characterem*, hoc eſt, (i) ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, in

(h) luſus *ingenii Scholaſtici*, ex quo plura eiusmodi eruditionis monſtra prodierunt. Imo quid ineptius, quam matrimonium in claſſem ſacramenti referre, & tamen clericis illud interdicere? Cur non potius *preces* huc referuntur, cum ſignis externis, a precantibus fieri ſolitis?

(i) Sed quid hoc *ſignum* ſit, ipſi neſciunt, qui hoc *ſignum* ſemper in ore habent, quoniam rurſus in ſcholaſticorum lepido & abſtruſo ingenio natum eſt. Clarius ESPEN. *P. II, tit. I. c. 1,* §. 11, characterem hoc modo

in anima imprimunt; proinde iterari non poſſunt: vt Baptiſmus, *c. a quodam. 24. c. ſi qui. 28. c. quamuis. 29. c. oſtenditur. 32. c. hi de quibus 28. c. ſiue. 51. c. non licet. 107. cum cc. ſeqq. de conſecrat. diſt. 4.* Confirmatio, *c. dictum eſt nobis. 8. & c. ſeq. de conſecrat. diſt. 5.* Ordo ſacer. *d. c. non licet. 107. c. 1. & c. vlt. de ſacram. non iterand.* Alia *nullum characterem* imprimunt, ideoque poſſunt iterari: vt Euchariſtia, *c. quotidie. 13. & c. ſeq. de conſecrat. diſt.* 2. matrimonium, *c. aperiant.* 11. *& cc. ſeq. C. 31. qu. 1.* extrema vnctio. Mag. ſentent. *lib. 4. diſt. 23. ſect. 3.*

7. In poenitentia diſtinguitur; quia *non ſolennis* iteratur; *c. omnis.* 12. *de poenit. ſolennis* non iteratur, *c. ſi quis poſt. 61. §. poteſt. diſt. 50.* niſi contraria ſit eccleſiae conſuetudo. (k) *c. nihil.* 21. *§. ex perſona. de poenitent. diſt. 3.*

8. Sa-

modo deſcribere voluit, quod *ſit ens quoddam morale, quale ſolet imprimi, dum quis ad dignitatem aut conditionem aliquam ſtabilem & permanentem aſſumatur*, veluti ad dignitatem regalem, doctoralem &c. Talem characterem *ordinatio* imprimit, quia *ſtatum* peculiarem *clericalem*, cum variis iuribus perſonae tribuit. Sed ſi *ens morale*, ſi *ſtatum* perſonae certum hac voce denotaueris, character eſt *delebilis* & facile tolli poteſt.

(k) Ergo *characteris impreſſio* dependet ex eccleſiae conſuetudine. Scilicet olim varia fuit praxis circa *poenitentiam ſolennem*, dum in quibusdam tantum *vnam*, in aliis *plures* etiam permitterent, de qua ma-

 teria

8. Sacramenta efficaciam habent a Spiritu Sancto, non a miniſtro, qui ea praebet, *c. multi. 84. c. ita ſit. 81. cum 4. ſeq. C. 1. qu. 1.* cuius malitia inquinari nequeunt. *c. remiſſionem.* 39. *c. non nocet.* 89. *cauſ. 1. qu. 1.*

9. Vnde collata ab Haeretico, (l) Simoniaco, ſi obſeruata eccleſiaſtica forma, virtute ſua non priuantur, *c. ſecundum. 18. diſt. 19. c. quod quidam 97. cum 3. ſeqq. & c. 29. ſicut. C. 1. qu. 1.* potiſſimum quod ad characterem, non quod ad executionem pertinet. *c. praeter hoc. 6. §. porro.* 32. *diſt. c. 108. ſi qui a Simoniacis. C. 1. qu. 1.* Carent virtute omni, ſi ea forma (m) non obſeruata. *c. hi qui 51. §. ſed notandum. C.* 1. *qu.* 1.

10. Sacramentorum miniſtri legitimi ſunt illi, qui parochiis ſunt praefecti, vbi degunt illi, quibus danda; (n) alii, *generali iure*, minime *c. 10. interdi-*

teria plenius agunt MORINVS *de poenitent.* SIRMONDVS *de poenit. eccl.* PETAVIVS *in diſſert. ad Epiphan.* &c.

(l) Sed ipſimet Romanae eccleſiae Dd. aſſerunt: (1) haereticos eſſe extra eccleſiam, quod iam olim IRENAEVS acriter vrſit; (2) omnem gratiam Spiritus S. tantum eſſe in *eccleſia:* quomodo ergo cum his propoſitionibus doctrinam adductam connectent?

(m) De *forma* & *materia* ſacramentorum circa ſeculum XII. potiſſimum controuerſias ſubtiliſſimas motas fuiſſe, oſtendit MORINVS *de ordin. P.* 3. *ex I. c.* 3. *n.* 6.

(n) vnde *parochialis* qualitas potiſſimum inde deſumitur, vbi quis ſacramenta percepit, ſi circa eam dubium quoddam oritur.

(o)

terdicimus. C. 16. qu. 1. c. 2. & 3. de paroch. c. 1. de ſepultur. c. omnis vtriusque. 12. de poenitent.

11. Qui baptiſmum, euchariſtiam & extremam vnctionem adhibent, poenitentiae & matrimonio (o) benedicunt, debent eſſe Presbyteri; Hoſtienſ. *in ſum. de ſacram. non iterand. §. quis poſſit conferre.* qui confirmant & ordinant, Epiſcopi. *c. vn. §. 4. de ſacr. vnct. c. de his. 3. cum c. ſeq. de conſecrat. diſt. 5. c. cum. 10. vbi* Gl. *de aetat. & qualitat.*

12. De ſingulis videamus; & primum de *Baptiſmo*, qui reliquis omnibus ianua eſt. *c. veniens. 3. de Presb. non baptiz.* Gl. *in c. 1. de conſecrat. diſt. 4.*

TIT. III. III. x. 42.
DE BAPTISMO.

B*Aptiſmus*, eſt exterior hominis ablutio cum certa verborum forma; non tantum labem origine contractam, Gloſſ. *in c. 1. de conſecrat. diſt. 4.* ſed & propria voluntate ſuſceptam, delens. *c. regenerante. 136. vbi* Gloſſ. *de conſecrat. diſt. 4.*

2. Vnde huius Sacramenti ſubſtantia conſiſtit in *verbo*

(o) De hoc canoniſtae ceſpitant: nec enim *ſacramentum*, vt volunt, in matrimonio perficitur per presbyterum, ſed per *ipſam copulam carnalem: c. 17. C. 27. q. 2. c. 5. X. de digam. non ordin.* Ergo coniuges ipſimet ſunt ſibi ſacerdotes in perficiendo hoc ſacramento.

verbo & *elemento*, adeo vt is, in quo non ſolum vtrumque, ſed eorum alterum omiſſum eſt, verum non habeat baptiſmum: *c. pen. hic.* (p) caetera ad ſolennitatem eius pertinent, *ſec.* Magiſt. ſent. *lib. 4. diſt. 3. ſect. 1.*

3. Verba ſunt ex Chriſti inſtituto, *Matth. 28. & Ioh. 6. Ego te baptizo* (q) *in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. c. proprie. 13. c. ſi quis Presbyter. 19. c. multi. 82. de conſecr. diſt. 4.*

4. Quae ſi per ignorantiam recti ſermonis, aut linguae impedimentum, non recte pronuncientur, baptiſmi veritati non obeſt. *c. retulerunt.* 86. *c. ſi non, 72. de conſecr. diſt. 4.*

5. Solennitates, ab eccleſia introductae, ſunt immerſionis in aquam numerus, exorciſmi Clericorum, (r) exſufflationes, ſalis benedicti exhibitio, ſaliuae contactus, inunctio, preces: (s) *c. ſiue paruuli.*

(p) veluti qui in defectu aquae per *Saliuam* eſt baptizatus. *c. 5. X. b. t.*

(q) haec ſola non ſufficere vult Papa, niſi ſubſequentia quoque addantur. *c. I. X. b. t.*

(r) hic, ſi antiquam & primaeuam eius originem reſpicimus, merito omittendus, cum plane eum ignoret primitiua eccleſia in baptiſmo infantum, ſed tantum in *energumenis* eum adhibuerit. Vnde etiam plures eccleſiae Lutheranae eum ignorant. De ipſis ritibus in hoc ſacramento & aliis actibus plenius agit duplici tract. DALLAEVS *de cultibus Latin.*

(s) potiſſimum huc pertinent *renunciatio ſatanae* facta, quae magnum adferebat momentum, & qua in *confoederatam diſciplinam* baptizatus olim tranſibat, de qua plenius egi *diſſ. III. iur. eccleſ. antiqu. ad Plin. & Tertull.* (ss)

uuli 53. c. poſtquam. 61. cum 9. cc. ſeqq. de conſecrat. diſt. 4.

6. Quae ſolennitates in caſu neceſſitatis, vt cum quis, qui in diſcrimine vitae eſt, baptizandus, non obſeruantur; ſed ſufficit vna vel trina pro more regionis aquae immerſio, ſeu ablutio, vel aſperſio (ss) cum aqua, cum prolatione ſolennium verborum: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. c. propter vitandum. 85. vbi* Gloſſ. *c. proprie 13. c. de trina. 80. de conſecrat. diſt. 4.* Cucchus *in Inſt. hoc tit.*

7. Aqua debet eſſe vera & naturalis; non intereſt frigida ſit, vel calida: modo non ſit fictitia, qualis roſacea, muſcata, & aliae ſimiles. *ſec. Concil. Florent.*

8. Haec omnia intellige de Baptiſmo proprie dicto; quem vocant *Baptiſmum fluminis:* alii ſunt Baptiſmi metaphorice dicti, nempe *flaminis & ſanguinis. c. Baptiſmi. 34. c. catechumenum. 37. de conſecrat. diſt. 4.* Gl. *in c. 1. ead. diſt.*

9. *Flaminis Baptiſmus* eſt, quando quis per Spiritum Sanctum mundatur, dum fidem ſuam coram perſecutore confitetur, & dum iuſto errore ductus, credit ſe fuiſſe baptizatum. *c. Baptiſmi* vi-

(ss) Paulo ſerius haec inualuit, adeo vt adhuc ſeculo IX. prohibita hinc inde fuerit, imo nec ſubſequentibus ſeculis mos immergendi antiquus abolitus ſit, vid. ANTON. MATTHAEI *in manud. ad ius can. lib. 2. tit. 5. p. 128.* cum *βαπτίζειν* ſit immergere.

vicem. 4. de conſecrat. diſt. 4. c. 2. de Presbyt. non baptizat.

10. Hoc Baptiſmo baptizatos fuiſſe Apoſtolos & Diſcipulos, tradit Cyrillus Hieroſolymitanus; *catech. 3. 12. 17. & Actuum.* 2. Baptiſmo fluminis; Tertullianus *lib. de Baptiſmo. c. 13. c. quando. 147. & c. ſeq. de conſecrat. diſt. 4.*

11. Hoc idem operatur, quod Baptismus fluminis; puta liberationem a peccatis originalibus & actualibus; *c. regenerante. 136. c. paruuli. 138. de conſecrat. diſt. 4.* ſi quidem fluminis Baptiſmus non per *contemtum*, ſed *neceſſitate*, ſit omiſſus. *d. c. Baptismi vicem. 34.*

12. *Sanguinis Baptismus* eſt, cum quis animam cum ſanguine ob Chriſtum effudit, priusquam baptizari poſſet. Qualis latronis in cruce & Sanctorum Innocentium, *d. c. Baptismi. 34. d. c. catechumenum. 37.*

13. Baptizari poſſunt baptismo fluminis & ſanguinis paruuli, ſed damnati, *c. qui in maternis. 115. de conſecr. diſt. 4.* non Baptiſmo flaminis; Abb. *in c. 2. de Presbyt. non baptiz.* omnibus adulti; licet ſint muti, ſurdi, aegrotantes; *c. paruuli alio. 74. & c. ſeq. de conſecr. diſt. 4.* Iudaei, poenitentia tamen & abſtinentia quadraginta dierum per eos acta; (s)

c. ne,

(s) ergo *volentes*, non *coacti:* nec iudaeis eripi poſſunt infantes, vt immergantur. De *mancipiorum*, propria talium, liberis ſecus, in quibus dominus proprietatem haber. Imo ſi iudaeorum liberi ſponte ſe baptiſmo offe-

c. ne, *quod abſit. 98. diſt. ead.* non dormientes, amentes: *c. maiores. 3.* §. *ſed adhuc. h. t.* niſi ante ſomnum, vel amentiam, voluerint baptizari. *d. c. maiores.* §. *item quaeritur.*

14. Si quidem tamen pro paruulis, aegris, mutis, ſurdis, cum pro ſe reſpondere nequeant, alii (t) profiteantur. *d. c. paruuli. 74.*

15. Baptizandos Baptismo praeſentare poſſunt, tempore neceſſitatis omnes fideles; alias omnes, qui, ne patres luſtrici ſeu ſpirituales, (u) ſeu vt dicunt, patrini ſint, non prohibentur.

16. Prohibentur Abbates, Monachi, Moniales, & aliae perſonae religioſae, *c. non licet. 103. de conſecr. diſt. 4. c. 8. placuit. in 16. qu. 1.* 2. qui non ſunt baptizati nec confirmati, *c. in Baptiſmate. 120. de conſecr. diſt. 4.* parentes, *d. c. non liceat. 103.*

17. Non debent de iure communi plures eſſe quam vnus vir, aut vna mulier, *c. non plures. 101. eod.*

---

offerant, parentum diſſenſus non attenditur, cum in cauſis religionis patriae poteſtatis non habeatur ratio.

(t) Inde origo *patrinorum*, vid. MASTRICHT *de ſuſceptor.* qui a paedobaptiſmo eam repetit. Sed iam in iudaeorum baptismo veſtigia huius ritus deprehenduntur.

(u) inde dicti, quod a catechumenis adultis electi erant, vt eos in fide inſtruerent. De officio eorum vid. *c.* 105. *de conſecr. D.* 4. Ceterum nec tutelas eorum, quos ſuſceperunt, ſubire, nec eos alere aut dotare tenentur.

eod. c. fin. de cognat. ſpirit. in 6. vel duo ad ſummum, vir & mulier; *Concil. Trident. 8. ſeſſ. c. 2. reformat.* Plures tamen ſi adſunt, & illi cognationem, quae ex ſuſceptione vel praeſentatione naſcitur, contrahunt. *d. c. fin.*

18. Baptizari debet in Eccleſia, (x) per proprios Sacerdotes; *c. diaconos. 13. diſt. 93. c. conſtat. 19. de conſecrat. diſt. 4.* non in Abbatia, monaſteriis, vbi baptiſteria eſſe prohibentur; *c. 7. pridem. C. 18. qu. 2.* nec in priuatis aedibus; niſi extrema vrgeat neceſſitas.

19. Qua etiam vrgente; quilibet, etiam Laicus, Haereticus, Paganus, Iudaeus, *c. Romanus. 23. de conſecrat. diſt. 4. c. dictum eſt a Dio. 96. §. quod vero. cum 2. cc. ſeqq. C. 1. qu. 1.* pater qui baptizandum generauit, *c. 17. ad limina. C. 30. qu. 1.* baptizare poteſt; (y) dummodo debita materia, forma, & intentione (z) vtatur. *c. ſecundum. 8. diſt. 19. ſi inter. 25. cum ſeq. de conſecrat. diſt. 4.*

20. Se

(x) h. e. in *coetu fidelium:* Sed hodie, per abuſum huius vocis, locus intelligitur, vt *diſpenſatione* indigeant, qui domi baptiſmum peragere velint.

(y) An etiam tunc, ſi degit in loco, vbi ſectae ſuae conſortes deſunt? quod non puto, ſed potius in *eccleſia parochiali* baptizandus infans.

(z) Hanc etiam requirit *concil. Trident. ſeſſ. VII. c. II.* ſed ita nemo de ſuo baptiſmo poteſt eſſe certus. Longe rectius philoſophatur INNOCENTIVS Papa ad *c. 1. X. b. t.*

(a) quod

20. Se ipſum tamen, quantumuis materiam & formam ſeruet, nemo baptizare poteſt; *c. debitum, 4. de baptiſm.* licet in mortis articulo ſit conſtitutus; quamuis, ſi ſtatim deceſſerit, non propter fidei ſacramentum, ſed ſacramenti fidem, ſaluus fiat. *d. c. debitum. 4.*

21. Presbyter, cuius negligentia commiſſum, vt ſine baptiſmo aeger decederet, eſt deponendus. *c. quicunque Presbyter. 22. de conſecrat. diſt. 4.*

22. Baptizatus ſemel, iterum baptizari nequit; (a) ſi tamen de eo dubitatur; poterit baptiſmus iterum conferri huiusmodi verbis: *Si baptizatus es, te non rebaptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. c. 2. de baptiſmo.* (b)

23. Quo baptiſmo, priori, quo, licet de eo non conſtet, baptizatus, nihil accedit; neque alius character imprimitur. (c) *c. Presbyteri. §. quod*

(a) quod ſub poena capitali eſt prohibitum. *l. 1. C. ne ſacrum bapt. iter.* & in *R. I. de anno* 1529. §. 6. Sed hoc ad hodiernos Anabaptiſtas applicari nequit. Qui lucri cauſa reiterationem baptiſmi procurant, tanquam *Stelliones* puniuntur. CARPZ. *in pr. crim. qu.* 93. *n.* 44.

(b) Haec ſententia fluit ex doctrina de *intentione* in baptizante neceſſaria. Nos potius *in dubio ſimpliciter* baptiſmum peragimus, nec praeſumtio, de qua in *c. f. X. de presbyt. non baptiz.* attenditur.

(c) Plures effectus ciuiles Baptiſmo tribuuntur, quos examinat Dn. LVDOVICI *diſſert. de effect. ciuil. baptiſmi.*

(d)

quod ergo. ad fin. diſt. 68. Gloſſ. *in d. c. 2. verb. rebaptizo.*

TIT. IV.

DE CONFIRMATIONE.

POſt Baptiſmum confertur *Sacramentum Confirmationis*; ſine quo homo non poteſt bene eſſe: per illud enim accipit Spiritum Sanctum, (d) aduerſus impetus daemonum, & aliorum. *c. Spiritus Sanctus. 2. & c. nouiſſime. 5. de conſecr. diſt. 5.*

2. Hoc & Baptiſmus ita duo coniuncta ſunt Sacramenta, vt ab inuicem, niſi morte praeueniente, a Chriſtiano nullatenus ſeparari, & vnum ſine altero rite perfici non poſſit. *c. 3. de his vero, ſuper quibus. de conſecr. diſt. 5.*

3. Intellige haec in adulto, qui hoc Sacramentum contemnens peccat mortaliter; pueris decedentibus ſufficit baptiſmus. Gl. *ad c. 1. ad verb. vt pleni.* & Gl. *fin. ad c. 3. ad verbum perfici de conſecrat. diſt. 5.*

4. Eſt *confirmatio* inunctio in fronte, quae per Epiſcopum fit ſacro chriſmate; manus impoſitionem deſignans, *c. vn. de ſacro vnct.* adhibitis his ver-

(d) Vnde dicitur traditio Spiritus S. in *c. 7. de conſecrat. D. 5.* De eius origine agit DALLAEVS *tr. de confirmat.* Potiſſimum ex paedobaptiſmo ortum traxit, & ſatis recte in noſtris quoque retinetur eccleſiis.

(e)

verbis, *vt ex libris pontifical. refert Ang. de Clauaſio in verb. confirmationis. §. 9. Ego te conſigno ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

5. Fieri poteſt omni tempore; (e) *arg. c. omnes fideles 2. c. de his. 13. c. vt ieiuni. 16. cum ſeq. de conſecrat. diſt. 5.*

6. Confirmans debet eſſe ieiunus, *c. vt Epiſcopi. 7. eod. diſt. 5.* & Epiſcopus, (f) *c. de his. & c. ſeq. de conſecr. diſt. 5.* niſi ei ſummus Pontifex hoc munus mandauerit: Gloſſ. *in c. manus quoque. 4. verb. irritum. de conſec. diſt. 5.* confirmandus, excedere ſeptennium; & eſſe confeſſus & ieiunus; niſi ſit infirmus & in tenui diſcrimine leti poſitus. *d. c. vt Epiſcopi. 7. d. c. vt ieiuni. 16.*

7. Huic & patrini adeſſe debent; (g) Tholoſ. *in ſynt.*

(e) maxime tamen eo, quo infantes ad S. Euchariſtiam admittendi ſunt. Apud nos a quolibet Paſtore perficitur.

(f) Olim quoque ius chriſma impertiendi habuiſſe presbyteros in abſentia Epiſcopi, liquet ex *c. I. D.* 95. Hic olim omnia dirigebat, actusque primarios expediebat, nec ſine eius *auctoritate*, vt TERTVLLIAN. *lib. de Baptiſmo* teſtatur, Presbyteri baptiſmum dare poterant: Sed abſente vel impedito Epiſcopo, presbyteris haec iura integra erant.

(g) Olim *confirmatio* erat appendix baptiſmi, & inde patrini quoque huic actui intererant. Poſt ſeparationem noui patrini deſiderati ſunt, vt Epiſcopo confirmandum offerrent, vnde noua cognatio ſpiritualis naſcitur. *c. 2. C. 30. qu. 1.*

(h)

ſynt. iur. vniu. hoc. tit. num. 3. ſed alii quam qui fuere in Baptiſmo; niſi neceſſitas vrgeat. *c. in catechiſmo. 100. de conſecr. diſt. 4.*

8. Ii eſſe nequeunt, qui non baptizati, *c. in Baptiſmate. 102. eod.* vitricus in confirmatione priuigni, *C. de his. 6. C. 30. qu. 1.* coniux in coniugis. *c. 1. de cogn. ſpirit. in 6.*

9. Fieri poteſt confirmatio omni tempore: ſolet in Pentecoſte. (h) Sylueſt. *verb. confirmat. 5. ver. & quarta poteſt.*

TIT. V.

DE EVCHARISTIA.

EVchariſtia (i) [dicta quaſi bona gratia vel gratiarum actio, *can. multi. 84. §. ſacramentum. C. 1. qu. 1.*] eſt participatio corporis & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini, vi illorum verborum, *hoc eſt corpus meum, &, hic eſt ſanguis meus. d. c. multi. & c. cum Marthae. 6. §. quaeſiuiſti. de celebrat. Miſſar. c. ſpecies. 33. c. Ego Berengarius 42. de conſecr. diſt. 2.*

2. Tria, a ſe inuicem diſcreta, continet: formam viſibilem panis & vini, veritatem carnis & ſanguinis,

(h) h. e. intra ſpatium 50. dierum a tempore paſchatos computandum, quo, teſte TERTVLLIANO, etiam olim baptiſmus celebratus eſt.

(i) Huius antiquam rationem & originem euolui in *diſſert. IV. ad Plin. & Tertull.*

(k) De

nis, & virtutem ſpiritualem: primum eſt ſacramentum, non res ſacramenti; ſecundum eſt ſacramentum & res: tertium eſt res, non ſacramentum. *d. c. cum Marthae. 6. §. diſtinguendum. de celebr. Miſſ.*

3. Sed Euchariſtia, quatenus viam praebet perueniendi ad futuram Dei fruitionem in patria coeleſti, proprie dicitur *Viaticum*; (k) quatenus ciuitatem eccleſiae, quia per eam communicamus Chriſto & vnimur ad inuicem, ſignificat, vocatur Graece *Synaxis*, Latine *Communio*; (l) in quantum Dominica paſſio per hoc ſacramentum offertur, dicitur *ſacrificium* (m) vel *Miſſa*. Pac. *Iſag. Decret. tit. de ſacram. non iterand.*

4. Fit Sacramentum Euchariſtiae ex ſimila, id eſt, pura farina tritici, *c. non oportet. 4. c. in ſacramen-*

(k) De hac appellatione vid. SAMVEL BASNAGE *in praef. ad tom 1. annal eccleſ.*

(l) Signum olim erat *communionis eccleſiaſticae*, vnde ab ea excluſi ad euchariſtiam non admittebantur, imo & aduentantibus presbyteris domum mitti ſolebat, teſte EVSEBIO *lib. V. H. E. c.* 25.

(m) Precibus ardentibus olim hoc ſacramentum perficiebatur, & hae dicebantur DEO offerri, non a ſacerdote, ſed ab omnibus fidelibus, vt IVSTINVS *aduerſ. iud.* docet. Sed ex noua hac doctrina plures propullularunt errores, ſtatumque Paſtorum mutarunt, vt *ſacerdotes* fierent. Inde panis conſecratus dici cepit *hoſtia*, item *oblata*, & ipſe actus ſacer *ſacramentum altaris*, quia ſacrificium ſine *altari* confici nequit.

mento. §. *de conſecr. diſt.* 2. eaque azymo, *c. fin. de celebr. Miſſ.* & vino vitis, aqua mixto; quae ſpecies transſubſtantiantur (n) in corpus & ſanguinem Domini; *c. in quadam.* 8. *de celebr. Miſſ. c. non oportet. c. in ſacramento. c. omnia.* 74. *de conſecr. diſt.* 2. in prolatione verborum ſacramentalium, virtute diuina. (o) *c. quia corpus. c. panis eſt.* 55. *c. reuera.* 69. *de conſecr. diſt.* 3.

5. Miſcetur aqua vino, ita tamen, vt plus vini ſit in calice quam aquae; *c. pen. de celebr. Miſſar. c. in quadam.* 8. *eod.* vt declaretur hypoſtaſis duarum naturarum, diuinae & humanae, in Chriſto. Niceph. Calixt. *lib.* 18. *c.* 58. *ex quo* Toloſ. *in ſyntagm. iur. vniu. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 3. alias rationes (p) vid. *c. in calicem.* 83. *de conſecr. diſt.* 2.

6. Conficiunt hoc ſacramentum, proferendo haec verba: *Hoc eſt corpus meum*, &c. & *Hic eſt ſanguis meus*; &c. Sacerdotes; (q) *c. quid ſit.* 73. *de*

(n) Vſi ſunt patres hac voce in ſenſu plane alieno, ac quidem hodie fit. *c.* 48. & 58. *de conſecr. D.* 2. Et quamuis Proteſtantes ab hac ſententia alieni ſint, concluſiones tamen plures, inde manantes, retinuere.

(o) Hiſce verbis ingentem virtutem tribuunt, quibus illam transſubſtantiationem fieri cenſent.

(p) ex ritu orientalis eccleſiae hic mos inualuit, cum orientales ordinarie vinum aqua miſcere ſoleant. Rationes myſticae ſunt piae quaedam cogitationes, quas quilibet fingere poteſt.

(q) Non diaconi, non laici, nequidem in *caſu neceſſitatis*, quod ratio *ſacrificii* introduxit. Contrarium

73. de conſecrat. diſt. 2. qui non ſunt irregulares, interdicti, ſuſpenſi, excommunicati, ſimoniaci, ſchiſmatici, notorii peccatores, degradati; niſi tales hoc in debita materia, cum debita intentione & forma, fecerint. *c. multi. 84. cauſ. 1. qu. 1.*

7. Qui etiam illud miniſtrare debent, *c. perlectis. 1. diſt. 25. c. diaconos. 13. c. peruenit. 21. c. praeſente. 18. diſt. 93.* per ſe, ni velint degradari; *c. peruenit. 29. de conſecrat. diſt. 2.* non, niſi ſubſit neceſſitas, *d. c. praeſente. 18.* per alium. (r)

8. Exhibent omnibus vtriusque ſexus, dummodo aetatis ſint legitimae, *c. omnis. 12. de poen. & remiſſ.* & ſint ex exhibentis parochia, (s) *Clem. religioſi. de priuil.* nec prohibeantur.

9. Aetas, ad communicandum ſacramentaliter, legitima dicitur, quae iudicium habet, diſtinguendi & diiudicandi ſacramentum hoc corporis & ſanguinis Domini ab alio cibo quotidiano, ſeque probandi. Paul. *1. ad Corinth. 11. verſ. 28. cum ſeqq.*

10. Prohibentur (t) communicare, qui publice ſce-

um tamen cenſuit TERTVLLIANVS *lib. de exhort. caſt. c. 7.* cuius ſententiam illuſtraui *in diſſert. iur. eccleſ. antiq. ad Plin. & Tertull.*

(r) vicarium ſcilicet, quos tamen hodie adhibent.

(s) tot tamen ordines ius hoc a Papa acceperunt, vt ad hoc requiſitum non adeo reſpiciatur. Interim inter proteſtantes hoc quoque obſeruatur, vt ſine conſiſtorii licentia extra ſuam parochiam nemo hoc ſacramento vti poſſit.

(t) Prohibitionem *imperio ſacro* armatam intelligunt, indeque

ſceleſtiſſime deliquerunt, *c. in actione* 84. *de poen. diſt.* 1. ſcenici & hiſtriones, *c. pro dilectione.* 95. *c. ſeq. de conſecrat. diſt.* 2. raptores rerum eccleſiae, *c.* 21. *indigne. C.* 12. *qu.* 2. *c.* 21. *quisquis. C.* 17. *qu.* 4. nauſeam vel vomitum patientes, *c. ſi per ebrietatem.* 28. *de conſecrat. diſt.* 2. nocte heſterna, ex nimia crapula, vel cogitatione immunda, polluti, *c. teſtamentum.* 1. & *can. non eſt.* 3. *diſt.* 6. infideles, *c. quia paſſus.* 36. *c. quid eſt.* 46. *c. dupliciter.* 49. *de conſecr. diſt.* 9. notorie impoenitentes, (u) *d. c. pro*

deque paſtoribus ius excludendi a S. coena tribuunt. Olim non erat ſic. Nemo ab euchariſtia, quae ſingulis diebus celebrabatur, excludi poterat, niſi ius *fraternitatis* vel *communionis* amiſiſſet, id quod demum *excommunicatione* fiebat. Haec vero non a ſolis paſtoribus vel Epiſcopis, ſed a tota eccleſia decernebatur, & conſequenter nec *iure diuino*, nec *iure antiquo eccleſiaſtico* ius excludendi a ſacra coena eos, qui non ſunt ab eccleſia eiecti, ſibi attribuere poſſunt paſtores. Immo quis crederet? excommunicatio quidem nota, ſed haec excluſio non-excommunicatorum demum nata fuit cum exſtructione confeſſionis auricularis, quod ipſe ESPENIVS *P. III. iur. eccleſ. tit. II. c.* 5. fatetur.

(u) Quid ſi actionibus iniuriarum inuoluti & immerſi ſint? Non dubitandum, quin hi ſint notorii impoenitentes. vid. tr. *de iniuſt & iniquit. act. iniur. c.* 6. §. 25. *ſeqq.* Interim an ſtatim *imperio ſacro* poſſint arceri a ſacra coena? vid. iudicium SPENERI *cit. l.* §. 27. adductum. Ego nullum *imperium ſacrum* in paſtoribus agnoſco, ſcio, eorum arma eſſe *ſpiritualia*, h. e. vt perſuaſio-

pro dilectione. 95. c. 12. placuit. C. 23. qu. 5. excommunicati, interdicti, *c. ſi non ſunt. 15. de conſec. diſt.* 2. haeretici, *c. pen. & fin. C. 24. qu. 1.* dum tales ſunt.

11. Morientibus, ſi poeniteant, non denegandum hoc ſacramentum, *c. poenitentes. 63. diſt. 50. c. 25. virgines. C. 27. qu. 1. c. 42. ſi quis haereticae. C. 1. qu. 1. c. 7. in primis. C. 2. qu. 1. c. 6. ſi quis de corpore. & ſeq. c. 26. qu. 6.* etiamſi excommunicati ſint, dummodo ſatisfecerint. *c. tanta 24. diſt. 86.* (x)

12. Qui hoc ſalutifere volunt ſuſcipere, neceſſe, (y) vt confiteantur peccata, & iniunctam impleant poenitentiam, hoc eſt, ſe probent, num digne & deuo-

---

ſuaſiones, admonitiones & dehortationes adhibeant, non autem, vt proprio auſu aliquem a limine huius ſacri negotii arceant, quamdiu non eſt debito modo excommunicatus & ab eccleſia eiectus.

(x) vel animum ſatisfaciendi oſtenderint. Haec eſt doctrina pontificiis propria, putantibus, peccata remitti non poſſe, niſi ſatisfecerint. Olim plane alio ſenſu haec *ſatisfactio* deſiderabatur, imo his, a quibus fieri non poterat, remittebatur, in caſu imminentis mortis, vt eccleſiae ante mortem reſtituerentur, ſi modo deſiderium *ſatisfaciendi eccleſiae* oſtendiſſent.

(y) Non praeciſe coram parocho, ſed coram DEO. INNOCENTIVS III demum hanc neceſſitatem introduxit, vt communicantes Parocho ſuo confiteri peccata teneantur, pront oſtendit DALLAEVS *de confeſſ. auricul.*

uote accedant, & reuerenter; *ſec. S. Paul. 1. ad Corinth. 11. verſ. 28.* ſint ieiuni: (z) *c. liquido. 54. de conſecr. diſt. 3. c. 16. nihil. C. 7. qu. 1. c. ex parte. 5. de celebr. miſſ.* (excipiuntur infirmi; *c. Presbyter. 93. de conſecr. diſt. 2.*) a Venere, *c. omnis homo. 21. eod. c. 5. ſciatis. 33. C. qu. 4.* pollutione nocturna externa, & cui conſenſerint, alieni. *c. teſtamentum. 1. & c. non eſt. 3. diſt. 6.*

13. Semel tantum in die, (a) ni mortiferum crimen velit contrahere, tam clericus, quam laicus, euchariſtiam ſumere debet. *c. ſufficit. 13. de conſecr. diſt. 1. c. conſuluiſti. 3. de celebr. miſſ.*

14. Suſcipienda in tribus feſtiuitatibus praecipuis, Paſchae, Pentecoſtes, Natiuitatis Domini, *c. etſi non frequentius. 16. c. ſeculares. 19. de conſecrat. diſt. 2.* vel ſaltem in feſto Paſchatis. *c. omnis vtriusque. 12. de poenit. & remiſſ.* ſemel in anno a ſeculari, a monachis aut a monialibus ſingulis quibusque menſibus, *Clem. ne in agro. 1. §. ſane. de ſtatu monach. Concil. Trident. 20. ſeſſ. 25.* alioquin eccleſiae ingreſſu viuentes, eccleſiaſtica ſepul-

(z) Id recentioris inſtituti eſt, cum hiſtoria eccleſiaſtica doceat, olim poſt agapas peractas euchariſtiam ſumtam fuiſſe, vnde *poſtcoenii* nomen habuit. Poſtquam vero *antelucanis temporibus* ex temporum neceſſitate celebrari debuit, paulatim haec *de ieiunio* doctrina inualuit.

(a) Id rurſus ex priſca diſciplina inualuit, qua tantum ſemel in die agapae habebantur, quarum appendix erat Euchariſtia.

(b) Co-

Google

pultura defuncti, prohibentur. (b) Niſi proprii Sacerdotis conſilio legitima de cauſa id diſtulerint. *d. c. omnis vtriusque. 12.*

15. Hoc Sacramentum ſumunt non tantum Laici & Sacerdotes [vt dictum] ſed & ſacerdotes per ſe ipſi, dum *Miſſam* celebrant.

16. Sed illis tantum porrigitur ſub ſpecie panis: (c) Hi ſub vtraque panis & vini mixta aqua communicant. (d) *c. literas. 14. de celebr. miſſ. Concil Conſtant. ſeſſ. 13. Trid. ſeſſ. c. 3.*

17. Qui communicauit, ſi euchariſtiam ebrietate vel voracitate euomat, ſi laicus, quadraginta diebus; ſi monachus, Clericus, Diaconus, Presbyter, ſeptuaginta; ſi Epiſcopus, nonaginta poenitere iubetur. *c. ſi per ebrietatem. 28. de conſecrat. diſt. 2.* qui infirmitate id fecit, ſeptem diebus tantum poe-

(b) Cogi ergo ex hac doctrina poſſunt ad euchariſtiam Chriſtiani, quia in republica Chriſtiana viuentes legibus eius ſe accommodare debent. Ita etiam CARPZOV. *lib 2. iurispr. conſiſt. def.* 291. philoſophatur, adeo vt etiam eiici renitentes ex prouincia poſſe cenſeat. Sed hoc reprobaui in *iur. paroch. ſect. VI. cap.* 1. §. 21. *ſeqq.*

(c) Verum hoc *ſacrilegium* eſſe, cenſuit Papa in *c.* 11. *de conſecrat. D.* 2. Forſan errauit Pontifex? Sed quomodo in articulo fidei errare potuit? Videant ergo Pontificii, quomodo ex hoc laqueo ſe extricent.

(d) Etiam hoc recentioris inſtituti eſt, cum ipſimet Pontificii non negent, decimo adhuc ſeculo ſub vtraque communicatum fuiſſe.

pœnitentiam agere debet. *d. c. ſi per ebrietatem. 28.*

TIT. VI.

DE MISSA.

MISSA, (e) eſt ſacrificium incruentum ſacroſancti corporis & ſanguinis Domini, quod offertur in Altari, cum precibus conſuetis & lectione Euangelii, aliisque: de quibus poſtea *tot. tit. de celebr. miſſ.*

2. Eſt varia; non ratione Sacramenti, *can. relatum eſt. 11. de conſecrat. diſt. 2.* ſed vel *ſolennitatis*; ſic alia cantatur alta, alia voce ſummiſſa; *c. cum creatura. 12. de celebr. miſſar.* vel *temporis*; ſic alia fit quotidie, (f) *c. ſufficit. 53. de conſecrat.*

(e) Forſan inde dicta, quod *miſſa* fiat catechumenorum. AVGVSTINVS *ſerm.* 237. huc collineaſſe videtur: *ecce, poſt ſermonem fit miſſa catechumenorum, manebant fideles &c.* GREGOR. M. *lib. II. dial. c.* 23. morem antiquum his refert verbis: *Cumque in eadem eccleſia miſſarum ſolennia celebrarentur atque ex more diaconus clamaret, ſi quis non communicat, det locum.* Sed quid impedit, quo minus dicatur a מִסַּת *tributum* vel *oblatum*, *Deut. XVI*, 10. cum *miſſa* illis dicatur *ſacrificium.* vid. interim BONA *lib.* 1. *rer. liturg. C.* 1.

(f) Tempore perſecutionis imprimis olim ſaepe quotidie celebrabatur euchariſtia, non a *ſacerdotibus* tantum, ſed ab omnibus fidelibus ex ſingulari pieta-

ſecrat. diſt. 1. alia die feriata: *d. can. cum creaturà.* 11. vel eorum, *pro quibus offertur*; alia enim offertur pro viuis, *c. de nominibus. 72. de conſecrat. diſt. 1.* vt aegrotis, peregrinis, afflictis, amicis, (g) &c. *c. 2. e. cum creatura. de celebr. miſſar. can.* 22. *animo defunctorum. can. 19. non aeſtimemus. C. 13. qu. 2.* alia pro mortuis; *c. 2. c. concilium noſtrum. 4. dict. tit. can. cum inter.* 29. *de verb. ſignif.* vel eorum, *in quorum honorem offertur*; ſic alia de Spiritu Sancto, alia de Sanctiſſima Trinitate, alia de beata Virgine Maria, (h) *c. ſignificatum eſt.* 11. *de praebend. d. c. concilium noſtrum. 4.* dicitur.

3. Miſſae partes vel ſunt *eſſentiales*, vel *accidentales.*

4. *Il-*

pietatis feruore. Id clerici, qui κατ' ἐξοχὴν Chriſtiani & fideles dici voluere, per modum *legis* ſibi poſtea imponi paſſi ſunt. Huc pertinent *miſſae priuatae* ſeu *ſolitariae*, quae primum in Monaſteriis introductae videntur. Optimum lucrandi medium ſunt. Ab initio admodum reprobatae, ſed propugnatae a Petro Damiani. ESPEN. *P. II. iur. eccleſ. tit.* 5. *c.* 3. §. 16.

(g) Id ex abuſu ortum, dum arbitrati ſunt, miſſam eſſe panaceam vniuerſalem, omnibus profuturam, pro quibus illa fit. De his aliisque abuſibus vid. PETR. MOLINAEVM *dans l' Anatomie de la meſſe p.* 83. PHILIPP. MORNAEVM *de S. Eucharistia lib.* 1. *c.* 9. *p.* 249.

(h) Hae in honorem ſanctorum introductae, & peculiaribus formulis ad ſanctos directis conſtant, quae die iis dicata celebrantur, quae omnia plenius explicat BONA *cit. tr.*

4. *Illae* ſunt conſecratio (i) corporis & ſanguinis Chriſti, & oblatio. (k)

5. *Hae* ſunt ceremoniae, quibus conſecratio ipſa & oblatio rite perficiuntur; vt ſunt, orationes, gratiarum actiones, benedictiones, oſcula, manuum expanſiones, eleuationes, complicationes, genuflexiones, crucis ſignacula, communio, fractio hoſtiae in tres partes, memoriae Sanctorum, ſalutationes, reſponſiones, oblationes; & alia his ſimilia, *c. veſtimenta. 42. de conſecrat. diſt. 1. c. Eccleſiaſtica 9. diſt. 23. can. cantantes. 1. §. ab officio. diſt. 92. can. in ſacramento. 5. c. ſingulis. 77. c. vtrum*

(i) Haec in genere denotat *actum quendam ſacrum*, per quem qualitas quaedam ſacra rei induitur. Olim *ἐυλογίαις*, h. e. *preces & benedictiones* fundebantur in euchariſtiae adminiſtratione, teſte IVSTINO *in Apol. II. in f.* quae *conſecrationis* ſignificatum non habebant, ſed paulo ſerius acceperunt. Has *preces & benedictiones* olim praepoſiti, ordinis gratia, fundebant, vt IVSTINVS *cit. l.* teſtatur. Inde poſtea iis conſecratio quaedam, immutata verborum ſignificatione, adſcripta eſt, mira certe rerum metamorphoſi.

(k) Qui olim non offerebat, non communicabat. ESPEN. *P. II. tit. 5. iur. eccleſ. c. 4.* §. 1. Sed haec oblatio fiebat praepoſito, non DEO, per modum ſacrificii, quod per abuſum poſt inualuit. De Mathilde, HENRICI aucupis vxore, haec habet auctor vitae eius apud MABILLON. *in act. Bened. ſec. V p. 348. Mos quippe fuerat ſanctae Dominae, ſacerdoti quotidie ad miſſam praeſentare oblationem panis & vini pro ſalute & vtilitate totius S. eccleſiae.*

(l)

trum. 72. *c. pacem.* 9. *de conſecr. diſt.* 2. *c. de hymnis.* 54. *c. hoc quoque.* 61. *c. quando* 70. *c. Miſſas.* 64. *de conſecrat. diſt.* 1. *c.* 30. *non omnis. C.* 2. *qu.* 7. (l)

6. Miſſam celebrare poſſunt tantum Presbyteri, (m) *c.* 1. *&* 2. *de cler. non ord. c.* 1. *& hoc vtique. de ſum. Trin.* ſed non ſine peccato, ſi depoſiti, excommunicati, interdicti, ſuſpenſi, *c.* 1. *&* 5. *ſqq. & pen. de cler. excom. miniſt.* publici concubinarii, *c. veſtra.* 7. *& c. fin. de cohabit. cleric. & mulier. can. praeter hoc.* 6. *diſt.* 32.

7. Non poſſunt, quibus duo digiti cum medietate palmae manus abſciſſi, (n) *c.* 2. *de cleric. aegrot.* leproſi, *c.* 3. *&* 4. *eod.* haeretici, *c. fertur.* 28. *cum ſeqq. C.* 1. *q.* 1. ſimoniaci, *c. tanta.* 7. §. *item omnis. c. quoties.* 5. *de ſimonia.* qui cum muliere rem habue-

(l) potiſſimum vero lectio Euangelii & epiſtolae non erat omittenda, qua facta, olim Episcopus ſermonem ad populum habuit, quod etiam IVSTINVS *cit. l.* teſtatur. conf. BONA *lib.* 1. *rer. liturg. c.* 7. §. 6. Grauiſſimus ergo neglectus eſt, quod conciones a miſſa plane ſeparentur. Vno verbo: totus cultus diuinus *ſolennior* voce *miſſae* abſoluebatur, quorſum imprimis *cantus* & *conciones* pertinebant.

(m) non Diaconi, qui non ſunt *ſacerdotes* ſeu *ſacrificuli*, ſed iis tantum aſſiſtunt, qui ſacrificium peragunt. In hoc merito diſceſſimus a Pontificiis, quod noſtri Diaconi etiam ſacram peragant coenam.

(n) quia commode frangere panem nequeunt, id quod digitis non quibusuis fieri poteſt. En iugum plus quam Moſaicum.

buerunt, (o) *c. 1. c. 6. ſeqq. C. 3. qu. 4.* in ſomniis, ex animi conſenſu & culpa accedente, ſe polluerint, donec ſe purgauerint. *tot. diſt. 6.*

8. Qui poſſunt, id debent, quantum frequentius poterunt, facere; *c. ſignificatum. 11. de praebend.* ſed [ſi iuſta cauſa vrgens non ſubſit; *c. conſuluiſti. 3. vbi.* Gloſſ. *de celebr. miſſ.*] ſemel tantum quisque Sacerdos in die, (p) *c. ſufficit. 53. de conſecrat. diſt. 1.* excepto die natiuitatis dominicae, quo tres dicit, priorem media nocte; alteram in aurora; tertiam hora debita. *d. c. ſufficit. 53. c. 3. & 5. de celebr. miſſ. c. nocte ſancta. 48. de conſecr. diſt. 1.*

9. Ea eſt tertia, hoc eſt, nona ante meridiem. *can. & hoc attendendum. 12. ead. diſt. 1.*

10. Celebrare debet Sacerdos, confeſſus, (q) *c. quotidie. 13. ead. diſt. 2.* ieiunus. *c. ſacramenta. 49. ead. diſt. 1. can. nihil. 16. verſ. nullus. C. 7. qu. 1.* aliter excommunicationi, *d. c. nihil. 16. c. ſi conſtituerit. 12. de accuſat.* & depoſitioni beneficiorum

(o) Ergo a matrimonio abſtinere debent, vt quotidie poſſint miſſas legere.

(p) Sic ex *relationibus politicis* compertum habeo, Romae d. 18. Iul. 1711. ad mortem condemnatum fuiſſe presbyterum, conuictum, quod vna die plures miſſas celebrauerit. Eſt ergo hoc factum pontificiis delictum publicum & capitale.

(q) cum enim ſacerdos ad altare procedit, ſubſiſtit inclinatus in infimo gradu, ibique confeſſionem peccatorum edit, quo facto, demum altare ipſum aſcendit,

(r)

rum. *c. ex parte. de celebr. miſſ.* ſubiacet, accenſo lumine, (r) *c. fin. eod.* conſuetis veſtimentis, amictu, alba, cingulo, manipulo, ſtola, caſula, indutus. *arg. c. Eccleſiaſtica. diſt. 23. c. 65. Epiſcopus. C. 11. qu. 3. c. degradatio. 2. de poenit. in 6.* in ſacro altari, *c. 1. in princ. c. 2. §. ſi enim. can. ſicut non alii. 6. & can. miſſarum. 12. c. nullus Presbyter. 15. de conſecr. diſt. 1.* licet portatili, (s) *c. fin. de priuil. in 6.* modo eo die Epiſcopus in eo miſſam non fecerit, *c. fin. de conſecrat. diſt. 2.* duobus praeſentibus ſibique reſpondentibus. *can. hoc quoque. 16. ead. diſt. 1.* Hoſtienſ. §. *qualiter. verſ. nec ſolus. hoc tit. in Summa.*

11. Conſecrare debet Sacerdos ſanguinem Domini, in vaſculis, ſeu calicibus aureis, argenteis aut ſtanneis, *c. vt calix. 45. de conſecrat. diſt. 1.* non ligneis, vitreis, aut cereis: *can. vaſa. 44. ead. diſt. 1. c. fin. de celebr. miſſ.* & quidem ſuper lineo panno (t) ab Epiſcopo conſecrato; *can. conſulto. 46. de conſecr. diſt. 1.* corporale vocant.

12. Miſſas, ſaltem Dominicis & feſtiuis diebus, qui-

(r) cum ſine igne ſacrificium peragi nequeat. Deinde quoque *nudo capite* rem diuinam facere debet. *c. 57. de conſecr. D. 1.*

(s) Hoc eum in finem eſt introductum, vt miſſae etiam in priuatis aedibus, vel etiam ſub dio in caſtris celebrari queant.

(t) non ex ſerico confecto, quoniam denotat linteum illud, in quo Chriſtus in ſepulchro inuolutus erat. BONA *lib. 1. rer. lit. c. 25.*

(u)

quilibet debet audire in ſua parochia, *c. 2. de paroch. & parochian.* ex integro, donec ſit finita, *c. miſſas. 64. de conſecrat. diſt.* 1. benedictio data. *can. omnes fideles. 62. & can. cum ad celebrandas. 65. ead. diſt.* niſi ſit excommunicatus, aut interdictus, qui non admittitur. *can. in Lateranenſi. 31. verb. nec excommunicatos. de praebend. c. cum & plantare. 3. §. excommunicatos. de priuileg.* ſed ab oſtiariis reiicitur. *can. cleros. in fin. diſt. 21. can. perlectis.* 1. *diſt. 23.*

TIT. VII. V. x. 38.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBVS.

POenitentia in peccatis retractandis, eſt vindicta in ſe, quod dolet commiſiſſe, puniens, (u) *c. 4. de poenit. diſt.* 3. *can. poenitentiam agere. 6. diſt. ead.*

2. Eſt

(u) Definitio haec non mentem S. Scripturae, ſed pontificiorum hypotheſin refert. *Poenam* in poenitentia quaerunt, quia haec olim erat diſciplinae eccleſiaſticae ſpecies. Qui eiecti erant, vel alias deſeruerant eccleſiam, non recipiebantur in ius fraternitatis, niſi ſatisfeciſſent eccleſiae laeſae: hoc in poenitentiae publicae variis actibus conſiſtebat, qui a MORINO *de poenitent.* SIRMONDO aliisque referuntur. Ceteri, qui peccauerant, tali poenitentiae non ſubiiciebantur, niſi quod ORIGENES iam auctor peccatoribus fuerit, vt ſponte ſe ei ſubiicerent. Haec doctrina ab aliis

2. Eſt vel *interna*; quae eſt virtus mentis: vel *externa*; quae eſt Sacramentum. Mag. ſent. *lib. 4. diſt. 14. ſect. 1.*

3. Haec definitur, ſignum ſenſibile, ſeu imago rei ſacrae, videlicet remiſſionis peccatorum, per ſenſibilem contritionem, confeſſionem & abſolutionem. Tholoſ. *in ſyntagm. iur. vniu. lib. 2. cap. 1. & in partib. Iur. Canon. lib. 1. tit. 10. c. 2.*

4. Quae vel *publica*, imponitur manifeſtis peccatis: vel *priuata* ſiue *occulta*, imponitur peccatis (x) arcanis. *c. accedentibus.* 12. *de exceſſib. Praelat. c. 1. & c. quaeſitum.* 7. *h. t.*

5. *Publica*, eſt aut *ſolennis*, aut *non ſolennis. c. ſi quis poſt. 6. verſ. poteſt. diſt. 50.*

6. *Solennis* incipit in capite quadrageſimae; imponitur ab Epiſcopo. *c. poenitentes. 63. in cap. 64. diſt.*

---

aliis paſſim probata, & tandem per modum *legis* praeſcripta, vt *occulta* quidem non eſſent manifeſtanda publice, ſed ſacerdoti cuidam, *manifeſta* vero *delicta* poenitentia publica expianda. Non tamen haec delictorum confeſſio certo fiebat tempore aut ante ſumtionem S. euchariſtiae, donec tandem INNOCENTIVS III. hoc quoque nouum dogma procuderit. Inde profluxit *confeſſio illa auricularis*, der Beicht-Stuhl.

(x) quae proinde ſigillatim ſunt recenſenda, vt ſacerdos poſſit decernere, qualis poenitentia vel potius *poena* delinquenti ſit imponenda. Nec enim de *proportione poenae* conſtare poteſt, niſi grauitas criminis fuerit examinata.

(y)

diſt. 50. a. c. accedentibus. c. fin. C. 26. qu. 6. ſemel, *c. ſi quis poſt remiſſionem. 61. verſ. poteſt. diſt. 50.* [niſi alia ſit eccleſiarum conſuetudo, (y) *c. nihil. proteſt. §. ex perſona. de poenit. diſt. 3.*] pro maximis criminibus publicis: *c. in actione. 84. ead. diſt. 1.* certis obſeruatis ſolennitatibus (z) de quibus *in d. c. penitentes. 63. & in d. c. in capite. 64.*

7. Quibus ea impoſita, non poſſunt communicare, (a) niſi in articulo mortis, *c. ſi quis 6. cum 3. ſeqq. 26. qu. 6.* nec ſecularem militiam, vel pompam exercere: *c. contrarium. 3. de poenit. diſt. 5. can. fin. diſt. 50.* non in curia ſeculari accuſare, *c. aliud. 65. ead. diſt. 1.* matrimonio

(y) Hic mos imprimis in eccleſiis Africanis & Hiſpanicis olim obtinuit, & ad alias pedetentim tractus eſt. Scilicet qui poſt *eiectionem* & poenitentiam ſolennem rurſus recepti erant, ſi ad idem crimen vel ſimile redibant, rurſus eiiciebantur, & difficulter recipiebantur, adeoque nec ad *poenitentiam publicam* admittebantur, cuius effectus primarius olim erat receptio.

(z) De his praeter MORINVM & SIRMONDVM agit BASNAGE *tom. 2. annal. de ann. 206. §. 2. ſqq* & potiſſimum quatuor abſoluebantur partibus: 1) *fletu*, 2) *auditione*, 3) *ſubſtratione* & 4) *ſubſiſtentia*. Hisce peractis, tandem recipiebantur iuxta ritus in *cit. c. 64.* deſcriptos.

(a) quia olim non aliis, quam *eiectis*, haec imponebatur, qui ius communionis amiſerant.

(b)

nio iungi, (b) *c. 13. audiuimus. 33. qu. 2.* ad ſacros ordines promoueri. *c. ex poenitentibus. 55. diſt. 50.*

8. *Non ſolennis* imponitur a ſacerdote, *d. c. poenitentes. d. c. accedentibus. c. ſtatuimus. 2. de maledicis.* publice, puta ante fores eccleſiae cum face ſeu teda ardente, & aliis ſolennitatibus; extra tempus quadrageſimae. *c. 1. de poenit. & remiſſ. c. 19. ſi peccauerit. C. 2. qu. 1. c. ego Berengarius. 42. de conſecr. diſt. 2. d. c. ſtatuimus.*

9. *Priuata poenitentia* eſt, quae in occulto fit Deo & Sacerdoti; qui eam imponit, etiam pro peccatis grauioribus, ſed occultis. (c) *c. quaeſitum. 7. h. t.*

10. Occulta enim peccata publice non ſunt punienda. *c. 19. ſi peccauerit. C. 2. qu. 1. can. 31. ſi quis poteſtatem. C. 23. qu. 4.*

11. Impoſitio poenitentiae eſt arbitraria; ſecundum enim peccatorum circumſtantiam poena imponenda, *c. 3. de poen. c. 12. C. 15. qu. 1. c. fin. 33. qu.*

(b) quia adulteris imprimis haec imponebatur, & per plura tempora durabat, inde factum, vt coelibatus iis interim imponeretur, quod hodie adhuc obſeruamus, ſed ſine ratione.

(c) Originem eius *lit.* u. indicaui, de qua ex profeſſo agit DALLAEVS *de confeſſ. auricul.* Sane cum apertum ſit, eam profluere ex doctrina de *ſatisfactione*, a noſtratibus reprobata, rectius in noſtris eccleſiis reiicienda potius, quam approbanda foret.

(d) Id

33. qu. 5. c. 1. de poenit. diſt. 2. adhibita contritionis poenitentis, & qualitatis ſexus, & aetatis delinquentis, conſideratione. *c. Deus. 8. h. t. c. 2. temporis. C. 26. qu. 7. c. 25. de poenit. de conſecr. diſt. 3. c. 84. de poenit. diſt. 1.*

12. Nonnullis tamen peccatis certa & particularis poenitentia a Canonibus impoſita; (d) *c. menſuram. 86. de poenit. diſt. 1.* vt quindecim annorum fornicanti cum filia ſpirituali, *c. 19. ſi quis Sacerdos. C. 30. qu. 1.* decennii matricidae, *c. 15. C. 33. qu. 2.* & fornicanti religioſo, vel moniali, *c. 27. deuotam. C. 27. qu. 1.* ſeptennii inuaſori eccleſiae, *c. 17. C. 12. qu. 2.* committenti inceſtum, *c. 2. ſi pater. C. 30. qu. 4.* vxoricidium, *c. 8. admonere. C. 33. qu. 2.* homicidium, adulterium, periurium; *c. praedicandum. fin. C. 22. qu. 1.* quodlibet peccatum mortale. *c. 11. hoc ipſum. C. 33. qu. 2.*

13. Conſtat Sacramentum poenitentiae, [*vide* Gl. 1. *2. & 3. in princ. de poenit. diſt. 1. & can. perfect. 48. de poenit. diſt. 1. & c. perfecta. 8. eod. diſt. 3.*] quatuor partibus: ***cordis contritione, oris confeſſione, operis ſatisfactione***, *d. c. perfecta. 48. de poenit. diſt. 1.* & ***peccati abſolutione.*** (e)

14. Satis-

(d) Id capiendum de ***publica poenitentia***, cui olim certa erant praefinita tempora, intra quae poenitentes labores poenitentiales ſubire cogebantur, niſi illa relaxarentur, id quod fiebat mediante ***diſpenſatione*** ſeu ***indulgentia.***

(e) Haec rurſus non ad ***poenitentiam*** in ſe, reſpectu DEI, ſed ad ***diſciplinam illam eccleſiaſticam***, ſeu ***poenam*** per-

14. Satisfactio confeſſione diſponitur: ex confeſſione poenitentia naſcitur: ex poenitentia Dei mitigatio. Tertull. *lib. de poenit.*

15. Eſt *contritio cordis*, interna afflictio, & peccati commiſſi deteſtatio, cum emendationis propoſito, & dolore & pudore, *c. porro. 31. c. facilius. 32. c. quis aliquando. 37. c. quem poenit. 88. de poenit. diſt. 1.*

16. Eam ſequi debet, alioqui nihil efficit, *can. voluiſſent. 60. §. ex his. can. menſuram. 86. §. 1. & 2. c. quis aliquando. 88. eod. diſt. 1.* CONFESSIO; ideſt: peccati proprii per os proprium detectio. (f)

17. Fit vel *publice* coram omnibus, vel *priuatim* Deo, & Sacerdoti, *c. quidam. 90. de poenit. diſt. 1.* cui abſoluendi peccata & retinendi poteſtas data; (g) *c. noua. 8. de poen. & remiſſ.* ſed proprio, ſeu pa-

pertinent, de qua ante dictum. Haec ipſa admodum promouit *ſtatum eccleſiaſticum*, vt reipublicae formam *indueret.*

(f) In primitiua eccleſia eam requirebant Chriſtiani ab illis, qui publico crimine ſeſe inquinauerant, & ob id *eiecti*, & ab eccleſiae ingreſſu quaſi relegati erant. Hi ſi recipi & in gratiam cum *eccleſia laeſa* redire volebant, iniuriam in eccleſiam factam profiteri tenebantur, quod *exomologeſin* appellabant, & ex natura rei fluit. Nemo enim cum laeſo poteſt redire in gratiam, niſi iniuriam a ſe factam eſſe agnoſcat, & deprecetur. Inde *confeſſio oralis* inualuit, & praeter rationem generatim recepta eſt.

(g) Hanc deducunt ex *iure clauium*, quod tamen in ſa-

 cris

parocho; (h) *c. omnis vtriusque. 12. c. quod autem. 4. eod. c. Sacerdos. 2. §. fin. de poenit. diſt. 6.* non alii, niſi de eius licentia electo, *d. c. omnis. c. placuit. 3. de poenit. diſt. 6.* aut ex facultate ab Epiſcopo data, (i) *c. 2. de poenit. in 6.*

18. In caſu tamen neceſſitatis, & morte vrgente, ſi Presbyter haberi non poſſit, & alteri, *c. 12. ſi Presbyter. c. 13. agnouimus. C. 26. qu. 6.* etiam laico & ſocio confiteri licet, *c. qui vult confiteri. 1. de poenit. diſt. 6. c. quem poenit. 83. de poenit. diſt. 1.* vbi ratio.

19. Con-

cris plane diuerſum inuoluit ſenſum: *ligare* enim & *ſoluere* Hebraeis idem eſt, ac decernere, quid licitum vel illicitum ſit, adeoque *doctrinam* meram, non *imperium* aut *iurisdictionem* inuoluit. Nec facultas *remittendi* vel *retinendi* peccata, apoſtolis ſpecialiter a Chriſto tributa, huc pertinet, vti *diſſ. III. ad Plin. II & Tertull.* plenius oſtendi. Et tamen negari nequit, *ius* hoc *clauium* imperii ſacri fulcrum primarium eſſe, adeo vt, hoc deſtructo, tota illius ἐνέργεια corruat.

(h) quia per modum *iurisdictionis* exercetur, quae *competentiam* deſiderat. Ita omnia ſunt attemperata ad ſchemata ciuilia, contra intentionem Chriſti, quae etiam nos retinemus, vt libertas, *confeſſionarium* in alia eccleſia eligendi, nemini ſit integra, imo, quod mirandum, in dubium vocari ſoleat, vtrum quis in eadem eccleſia, relicto priori, alium eligere queat? Quod negat B. HARPRECHT *conſ. 55. n. 293. ſeqq.* cuius ſententiam examinaui in *iure Paroch. Sect. 4. c. 1. §. 11. ſqq.* Quis vero crederet, etiam principi hanc libertatem in dubium vocari?

(i) apud nos deſiderant licentiam conſiſtorii: adeo omnia ad regulas *iuris bannarii* ſunt accommodata.

(k)

19. Confiteri debet lingua cordis, non carnis, *can. qualis debeat, 4. in fin.* & ibi Gl. *C. 30. qu. 5.* poteſt & ſcripto; (k) qui praeſens, non qui abſens, *can. quem poenitet. 83. de poenit. diſt. 1.*

20. Vtroque modo aperire debet peccata *mortalia* (l) omnia, & ſingula: *venialia* citra culpam poteſt tacere; Gl. *c. omnis vtriusque 12. h. t.* quia ea orationis Dominicae recitatione, aquae benedictae aſperſione, generali confeſſione, euchariſtiae deuota ſumptione, *d. c. omnis vtriusque. 12. c. de quotidianis. 20. de poenit. diſt. 2. d. c. qui vult. 8. c. aquam. 20. conſecr. diſt. 3.* ieiuniis, eleemoſynis, *c. Medicin. 76. & c. quam ob rem. 68. de poenit. diſt. 1.* deuota pectoris percuſſione, *c. tres ſunt. 81. eod. diſt. 1. & c. ſi enim. 40. eod. diſt. 2.* extrema vnctione, *c. vn. ʃ. fin. de ſacr. vnct.* Epiſcopali benedictione, *c. 96. dictum. C. 1. qu. 1.* Hoſtienſ. *in ſum. hoc tit. ʃ. de quibus.* poſſunt expiari.

21. Cui confeſſio facta, commiſſa non debet prodere, (m) ni Sacerdotio velit deponi, intra arctum mo-

(k) hoc vel ideo admittunt, vt catalogus peccatorum, tanquam inuentarium quoddam, eo rectius edi poſſit, quae absque graui pudore vix recenſere licet.

(l) Id etiam ex antiqua diſciplina eccleſiaſtica dependet, quia ob haec tantum *publica* imponebatur poenitentia, vt TERTVLL. *de poenit.* declarat.

(m) Hoc ſilentii vinculum erat neceſſarium, ne facta proditione, confitens in publicam incideret inquiſitionem. Ait BASILIVS *in epiſt. Canon. ad Amphil. c. 34. Adulterio pollutas mulieres & confitentes ob pie-*

 ta-

monaſterium, ad agendam perpetuam poenitentiam, concludi. *d. c. omnis vtriusque. 12. §. fin.*

22. Confeſſione facta, Sacerdos imponit, ſecundum qualitatem delicti, *ſatisfactionem. c. 8. quia tua fraternitas. C. 12. qu. 1. c. falſas. 61. de poenit. diſt. 5.*

23. Satisfacit peccator, (n) cum poenam impoſitam factis exequitur. *c. facilius. 32. eod. diſt. 3.*

24. Satisfactione peracta fit delinquentis *abſolutio, Clem. dudum. 2. de ſepult.* & eccleſiae reconciliatio. (o) *c. qui egerit. 3. & ſeq. eod. diſt. 7.*

25. Ea

---

eatem vel quomodocunque conuictas, publicare patres noſtri prohibuerunt, ne conuictis mortis cauſam praebeamus. Sanctitatem huius ſilentii vocant *ſigillum confeſſionis*, de qua ſpeciali tr. agit ADRIANVS BEIERVS.

(n) In primitiua eccleſia poenitentiae publicae ſubiectus ſatisfaciebat *eccleſiae laeſae*, non DEO; ſed iam CYPRIANVS quodammodo corrupit hoc dogma, & putauit, DEO etiam hoc modo ſatisfieri: hoc poſito, neceſſario externa moleſtia ſubeunda erat. Docent antiquitates eccleſiaſticae, ſaepe ſponte peccatores duriſſimos cruciatus ſubiiſſe, v. c. circulos ferreos brachio circumdatos geſtaſſe adeo, *vt caro non raro ſupercreſceret & circulus pene totus carne coopertus eſſet, vnde poenitenti intolerabilis dolor naſcebatur.* MABILLON. *ſec. III. actor. Bened. P. 2. p. 554.* Nec aliunde, quam ex hoc fonte *flagellationes* inualuere, de quibus vid. MABILLON. *in praef. ad Sec. VI. P. 1. act. Bened. §. 39. ſqq.*

(o) In hac olim conſiſtebat *abſolutio*, quam olim Epiſcopus non *ſuo nomine*, aut *iure clauium*, ſed *eccleſiae lae-*

25. Ea fit his verbis: *Abſoluo te a peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* (p) praemiſſa oratione: *Miſereatur tui, &c. can. verbum Dei. 51. eod. diſt. 1.*

26. Abſoluit non omnis Sacerdos, de omnibus peccatis, ſed in caſibus tantum ſibi commiſſis, nec aliis per Canones reſeruatis. *Clem. 1. §. quibus. verſ. nec etiam. de priuileg. c. 1. diſt. 20. c. quanto. 4. de conſuet. c. canonica. 50. c. mulieres. 6. de ſent. & excomm.*

TIT. IIX.

DE INDVLGENTIIS.

POena tamen poenitenti impoſita aliquando *Indulgentiis* remittitur. (q) *c. fin. C. 2. qu. 3. c. fin. vt lite pendent. c. dudum. 31. de priuileg.*

2. Sunt

laeſae vice faciebat, cuius conſenſus quoque deſiderabatur in receptione abſoluendi. Naturale enim eſt, vt ille poſſit *abſoluere*, h. e. illatam iniuriam remittere, in quem deliquimus. *Vice Dei* nunquam abſoluebant, niſi quod tertio ſeculo ex doctrina CYPRIAN hoc quoque dogma corrumperetur, vt probaui in *diſſ. III. iur. eccl. antiq. ad Plin. & Tertull.*

(p) Sed vid. *Iac. IV, 12. 1 Ioh. II, 12. Act. XIII. 38. Luc. XXIV. 47.* Mirum ſane eſt, noſtrates etiam, in luce aperta, hac vti formula.

(q) Eſt ergo *indulgentia* nihil aliud, quam *ſimplex poenae externae remiſſio.* Saepe neceſſe erat, a rigore externae diſciplinae aliquantisper recedere, ſi maior inde red-

2. Sunt *Indulgentiae* poenitentiae moderationes, cum peccatorum remiſſione; auctoritate pleniori vel ſine retentione, vel cum aliquorum retentione, certo tempore, & certis de cauſis factae. Tholoſ. *in ſyntagm. iur. univ. lib. 2. tit. 9.*

3. Concedit, in nomine Domini, plenas Pontifex; *c. quod autem. 4. de poenit. & remiſſ. c. excommunicamus. 13. §. quid autem. de haeret. c. ad liberandam 17. de Iudaeis.* Epiſcopi, non alii Praelati, (niſi ex ſpeciali privilegio, Gl. *in c. noſtro.*

redundaret in eccleſiam vtilitas. Nunquam vero denotauit remiſſionem peccatorum intuitu DEI, quod dogma magnopere infecit Chriſtianiſmum, vt tandem *remiſſio peccatorum* venalis fieret, & *diplomata indulgentiarum* ſub haſta venderentur. Satius enim & commodius videbatur ditioribus, indulgentiarum diplomata redimere, quam poenas illas canonicas ſubire. *Conſ.* ZIEGLER, *de Epiſc. lib. III. c. 14. §. 4.* Antiquas *indulgentiarum* ſpecies refert ESPEN. *P. II iur. eccleſ. tit. 17. cap. 7. §. 3. ſeqq.* Hae tamen cum hodiernis non conueniunt, nec eundem habent ſcopum, quem hodie iis tribuunt. Fuere hae hamus ille, quo VRBANVS II, ex ſingulari quadam verſutia, tot millia hominum eo adduxit, vt ſe ad expeditionem interram ſanctam accingerent, cruce ſignati, adeo, vt teſte BERNHARDO *ep. 246. vrbes & caſtella vacuatae fuerint, & pene iam,* pergit, *non inueniunt, quem apprehendant ſeptem mulieres virum vnum, adeo vbique viduae viuis remanent viris.* Quid non mortalia pectora cogit aurea ſuperſtitio! Conſ. MABILLONIVS *in act. Benedict. ſec. V. in praef. §. 107. ſeqq.*

(r)

ſtro. 15. de poenit. & remiſſ. c. accedentibus. 12. de exceſſ. Praelat.) limitatas. (r) *c. cum ex eo. 14. ſ. fin. de poen. & remiſſ. c. 24. quodcunque. C. 24. qu. 1.*

4. Conceduntur a ſummo Pontifice, (s) verbo, literis, & qualibet ſcriptura, adiecta clauſula, ſolam ſignaturam ſufficere, etiam in fauorem fidei. *c. fin. de poenit. Ext. com.*

5. Cui conceduntur, debet eſſe Chriſtianus: *c. nihil ſic debet. 33. C. 11. qu. 3. c. 7. ſi quis a Catholica. C. 23. qu. 4.* contritus & confeſſus, *c. 1. §. nos de omnipotentia. Ext. de poenit. & remiſſ.* credere; ei, qui concedit, eſſe ſubditus; *c. quod autem. 4. c. noſtro. 15. de poen. & remiſſ,* per ſe, vel per alium, ſi res patitur, implere ea, quae indulgentiae impleri mandant.

6. Qui tamen morte aut alio impedimento ea non potuit implere, nihilominus remiſſionem conſequitur. Gl. *ad c. 1. ad verb. confitebuntur. circa fin. de poenit. in Ext. comm. text. in c. 2. eod.*

7. Cauſae, ob quas conceduntur, debent eſſe piae, vt redemtio captiuorum, eleemoſynae, aedificationes eccleſiarum, & ſimiles. (t) *c. 1. eod. in 6. c. quod autem. 4. de poenit. & remiſſ.*

TIT.

(r) ſunt plures caſus reſeruati, in quibus ſolus Pontifex remiſſionem ſibi arrogauit.

(s) per *quaeſtores* vt plurimum publicos, de quorum abuſu agit ESPEN *cit, l. n. 3.*

(t) vt olim expeditio in terram ſanctam. Praeterea etiam

 vi-

TIT. IX.

DE EXTREMA UNCTIONE.

EXtrema *vnctio* eſt, qua grauiter aegrotantium, quos eo morbo morituros probabiliter metuitur, certae corporis partes ſanctificato oleo a Presbytero inunguntur; vt non minus animae, quam corporis, ſanitatem operetur.

2. Introducta mandato D. Iacobi, *in Epiſt. cap. 5. verſ. 14. & 15.* (u)

3. Eſt vel *externa*, qua corpus: vel *interna*, qua cor inungitur. *can. vn. in princ. de ſacra vnct. can. quaerendum. 6. de poenit. diſt. 2.*

4. Sacramentum eſt *vnctio externa*: res ſacramenti eſt *vnctio interna*, quae peccatorum remiſſione & virtutum auctione perficitur. Mag. Sentent. *lib. 4. diſt. 23. ſect. 2.* Gl. *ad can. Presbyteros. 2. verſ. ſed verb. ſanctificato. diſt. 95. arg. c. 1. & 2. de conſecr. diſt. 5. & c. vn. de ſacr. vnct.*

5. In-

viſitatio eccleſiarum tempore Iubilaei huc pertinet, quo remedio pontifex infinitam hominum multitudinem Romam traxit, vt indulgentiarum fierent participes. vid. *cit. l. c. 4.*

(u) Totus contextus docet, IACOBVM loqui de illa vnctione miraculoſa, quae ad *ſanandum corpus* adhibebatur, quae etiam apud Hebraeos olim vſitata erat, teſte GROTIO *in Marc. VI.* quod plenius oſtendit IO. DALLAEVS *de extrema vnctione.* Conf. ARNOLD. *in repraeſ. chriſtian. prim. lib. 9. c. 2.*

(x)

5. Inungunt, praeuia oratione, ſanctificato oleo oliuarum, Sacerdotes, (x) *c. quaeſiuit. 14. de verb. ſign. c. illud ſuperfluum. 3. diſt. 95.* vel ſoli, vel cum clerico, *d. c. quaeſiuit 14.* morbo naturali, non caſuali, (y) aegrotos; ſi non amentes, Angel. Claſ. *in ſumma. verb. vnctio extrema, num. 4.* nec impoenitentes ſint, *d. c. illud ſuperfluum.* nec in peccato mortali exiſtant; qui ipſis ſubſunt. Alienos ſubditos ſi non habita ſpeciali Parochi Presbyteri licentia inungere auſi fuerint, ipſo facto excommunicantur, a ſolo Pontifice abſoluendi, *Clem. 1. in princ. de priuileg.*

6. Inunguntur aegroti in partibus ſenſualibus, ex quibus origo peccati; vt oculi, pro peccato viſus; aures, propter auditum; nares, ob odoratum; os, propter guſtum; manus, propter tactum; pectus, propter appetitum; pedes, propter motum.

7. Vnctio delicta, ſi quae ſint adhuc expianda, ac peccati reliquias abſtergit, & aegroti animum alleuat & confirmat. (z) *d. c. Presbyteros. 2. §. prohibitio. diſt. 95. c. vn. de ſacra unct.*

8. Pot-

(x) Hi tamen illud non conficiunt, ſed Epiſcopi ſingulis annis in die coenae dominicae, a quo parochi id petunt.

(y) Violenta morte qui perire debent, non vnguntur, quia olim erat medium miraculoſum, ſanandi aegrotantes: medicina autem non adhibetur ei, qui neceſſario perire debet. Si ex prima origine eſſet medium peccata expiandi, hic quoque adhiberi deberet.

(z) Sane id ipſum pugnat cum doctrina IACOBI, qui

 non

8. Poteſt hoc Sacramentum iterari, ſi infirmus vnctus ab ea aegritudine reſurgat, & poſtea in aliam cum periculo mortis incidat. (a) Gloſſ. *ad d. c. presbyteros. 2. verſ. prohibitio. verb. ſanctificato. in fin. diſt. 95.*

9. Sunt & aliae vnctiones, vel cuiuis Chriſtiano *communes*; vt oleo Catechumenorum ante Baptiſmum; mox chriſmate, ante Baptiſmi ſolennia peracta; chriſmate, in confirmatione: vel *particulares*; vt Epiſcopi, in manibus capiteque; Principis ſecularis, in brachio ſeu humero. *c. un. de ſacra unct.* (b)

TIT.

non *vnctioni*, ſed *precibus fidelium* hanc attribuit efficaciam.

(a) Medicina ſaepius opus eſt, vbi quis ſaepius aegrotat. Ita retentae ſunt concluſiones, primam originem ſanam indicantes, vtut illa poſtea deprauata ſit.

(b) Vnctionum antiquiſſimus vſus. Potiſſimum quae DEO conſecrabantur, oleo inungebantur, vnde ſacerdotum inunctio inualuit. *Exod. XXIX.* 7. *Leuit. VIII*, 12. Effectus eius erat *inuiolabilitas* & *ſanctitas perſonarum*, quo intuitu etiam reges inuncti, vt eo magis ab iniuriis hominum immunes praeſtarentur. Iud. *IX*, 9. 1 *Sam X.* 1. *XVI*, 14. 1 *Reg I*, 39. 2 *Sam. I*, 14. In Germania ante PIPINVM nemo inunctus fuit, teſte DV BOIS *in hiſt. eccl. Pariſ lib.* 5. *c.* 1. §. 1. *ſeq* Ab hoc tempore tamen regum inunctiones inualuerunt, ſed praetextum Papae tribuerunt, vt regum conſtitutiones ſibi vindicaret. *c.* 34. *X. de elect clem. vn. de iurei.* Sed vide, quae de hac impudentia dixi *in iure eccleſ. proteſt. lib.* 1. *tit.* 15. §. 13. *ſeqq.* Ceterum diſtinctionem, quam Pontifex facit in *c. cit. vn.* inter vnctionem

TIT. X.

DE ORDINE.

ORdo, (e) eſt Sacramentum eccleſiae, quo ſuperior manum imponens ordinato poteſtatem

nem *Epiſcoporum* & *Regum*, eſt contra manifeſtam praxin, prout oſtendi in *cit. tr. §. 11. ſeq.* quae vnice excogitata eſt ad eleuandam ſacerdotalem auctoritatem & ſupprimendam legitimam poteſtatem ſupremam.

(e) Saepe cum ipſa *ordinatione* confunditur, vt in *tit. X. de Scrutin. in ord. fac.* & in hac quoque definitione. Alias differunt vt *res & modus:* ipſe modus, quo poteſtas ſacra confertur, ſtricte *ordinatio* dicitur; res vero ipſa, quae hoc actu conferri dicitur, *ordinis* appellatione venit. Vnde vulgatum illud: *ordines conferre.* Ni fallor, haec appellatio inualuit a magiſtratibus Romanis, quorum rationem paulatim clerici induerunt. Municipales magiſtratus *ordinis* appellationem habebant. vid. *t. t. D. de decret. ab ordine fac.* TERTVLLIANVS *de exhort. caſtit. c 7.* hac eadem voce primus clerum compellauit: *differentiam inter ordinem & plebem conſtituit eccleſiae auctoritas*, quo ipſo magiſtratus quendam gradum ei dedit, ſe ad ſtatum ſui temporis accommodans. Deinde ORDO *gradum quendam dignitatis* vel *ſtatum* denotat, vt ordo equeſtris, *l 1. §. 47. de rit. nupt.* ſenatoris, *l. 27. de ritu nupt.* &c. Eodem ſignificatu etiam clericis tribui poteſt, qui inter ſe *diuerſis gradibus* differunt. *l. 10. C. Theod. de fide teſtium.* Inde Leo I. in *c. 1. D. 32.* aſſerit, Epiſcopos in *primo*, presbyteros in *ſecundo*, Diaconos in *tertio* & Subdiaconos in *quarto ordi-*

tem eccleſiaſticam tribuit. *c. vlt. de ſacram. non iterand.*

2. Poteſtas ea vel eſt *ordinis*, vel *iurisdictionis*. Sub illa cadit verbi diuini miniſterium, adminiſtratio Sacramentorum; eccleſiarum ordinatio ad aedificationem: ſub hac poteſtas excommunicandi, poenitentes abſoluendi, peccata retinendi.

3. Praecipua ea poteſtas, quae ad Euchariſtiae Sacramentum refertur, in Sacerdote quidem plena & perfecta; vt qui vnus illud poteſt conficere: in aliis inferiorum ordinum miniſtris maior, vel minor, quo quisque miniſterio ſuo magis minusue ad Altaris Sacramentum accedit. (d)

4. Sed de huius Sacramenti ſpeciebus, differentiis, gradibus, ſatis ſuperiore libro diximus.

5. Hic addimus, ex omnibus ordinibus vnum tan-

dine eſſe conſtitutos. Denique quia ſingulis gradibus *officium ſacrum* &, *poteſtas eccleſiaſtica* cohaeret, tandem huic *primario* vox *ordinis* tributa eſt.

(d) Inde ordines ſunt vel *maiores*, qui & *ſacri*, vel *minores*, qui & *non ſacri* dicuntur. In illis conſtituti miſſas vel celebrant, vel ad earum celebrationem concurrunt, vnde etiam *altaris miniſtri* dicuntur in *c.* 16. *D.* 50. *c.* 4. *D.* 60. vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi: hi tamen ſerius ad hanc claſſem relati ſunt, teſte MORINO *de ordin. P.* 3. *ex.* 11. His in genere matrimonium abſolute eſt prohibitum; hi ad epiſcopatum eligi poſſunt. *c.* 4. *D.* 60. quod ſecus eſt in iis, qui tantum in minoribus ſunt conſtituti ordinibus. *c.* 9. *X. de aetate & qual. & ord. praef.*

(e)

tantum ſacramentum conſtitui; non autem ſingulos ordines ſeparatim Sacramentum eſſe. *ſec. Canon.* & Cucchum *in inſtit. maior. hoc tit.*

TIT. XI. IV. x. 1. & 16.
DE MATRIMONIO.

SEquitur de matrimonio; quod, quoad diuinam in paradiſo inſtitutionem, diuinique myſterii effectum, Sacramentis (e) annumeratur.

2. Eſt *matrimonium*, viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitae conſuetudinem, cum diuini & humani iuris communicatione, continens. *in ſum. 27. qu. 2. §. ſunt. c. illud. 11. de praeſumt.*

3. Eius bona (f) ſunt, praeter Sacramentum, fides, proles, fornicationis remedium. *can. 10. omne. C. 27. qu. 2.*

4. Il-

(e) quod *Eph. V.* ſub hoc adumbretur *myſterium vnionis Chriſti cum eccleſia*, & ſic *typus rei ſpiritualis ex inſtituto diuino*, quod poſterius etiam quidam ex noſtratibus aſſerunt, contendentes *matrimonium ex inſtituto primaeuo typum eſſe conſtitutam vnice in hunc finem, vt anti-typum* h. e. *vnionem illam repraeſentaret*, quo ipſo idem docent, quod pontificii.

(f) h. e. commoda, virtutes, vel effectus. Inter haec bona primum dant locum *ſacramento*, vnde pleraque aeſtimant, & verum matrimonii conceptum adeo obſcurant & inuoluunt, vt eiuraſſe rationem omnem videantur. Caueant ergo noſtrates, qui *typicam ſignificationem* in ſenſu plane exorbitante matrimonio aſſignant, ne incidant in ſcyllam, volentes euitare charybdim.

(g)

4. Illud in contrahendo *Sponſalia* praecedunt, vnde de iis primo agendum.

TIT. XII. IV. x. 1.

DE SPONSALIBVS.

SPonſalia, ſunt futurarum nuptiarum promiſſio. *c. noſtrates. 3. cauſ. 30. qu. 5.*

2. Sunt vel de *praeſenti*, vel de *futuro*. (g) *c. ſi inter virum. 31. h. t.*

3. De

(g) Intellige: *matrimonio.* Nata eſt haec diſtinctio ex diſſenſu patrum, quorum quidam crediderunt, ſponſalibus ineſſe vinculum matrimoniale, quorum ſententias collegit GRATIANVS C. 27. *qu.* 2. indeque intulerunt, ſponſalia aeque eſſe indiſſolubilia ac ipſum matrimonium. Alii in contrariam iuerunt ſententiam, & *ſponſalia* a *matrimonio* differre, recte arbitrati ſunt, quorum ſententias IDEM *cit. l. c.* 18. *ſqq.* coaceruauit. Scholaſtici, vt has diſſenſiones componerent, diſtinctionem adductam attulerunt. HOTTOMANNVS *de ſponſal. c.* 6. Accedebat nouum inuentum, quo ſponſalia poſſent reddi *indiſſolubilia.* Dixere Scholaſtici, *conſenſum facere matrimonium.* Ergo auctores plerisque fuere, vt ſtatim tempore ſponſalium ineundorum *matrimonialem* ederent *conſenſum* per verba *de praeſenti*, relata in *c.* 9. 22. & 31. 32. *X. de ſponſal. c.* 14. *X. de conuerſ. coniug. c.* 3. *de ſponſ. duor.* non quo ſtatim actuale matrimonium contraheretur, ſed quo ſponſalia fierent indiſſolubilia, interim tamen in *foro externo* deſponſati iure coniugum haud gauderent.

(h)

3. De *praeſenti* (ſic dicta quaſi concepta per verba praeſentis temporis,) nihil aliud ſunt, quam contractus matrimonii, *c. 1. tuae fraternitati. 25. & d. c. ſi inter virum. 31. eod.* quibus iam dicta ſponſalium definitio non competit. Vnde de iis tituli ſequenti de nuptiis tractabimus.

4. Sponſalia *de futuro* (quae proprie ſponſalia) (h) ſunt promiſſio futurarum nuptiarum, per verba futuri temporis; vt, *Ego te in vxorem ducam. c. pen. eod.* (i)

5. Haec vel ſunt *nuda* & *ſimplicia*: cum ſponſus ſponſae nude & ſimpliciter promittit, quod eam in vxorem ducet; & e conuerſo, *c. ad audientiam. 4. & c. ſi inter. eod.* vel *firmata*, cum aut arrhae, aut earum vice pignora, aut annulus datur; aut

(h) Obſeruent id proteſtantes, nec tam imprudenter tradita eorum ſequantur, qui docent, ſponſalia *de futuro* eſſe improprie dicta ſponſalia, h. e. vel tractatus ſponſalitios, vel conditionata, vel impuberum; *pura* autem demum eſſe ſponſalia de *praeſenti*. De iure canonico enim etiam *pura* eſſe *de futuro*, ſi deſit conſenſus matrimonialis declaratio, liquet ex *c. 2. X. b. t.* Novi, proteſtantes non negare, ſe in definitionibus diſcrepare a iuris canonici doctrina: verum, ita quoque abſtinere deberent a concluſionibus iuris canonici, nec, quae ibi de *ſponſalibus de praeſenti* ſtatuta ſunt, ad illa applicare, quae ipſimet *de praeſenti* dicunt, de iure canonico autem *de futuro* ſunt.

(i) ergo *tractatus ſponſalitii* non ſunt ſponſalia, ſed imperfectum prorſum negotium, cum ad perficiendum adhuc aliquid ſuperſit.

(i)

aut iuramentum interponitur. *c. 14. ſi quis vxorem, c. 15. ſi quis deſponſauit. C. 27. qu. 2. c. praeterea, 12. c. veniens ad nos. 15. c. commiſſum. 16. eod.*

6. Contrahuntur conſenſu, (i) *c. praeterea. 2. eod.* ſiue is verbis, ſiue re, vt annuli, Gl. *in c. fin. de deſponſ. impub.* Gl. *in c. tenor. 10. de ſent. & re iud.* munerum datione, oſculis, amplexu; Pariſ. *conſ. 15. num. 4. vol. 4. arg. c. 1. de deſponſ. impub. in 6. in §. idem quoque. & ibi* Dd. ſiue literis, Archid. *in c. 8. nec illud. C. 30. qu. 5. num. 5. & in c. fin. de procur. in 6. num. 2.* per epiſtolam (k) nuncium, procuratorem, Hoſtienſ. *in §. qualiter hic.* exprimatur.

7. Annuli datione, id eſt, ſubarrhatione, *d. c. 15. ſi quis deſponſauerit. C. 27. qu. 2.* vt contrahantur ſponſalia, annulum non ſufficit dari: ſed neceſ-

(i) Sufficit ergo, de hoc conſtare. Teſtes nec de iure *ciuili*, nec *canonico* deſiderantur, ceu liquet ex *c. 1. X. de cland. deſponſ.* Si ergo deſunt ordinationes eccleſiaſticae, & ſecundum *ius commune* pronunciandum, ſufficit conſtare de ſponſalibus ex *confeſſione rei*, licet vel maxime reus defectum teſtium alleget. Rationes, quas CARPZOV. *lib. 2. iuriſpr. conſiſt. def. 32.* habet, magis ſunt *ſuaſoriae, quam iuridicae.*

(k) Etiam per hanc hodie poſſe contrahi ſponſalia, vbi *teſtium copia* deſideratur, exiſtimo, cum haec reſtringenda ſit ad caſum, vbi deſponſatio fit inter praeſentes perſonas.

(l)

ceſſe, ſiue voce, ſiue ſignis exprimi, in hoc vt ſponſalia contrahantur, dari & recipi, *c. illud. C. 15. qu. 1. c. ne quis. C. 22. qu. 2.* Imola *in c. tenor. 10. de re iud.*

8. Si dubium, annulus, *nuptiarum* an *ſponſaliorum* ratione ſit datus; iudicis eſt, ex conſuetudine patriae, & circumſtantiis, id decidere. (i) *c. illud. 11. de praeſumt. c. 1. de matr. contr. conſtit. eccleſ.* Abb. *in c. vlt. de ſponſ. imp.*

9. Literis ſi conſenſus exprimatur, neceſſe, vt is, qui eas miſit, in voluntate ſponſalia contrahendi perſeueret, vsque quo ille, ad quem literae mittuntur, conſentiat; (k) Gl. *in c. 8. nec illud. C. 30. qu. 5. tacite*, vt contrahat ſponſalia: *arg. text. c. tua. 25. hic. vbi* Dd. *expreſſe*, puta conſenſus ſui per eundem vel alium nuncium, certiorem faciendo; vt matrimonium. Archid. *in d. c. nec illud. C. 30. qu. 5.*

10. Per procuratorem ita demum ſponſalia contra-

(i) In dubio magis *ſponſalium* ratione annulum datum eſſe credendum eſt, cum non poſſint adeſſe ſponſalia *de praeſenti*, niſi conſenſus matrimonialis *verbis* vel *factis euidentibus*, v. c. concubitu deſponſatorum, declaretur.

(k) h. e. conditionem oblatam accipiat, id quod ex natura pactorum fluit: deficiente acceptatione, ſemper res eſt integra. Imo non ſufficit qualiscunque *acceptatio*, ſed *categorica* accedere debet; quamdiu enim aliquid adhuc ad perficiendum ſupereſt, actus adhuc imperfectus cenſetur.

trahuntur, ſi is ad id ſpeciale habeat mandatum, Archid. *in c. fin. de procur. in 6.* nec illud ſit reuocatum. (l) Gl. *in d. c. fin. verb. reuocatus, per text. in c. ſicut 22. & c. ſi inter. 31. in fin. hic, &* Dd. *in d. c. fin.*

11. Qui procurator alium ſibi ſubſtituere nequit; niſi & hoc in mandatis habeat. *d. c. fin. de procurat. in 6.*

12. Contrahere ſponſalia poſſunt omnes, tam puberes, quam impuberes, qui ſeptennium exceſſerunt; (m) *c. acceſſit. 5. de ſponſ. impub.* quia voluntas, quae in naturali conſenſu quieſcit, in eos, qui ſeptem annorum complerunt aetatem, cadit. *l. ſi infanti. 18. §. vlt. & l. potuit. 5. C. de iur. delib.* Ante ſi contraxerint, poſt ſeptimum annum legitimo conſenſu, *c. duo pueri. 12. & ibi* Abb. *eod.* vel cohabitatione, *c. literas. 4. §. fin. c. acceſſit. 5. verſ.*

(l) adeo, vt ſi poſt reuocationem procurator, reuocationem ignorans, ſponſalia contrahat, principalis non obligetur, per *cit. c. fin.* quod contra ordinariam mandati naturam receptum eſt, vt ſponſalia eo magis ſint libera.

(m) Haec ſunt ſponſalia *de futuro* quidem, ſed *imperfecta.* Haec proteſtantes ad ſponſalia *de futuro* in ſenſu prorſus nouo referre ſolent, vt *puberum* ſponſalia cenſeant de praeſenti, ſi modo *pura* ſint, in quo abeunt a doctrina iuris canonici in definitione, ſed non in concluſionibus. Sane de iure canonico etiam ſponſalia impuberum ſunt *vera ſponſalia*, h. e. *de futuro*, cum inducant *impedimentum honeſtatis publicae. c. 5. & 11. X. de deſponſat. impub.*

(n)

verſ. ſi conſenſus: c. duo pueri. 12. eod. vel nixu ad coitum, *c. iuuenis. 3. h. t. c. fraternitati. 7. de eo qui cogn. conſ.* accedente, conualeſcunt: neo obeſt, ſi muti, ſurdi a natura ſint: modo intellectu non deſtituantur, & ſignis voluntatem ſuam exprimere poſſint. *c. cum apud. 23. & c. tuae. 25. h. t.*

13. Non tantum hi ſponſalia contrahere, ſed & pro iis alii poſſunt; vt pater pro filio, mater pro filia, patruus pro nepta, tutores & curatores pro pupillis, & alii; quanquam ea effectum non ſortiantur, niſi hi puberes tacite, (n) ſi pater futuras nuptias ſpopondit; ſi alius, expreſſe conſenſerint. *c. vn. de deſponſ. impub. in 6.*

14. Tacite conſentire cenſentur, ſi praeſentes ſint & taceant. Innoc. Hoſt. & Abb. *in c. ex parte. 14. de reſtit. ſpol.* Marſ. *ſing. 147.*

15. Contrahi poſſunt Sponſalia vel *pure*, vel *adiecta die*, vel *ſub conditione*. (o)

16. *Pure*, (p) cum vir & mulier, ſimpliciter, pure &

(n) Hoc ipſo per *c. cit.* correctus eſt rigor antiquus, ſecundum quem olim pater poterat filium deſponſare, vt ab ea deſponſatione recedere non poſſet, quod etiam inter Proteſtantes merito emendatum eſt. CARPZ *lib. 2. iurispr. conſiſt. def. 26.*

(o) An adiecta poena? hoc negant per *c. 29. X h.* Sed textus oſtendit, eam tantum reprobari in ſponſalibus impuberum, quod rationem habet.

(p) Cum ergo etiam ſponſalia *de futuro* pure poſſint contrahi, falſum eſt noſtratium aſſertum, ſponſalia *pura* eſſe ipſum matrimonium, & ſic indiſſolubilia, quod ſint *de praeſenti.*

 (q)

& abſolute ſe inuicem futuros coniuges pollicentur. *c. 2. & c. ex literis. 10. h. t.*

17. Hoc feciſſe videntur, ſi certam conditionem expreſſe non adiecerint, licet tacitae & ſubintellectae multae adſint, (q) de quibus *in c. quemadmodum. 25. de iureiur.* modo tacita non exprimatur; faceret enim actum conditionalem. Abb. & Felin. *in c. 2. num. 1. h. t.*

18. *Dies* ſponſalibus *adiicitur*, cum quis intra certum temporis ſpatium aliquam ſe in vxorem ducturum promittit. (r) *c. ſicut ex literis. 22. h. t.*

19. *Sub conditione* celebrantur ſponſalia, cum in aliquem caſum vel euentum differuntur, vel cum quis ſe contracturum, ſi quid factum fuerit, vel non fuerit pollicetur. (s)

20. Conditione pendente ea non ſunt firma, nec ex eis aliqua obligatio orta: (t) *c. de illis. 3. c. ſuper eo. 5. de condit. appoſ. & ibi* Abb. niſi car-

(q) Huc pertinet: (1) rebus ſic ſtantibus *cit. c. 25.* (2) ſi ſponſa adhuc intemerata ſit. c. 2. *C. 32. q. 6.* (3) ſi vterque deſponſatorum ad matrimonium aptus ſit.

(r) h. e. adiicitur vel *differendae* obligationis gratia, vt interim matrimonium inire non teneatur, poſtea autem cogi poſſit: vel *finiendae* cauſa, vt alteri integrum ſit, praeterlapſo tempore, noua inire ſponſalia.

(s) Semper videndum eſt, in cuius fauorem conditio adiecta, cui integrum eſt, ab ea recedere, & ad conſummationem matrimonii agere.

(t) ad conſummandum ſcilicet matrimonium, bene tamen ad expectandum conditionis euentum.

(u)

carnalis copula ſit ſubſecuta: *d. c. 3. verb. aut carnalis. & c. per tuas 6. eod.* aut conditio ſit turpis;(u) non tamen naturae matrimonii contraria; *c. vlt. de condit. appoſit.* aut impoſſibilis. *d. c. vlt. ꝟ. fin.*

21. Sponſalia ſpem certam & ius matrimonii futuri inducunt, adeo vt ne poenitere quidem liceat, & ad matrimonium conſummandum eccleſiaſtica cenſura (uu) compelli cotrahentes poſſint. *c. ex literis. 10. b. t.*

22. Si

(u) Ego non arbitror, ius canonicum hic recedere a iure ciuili, ſecundum quod promiſſa ſub conditione impoſſibili ſunt inualida. In *c. cit. vlt.* non eſt ſermo de *ſponſalibus*, ſed de *matrimonio* iam contracto, quod ſub praetextu *conditionis turpis reſolutiuae* reſolui non debere, recte cenſuere pontifices.

(uu) Intelligendum hoc eſt de renitentia vnius, vid. §. 26. adeoque & in conſiſtoriis noſtris addi ſolet clauſula: und wird der Beklagte dazu durch gebührliche Zwang-Mittel nicht unbillig angehalten. Abſoluta tamen coactio adhiberi nequit *c. 17. X b. t.* Aiunt noſtrates, *cit. c. 17.* loqui de *ſponſalibus de futuro*; id non nego, ſed ſimul regero, ea quae pontificiis dicuntur *de futuro*, nobis dici *de praeſenti*, quae autem illi *de praeſenti* appellant, fere ignoramus. Si ergo deciſiones iuris canonici applicare volumus, in eo ſenſu quoque applicandae ſunt, quo illae ſunt prolatae. Proinde ſi reus extreme contumax, ſponſalia diſſoluenda ſunt, reo condemnato in expenſas, ſatisfactionem priuatam, aliamue poenam.

22 Si ea ſequatur carnalis copula, verum efficitur matrimonium: quia, licet non *concubitus*, ſed *conſenſus* faciat matrimonium, tamen hoc ipſo coniunctionis actu ſatis conſenſus (x) exprimitur, *c. is qui 30. h. t.* & eccleſia praeſumit, ea ſponſum potius promiſſionem ad effectum velle deducere, quam fornicationis crimen committere. (y)

23 Aduerſus quam praeſumtionem, cum ſit iuris & de iure. Gloſſ. *d. c. is qui*, probatio in contrarium non admittitur; niſi praeſumtioni indirecte & per obliquum obuiaret: veluti ſi ſponſus velit probare, ſponſalia illa ante coitum mutuo conſenſu, vel alias, legitime ſoluta, *vt in c. 2. h. t.* aut propter aliquod impedimentum, nulla fuiſſe, Abb. & Praepoſit. *in d. c. is qui.* Gl. *in Clem. vn. de probat.* Felin *in c. quanto. de praeſumt.*

24. Si duo ſponſalia contracta, priora praeferuntur; etiamſi ſecunda ſint iurata: *c. ſicut 22. h. t.* non ſi copula carnali confirmata (z) Ioan. Andr. & Praepoſ. *in d. c. is qui fidem, 30. h. t.*

2. Ori-

(x) *matrimonialis* ſcilicet, in quo caſu forſan proteſtantes adhuc ſponſalium *de praeſenti* genuinum exemplum reperire poſſent, quae eſſent indiſſolubilia, vt ſponſus *abſolute* cogi, vel ſi aufugerit, ſponſa impraegnata pro eius legitima vxore declarari poſſet.

(y) ſi modo ſponſalia ſint valida, quo caſu vera eſt regula: *ſponſalia per concubitum in matrimonium tranſire*, ad illa, quae nulla ſunt, h. e. ſine parentum conſenſu contracta, applicari nequit.

(z) Hic peccatur contra ea, quae ſub *lit.* y. dicta ſunt: ſecunda ſponſalia ſine dubio ſunt invalida, quomodo ergo

per

25. Oritur ex ſponſalibus *iuſtitia publicae honeſtatis*, cuius cauſa conſanguinei ſponſi cum ſponſa, per mortem ſponſi, vel alio modo ſponſalibus diſſolutis, matrimonium contrahere non poſſunt, & e conuerſo. (a) *c. ſponſam. 8. c. ad audientiam. 4. & c. iuuenis. 3. eod.*

26. Diſſoluuntur (1) mutuo conſenſu; *c. 2. h. t.* (b) etiamſi ſint iurata; (c) Dd. *in c. praeterea. 12. eod.* Dec. *conſil. 68. col. vlt.* (2) Abſolutione iudicis, puta eā pubere, qui impubes ſponſalia contraxit, petente: *c. de illis. 8. eod. c. 2. nobis. de deſponſ. im-*

per concubitum in matrimonium tranſire poſſunt, ſi prior ſponſa ſponſo ſuo gratiam facere velit? non enim dubium eſt, quin illa ob *fidem fractam* a ſponſalibus reſilire queat.

(a) Sed hanc doctrinam non ſemper obtinuiſſe, liquet ex *c.* 18. C. 27. *qu.* 2. BONIFACIVS VIII. *in c. vn. h. tit. in* 6. puris tantum non conditionatis hunc adſcripſit effectum. Aliter rurſus docuere patres Tridentini *ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. c.* 3.

(b) Obſeruent, quaeſo, proteſtantes ſententiam iuris canonici, quod etiam ſponſalia *pura* mutuo diſſenſu diſſolui poſſe ſtatuit. Noſtrates negant hoc, quia *pura* dicunt eſſe ſponſalia *de praeſenti*, & ad illa applicandam deciſionem in *c.* 31. *X. h. t.* Verum hanc confuſionem peperit definitionum mutatio.

(c) Poſſunt enim partes ſibimet inuicem iuramentum remittere. Apud nos tamen vtplurimum conſiſtorii conſenſum requirunt. Inde eſt, quod in praxi etiam conſiſtorium *ex officio* deſponſatos citare & ad matrimonii conſummationem cogere poſſe cenſeant.

impub. (3) Sponſalibus de praeſenti, (d) *c. ſicut. 22. h. t.* aut de futuro copula confirmatis, *c. veniens ad nos 15. eod.* (4) Affinitate ſuperueniente; (e) *c. ſuper. eo. 2. de conſang. & affinit.* etiam per illicitam copulam. *c. veniens. 9. de eo qui cogn. conſang. vxor. ſuae.* (5) Ingreſſu religionis. *c. commiſſum. 16. h. t. c. 2. de conuerſ. coniug.* (6) Fornicatione, ſiue *corporali*; vt cum ſponſa cum alio fornicatur; *c. 33. raptor. C. 27. qu. 2.* etiam vi; *c. quemadmodum. 25.* vbi Gl. *de iureiur.* ſiue *ſpirituali*; vt ſi alteruter in haereſin vel idololatriam inciderit: *c. 6. non ſolum. & c. 8. iam nunc. C. 28. qu. 1.* (7) Lapſu temporis, vel diei, ſiue *conuentionalis*, in contractu ſponſaliorum per contrahentes adiecti; *c. ſicut ex literis. 22. & ibi* Gl. *h. t.* ſiue *legalis*; nulla a contrahentibus temporis facta mentione, puta triennii; per quod, ſi quis abſque legitima cauſa abſit, praeſenti facultas datur libere contrahendi; *c. de illis. 5.* ibi Gloſſ. *h. t.* (8) Defectu implementi eius quod promiſſum; aut conditionis, Ioan. Andr. & alii *in d c. de illis. 3. de condit. appoſit.* (9) Fama canonici impedimenti, ſi de ea docea-

(d) Indubium eſſe credo, cum matrimonium cum poſteriori contractum ſit nullum, ſi prior ſponſo gratiam facere velit, modo hic non abſolute refractarius ſit: abſolute enim eum cogi non poſſe, *lit. u.* dixi.

(e) modo concubitus fuerit *conſummatus & naturalis. c. 11. C. 35. q. 2. & 3.* Ceterum ſi antea iam ſponſam cognouerit, & poſtea demum cum eius ſorore concumbat, aliud dicendum eſt. *c. ſ. X. de eo qui cogn. conſang.*

(f)

ceatur. (f) *c. cum in tua. 27. h. t. c. ſuper eo. 22. de teſtib.* (10) Capitali inimicitia inter ſponſos ſuperueniente; Hoſt. *in ſum. hic.* §. *fin.* per ration. de qua *in c.* & *c. 2. requiſiu. 17. eod.* (11) Morum aſperitate alterutrius. Abb. *in c. veniens. 5. qui cleric. vel vouent.* (12) Deformitate, aut morbo contagioſo, ſubſequente. *c. fin. de coniug. leproſ. d. c. quemadmodum. 25. de iureiur.*

27. Quibus caſibus alia ſponſalia contrahi poſſunt; absque auctoritate iudicis, ſi cauſa notoria, quantum ad *veritatem*, quia vera; & quantum ad *iuſtitiam*, quia de iure ſufficiens, vtpote in eo expreſſa. Sylueſt. *verb. ſponſalia. qu. 11.* Si cauſa non notoria; cum ea: quia cauſa coram Iudice probanda. Ioan. Andr. *in c. de illis. 5. h. t.* Hoſtienſ. *in ſum.* §. *fin. eod.*

TIT. XIII.

DE NVPTIIS.

SPonſalia de praeſenti (vt diximus) nihil aliud ſunt quam contractus matrimonii (g) per verba

(f) leuiorem tamen probationem hic admittunt, adeo, vt vni etiam teſti fides habenda ſit. *c. 11.* & 27. *X. h. t. c. 2. X. de conſ. & affin.* Imo, quod mirandum eſt, allegantí etiam propriam turpitudinem hic creditur. *cit. c. 12.*

(g) Sponſalia ergo *de praeſenti* & *matrimonium* in ſenſu iuris Canonici non differunt intuitu *vinculi*, bene tamen intuitu *effectuum iurium externorum.* Neque enim

ba de praeſenti celebratus. *c. 1. c. tuae fraternitati. 25. c. ſi inter virum. 31. de ſponſal.*

2. Eſt (vt ſupra diximus) *matrimonium* coniunctio legitima maris & feminae, indiuiduam vitae conſuetudinem, & diuini humanique iuris communicationem continens. Hoſtienſ. *in §. quid ſit. de matrim. & 27. qu. 1. §. 1.*

3. Dico *coniunctio*, ſcilicet animorum; vt ſit *initiatum*: & corporum, vt ſit *perfectum* (h) matrimonium. *c. 39. inſtitutum. c. 39. matrimonium. c. 35. cum initiatur. cum c. ſq. C. 27. qu. 2.*

4. *Maris & feminae*; quia plures vxores aut viros habere non licet. (i) *c. 4. nemo. C. 32. qu. 4. c. licet. 3. c. tuas. 5. de ſponſ. duor. c. gaudemus. 8. de diuort.*

5. In-

enim ſponſa *de praeſenti* tranſit in forum ſponſi, aut eius dignitatis ſit particeps, aut affinitatem conciliat &c. ſed talia ſponſalia, quae ipſum *matrimonium* conſtituant, inter Proteſtantes ignorantur, ſi illa exceperis, quae concubitu ſunt conſummata. Vnde inania ſunt argumenta, quae a ſponſalibus *de praeſenti* in ſenſu iuris Canonici trahuntur ad noſtra ſponſalia *pura*.

(h) qui ergo effectus dependent ex *perfecto* matrimonio, locum habere nequeunt, ſi tantum *initiatum* eſt, quorſum imprimis effectus iuris Germanici pertinent, qui requirunt, daß die Decke beſchlagen.

(i) ne quidem iudaeis. *l. 18. C. de adult.* Vtrum vero diſpenſationi hic locus ſit, ex ea dependet quaeſtione, vtrum prohibitio polygamiae ſit *iuris diuini*, an *eccleſiaſtici* ſeu *humani*?

(k)

5. *Indiuiduam vitae conſuetudinem continens*; puta ex deſtinatione: quum in hoc coeant, qui nuptias contrahunt, (k) vt ſint perpetuae vitae conſuetudine coniuncti. *c. 7. feminae. C. 30. qu. 5. c. 6. ſolet. C. 32. qu. 2.*

6. *Diuini humanique iuris communicationem continens*; quia contrahentes debent eſſe eiusdem religionis. (l)

7. Propterea Chriſtiani cum Paganis, Iudaeis vel Turcis nuptias contrahere non poſſunt, *c. 15. caue. c. 17. ſi quis Iudaicae. C. 28. qu. 1.* ſub poena excommunicationis. *d. c. ſi quis Iudaicae.*

8. Eſt matrimonium vel *publicum*, quod per verba de praeſenti in praeſentia teſtium, ſeruatis debitis ſolennibus, fit; de quo hoc titulo: vel *clandeſtinum*, quod non adhibitis teſtibus, nec obſeruatis debitis ſolennibus, vel denunciatione praemiſ-

(k) & quidem ex *inſtitutione Dei*, quamuis hoc ipſo iuſtae diuortiorum cauſae non ſint excluſae. Omnis contractus eſt indoſſolubilis, & tamen *ex accidente* reſolui poteſt.

(l) adducta verba ex *iure ciuili* ſunt petita, ſed non eum, quem autor adducit, ſignificatum habent. An ergo *communionem bonorum* denotant? Id volunt ob *c. 2. X. de don. int. vir. & vx.* quod tamen de peculiaribus Galliae moribus, in Germania etiam vſitatis, loquitur. Superſunt adhuc hodie multa veſtigia ex hac *communione*, quam ius ciuile *in totum* eliminare non potuit.

(m)

miſſa, eſt contractum (m) Gl. *in c. cum inhibitio. 3. de clandeſt. deſponſ.*

9. Eſt & matrimonium aliud *legitimum & non ratum*; aliud *ratum & non legitimum*; aliud *legitimum & ratum* (n) *can. fin.* §. *item. C. 28. qu. 1.*

10. *Legitimum & non ratum* dicitur, quod inter Iudaeos & infideles contrahitur, iuxta leges Moſaicas & forenſes cuiusque loci. (o) de quo *in c. quanto. 7. & in c. gaudemus. 8. de diuort.*

11. Dicitur *non ratum*, quia non eſt firmum, cum inter infideles repudio poſſit diſſolui. (p) vid. *c. quanto 7. de diuort.*

12. *Ratum & non legitimum* eſt, quod Chriſtiani & fideles, citra ſolennitates Canonicas contrahunt.

13. Dicitur *ratum*; quia inter fideles matrimonium

(m) quod ad ſponſalia *de praeſenti* adplicandum, de quibus *tit. ſeq.*

(n) Hanc diſtinctionem Scholaſtici excogitarunt, poſtquam matrimonia Chriſtianorum in claſſem *ſacramentorum* retulere.

(o) Huic matrimonio deeſſe ſacramentum & ideo facilius diſſolui, imo in *foro ſeculari* eius cauſam tractandam eſſe cenſent, cum non ſit cauſa *eccleſiaſtica*, ſed mere *ciuilis*.

(p) Dicunt, eſſe quidem talem conſociationem eine Ehe, ſed non eine heilige Ehe.

(q)

nium ſemel initiatum, & completum, amplius diſſolui non poteſt. (q)

14. *Legitimum & ratum* eſt, quod fideles, ſeruatis Canonum ſolennitatibus, celebrant. *c. 1. & c. 15. caue. C. 28. qu. 1. d. c. quanto. 7.*

15. Hoc vel eſt *initiatum*; videlicet conſenſu: & eſt idem quod nuptiae, ſiue ſponſalia de praeſenti: *c. 2. ſufficiat. C. 27. qu. 2.* vel *conſummatum*, ſcilicet carnali copula. *c. 2. de conuerſ. coniug. c. 34. ſtatutum. cum ſeq. C. 27. qu. 2.* & dicitur matrimonium perfectum.

16. Perfectum puta, quantum ad vinculum, & quantum ad ſignificationem. Nam matrimonium ante copulam, licet quoad vinculum ſit perfectum, & ex ſanctitate ſacramenti ſanctum; *c. 3. beata. c. 9. coniux. c. 10. omne. C. 27. qu. 2.* non tamen dicitur *perfectum*, quoad ſignificationem; non enim illa omnia ſignificat, quae carnali conſummatum copula ſignificaret. Abbas *in c. debitum. 5. in 1. notab. de Bigamis non ordin.*

17. Siquidem matrimonium ante copulam ſignificat caritatem, quae inter Deum & iuſtam animam in ſpiritu conſiſtit: poſt copulam deſignat conformationem; quae conſiſtit in Chriſto, id eſt, diuinitate, & carne humana, quam in Virginis vtero ſuſcepit. (r) *d. c. debitum. 5. de Bigam. non ord.*

18. Ma-

(q) Ergo ex hypotheſi Pontificiorum indiſſolubilitas matrimoniorum fluit ex doctrina de *ſacramento*.

(r) Quid ſi aſſeramus, in matrimonio adeſſe quendam *typum*

18. Matrimonium legitimum & ratum vt contrahatur, neceſſe, vt contrahentes ſint *matrimonii capaces*, & vt contrahant *legitimo modo*.

19. *Matrimonii capaces* ſunt, qui coire, & conſentire poſſunt, licet ſint impuberes: *c. puberes. 3. c. a nobis. 8. c. de illis. 9. de ſponſal. c. vlt. de deſponſ. impub.* nec impediuntur.

20. *Legitimo modo* contrahunt, qui in nuptias conſentiunt, & parentum, (s) ſi habent, conſenſum adhibent.

21. Con-

pum repraeſentantem vnionem *Chriſti cum eccleſia*, & quidem, vt volunt, ex primaeua inſtitutione? an in *foro externo* vnice inde deciſiones formandae? inter eos, qui brutorum more viuunt? ad Chriſti imaginem haud effigiati? Reprehendit olim CICERO in Catone, quod ſaepe ſententiam dixerit in ſenatu, non cogitans, ſe non in republica Platonis, ſed in fece Romuli viuere. Vtinam inter veros Chriſtianos ius eſſet dicendum. His leges ciuiles non ſunt datae, ſed impiis, ſceleratis, & qui freno externo indigent. Multa toleranda ſunt in republica, quae inter tot inſanos homines non poſſunt componi ad regulas, quas perfectior Chriſti doctrina piis, & vere Chriſtianis praeſcripſit.

(s) Ius ciuile tantum *patris* conſenſum poſtulat; ius canon. vero in genere conſenſum parentum. *c.* 1 *C.* 30. *qu.* 5. *c.* 3. 4. 5. *ibid c.* 12. *C.* 13. *qu.* 2. Imo nec ius canon. in *patria poteſtate*, ſed potius *reuerentia* & *honeſtate* ſe fundat, id quod etiam Proteſtantes retinuere, docente CARPZOVIO *lib.* 2. *iurispr. conſ. def.* 39. *n.* 11. Vnde nec matris conſenſus negligendus poſt mortem patris, quoad *filiam*, imo etiam *filium*, quatenus in domo *matris* adhuc commoratur. Putarem tamen, non tam filium

21. Conſentire contrahentes debent, *c. 2. ſufficiat. C. 27. qu. 2.* voluntarie, (t) *c. requiſiuit. 17. de ſponſal.* adeo, vt ſi *vi*, *metu*, vel *errore*, nuptias contraxerint, eae ſint ipſo iure nullae, *c. cum locum. 14. eod.*

22. *Metum* intellige non reuerentialem, Gl. Abb. & Dd. *in c. 1. de deſponſ. impub.* Gl. *in c. 3. praeſens clericus. C. 20. qu. 3.* ſed qui in conſtantem virum aut feminam poteſt cadere: *c. conſultationi. 28. in fin. de ſponſal.* Gloſſ. *in c. cum dilectus. 6. de iis quae vi metusue cauſ.* licet eum paſſus coactioni cauſam dederit: (u) Gloſſ. *per text. in*

filium defectum conſenſus materni allegare poſſe, quam ipſam matrem, ſi haec interueniat: ſi ipſa interueniendo ſponſalia non impugnat, haec conſummanda ſunt, cum filio prodeſſe non poſſit, quod reuerentiam matri debitam violauerit.

(t) vnde ad ſuſpicionem *coactionis* praecauendam, ſaepe *ſequeſtrum* puellae eſt neceſſarium, ſi metuendum, ne inuita ad matrimonium compellatur, *c. 14. X. h. t.* vt in libero poſita loco ſe declarare poſſit. Dn. COCCEI. *de ſequeſtr. femin.*

(u) de quo merito dubito, maxime ſi facile praeuidere poterat, ex culpa concurrente coactionem ſequi poſſe. Nec contrarium ex *cit. c.* 13. colligitur, in quo nulla culpa, quae *coactioni* cauſam praebuit, deprehenditur, ſed parentes *ſimpliciter* filiam coegiſſe dicuntur, *ignorantes*, illam alteri iam fidem dediſſe. Quid ſi metus a tertio illatus ſit, veluti a patre, ſponſo in b. f. exiſtente? Sponſalia ſubſiſtere credo, niſi ſponſus coa-

in c. veniens. 13. de ſponſal. Felin. *in c. cum inter. num. 20. de except.* iuramentum interuenerit; Gl. & Dd. per *text. in c. ſignificauit. 2. de eo qui dux. quam poll. adult.* modo metus, cauſa eius ceſſante, poſtea cohabitatione ſpontanea non fuerit purgatus. Ioan. Andr. Abb. Praepoſ. *in c. ad id. 21. de ſponſal.* Oldrad. *conſ. 35.*

23. *Error* nuptias impedit, qui contingit circa ea, quae ſunt de matrimonii eſſentia; vt ſunt perſonae, & mutua corporum poteſtas: non qui contingit circa qualitatem perſonae & fortunae; cum haec non ſint de eſſentia, Gl. & Abb. *in c. cum dilectus. 6. de iis quae vi met. cauſ.*

24. Proinde errans in *perſona*, vt cum quis putat ſe ducere Corneliam, quae erat Sempronia; (x) vel *conditione*; cum ſeruam, quam credit eſſe ingenuam; (y) niſi errore cognito carnis commixtio ſit ſubſecuta; *c. propoſuit. 2.* vbi Abb. *de coniug. ſeru.* contraxiſſe matrimonium non intelligitur. Omnino errans in *qualitate*; vt ſi corrupta aut mere-

coactionis conſcius fuerit, & nihilo minus ſponſalia celebrauit. *c. 13. X. h.*

(x) Sed quid ſi ſponſus erroris huius cauſa ſit? quid ſi non rectius inquiſiuerit, & ſponſa in bona fide ſit? quid ſi dolo tertii in hunc deductus fuerit errorem?

(y) Conuenit haec ſententia cum *c. 4. C. 29. qu. 4.* quod improbat ZIEGLER. *ad Lancell. lib. 2. tit. 11. §. 18.* quod conditio ſeruilis matrimonii ſubſtantiam non ingrediatur. Verum *ſeruile vinculum* non leue praeiudicium infert poteſtati mariti in vxorem, vt in libe-

retrix ſit, (z) quam virginem; aut in *fortuna*; vt ſi pauper, quam diuitem putabat. *cauſ. 29. qu. 1. per totam*. Abb. *d. c. propoſuit. 2.*

25. Quinimo facti meritum habebit, qui publicam meretricem de lupanari extraxerit, & in vxorem duxerit. Inter opera enim caritatis non minimum eſt, errantem ab erroris ſui ſemita reuocare. *c. inter opera. 20. de ſponſal.*

26. Matrimonium contractum cum ſerua, quam quis liberam putabat, non ſubſiſtit, non quia ad illud libertas, vt ciuili iure, requiritur; ſed quia ad talem errorem nullus conſenſus fauore libertatis interueniſſe praeſumitur. *c. fin. de coniug. ſeru. & per tot. 29. qu. 1.*

27. Non eſt error in conditione perſonae, nec matrimonium inutile, ſi vir dicatur natus ex matre ancilla & patre libero; dummodo ſecundum leges

beros, qui ventrem ſequuntur, quod patri non poteſt non eſſe calamitoſum; hinc qui *liberam* ducit, id ſub conditione: *ſi libera fuerit*, feciſſe intelligitur.

(z) Haec fuit ſententia GRATIANI, inepte ſaepe diſtinguentis, & nubem pro Iunone accipientis. Indubium eſt, eum, qui virginem ducit, id ſemper feciſſe ſub conditione tacita: *ſi virgo & intacta fuerit*, quod etiam iuri diuino & praxi noſtrarum eccleſiarum conforme eſt, teſte B. STRYKIO *de diſſenſ. ſponſal. ſect. 2. §. 34.* Imo Patrum doctrina id ipſum quoque confirmat, dum aſſerunt, hanc generalem nubentium intentionem eſſe, vt colligo ex *c. 2. C. 32. qu. 6.*

ges aut loci conſuetudinem partus patrem ſequatur. (a) *c. licet. 3. eod.*

28. Seruitus vnius ex contrahentibus non impedit matrimonium; ſi alter eum non ignorat, *c. 2. ſi quis. c. 5. ſi femina. C. 29. qu. 2.*

29. Si nuptias contrahentes parentes habeant, eorum conſenſum, olim ex *neceſſitate, c. non omnis. 12. cum ſeq. C. 32. qu. 2. c. 1. aliter. C. 30. qu. 5.* hodie, ex Concilio Tridentino, *ſeſſ. 24. c. 1.* ex *honeſtate* (b) tantum, debent adhibere.

30. Con-

(a) Si *dolus* alterius concurrit, itidem matrimonium nullum eſt intuitu decepti, non decipientis. Hinc inſulſa eſt ſententia Pontificis in *c. 26. X. de ſponſal.* vbi matrimonium in fauorem decipientis nullum pronunciatur, cum tamen nemo ex ſuo dolo *actionem* vel *exceptionem* habere poſſit. Adhuc magis miror, GERHARDVM *in loc. de coniug.* §. 131. hanc deciſionem approbaſſe, quam rectius reiicit B. STRYK. *cit. l. ſect. 2.* §. 14. *ſq.* Dolus tertii autem matrimonium non tollit, ſed decepto tantum actio ad intereſſe contra decipientem conceditur.

(b) h. e. vt matrimonium ob defectum hunc amplius annullari nequeat; quae enim tantum contra regulas *honeſtatis* fiunt, ob illa actus non annullatur. Verum hoc non abſolute capiendum, alioquin quoque ſponſalia ob hunc defectum haud eſſent annullanda, quae tamen reſcinduntur. Conceptus de *ſacramento* matrimonii forſan effecit, ne matrimonia ob hunc defectum reſcinderentur, qui cum in ſolis ſponſalibus deeſt, ideo facilius in iis hic defectus allegari poteſt.

(c)

30. Conſenſus in nuptiis interponitur vel *pure* (qui ſtatim habet conſummandi neceſſitatem. Panorm. *in c. ſuper eo. 5. de cond. appoſ.*); vel *ſub conditione*, qui eam neceſſitatem non habet, niſi poſt conditionis euentum, (c) niſi accedat copula, per quam conditio purificetur, quamuis vir ab illa ſe recedere nolle expreſſe proteſtetur. *c. per tuas. 6. eod.* vbi Gl. & Dd.

31. Conditio tamen debet eſſe honeſta & poſſibilis; veluti, *ſi pater voluerit*, aliaue ſimilis; *c. de illis. 3. c. ſuper eo. 5. c. per tuas. 6. eod.* non matrimonii ſubſtantiae contraria; vt, *contraho tecum, ſi prolis generationem vites*; (d) tum enim nuptiae ſunt nullae. *c. vlt. eod.*

32. Quod ſi improba tantum vel impoſſibilis ſit conditio, veluti, *ſi hominem occideris, manibus coelum attigeris*; fauore matrimonii, pro non adiecta habetur. (e) *c. 1. vlt. eod.*

33. Pu-

(c) hoc non de matrimonio, ſed de *ſponſalibus* intelligendum: quomodo enim ipſum matrimonium *ſub conditione* contrahi poſſet?

(d) vel *donec inuenerim meliorem*, vel *ſi pro quaeſtu te adulterandam tradideris. cit. c. vlt.* Euidens ex adductis exemplis eſt, de *modis turpibus*, poſt matrimonium contractum demum implendis, Pontificem locutum fuiſſe. Ideo autem in his caſibus matrimonium nullum eſſe volunt, quia hae conditiones tollunt conceptum Sacramenti in matrimonio, absque quo verum matrimonium dici nequit.

(e) Iam ſupra obſeruaui, id non de *conditione ſuſpen-*

 ſiua,

33. Pure conſenſus interponi debet per verba *praeſentem conſenſum* (f) exprimentia; ſi contrahentes loqui poſſunt: ſi non, vt *muti*, *ſurdi*, per ſigna. *c. tuae fraternitati. 25. de ſponſal.*

34. Verba ſi ſunt ambigua, pro matrimonio fit interpretatio. (g) *c. tua nos. 26. de ſponſal. c. continebatur. 6. de ſponſ. impub.*

35. In actibus enim, quae pendent a mera voluntate & diſpoſitione loquentis, eiusmodi verba pro *praeſentibus* (h) accipiuntur. Panorm. *in c. quemadmodum 25. per illum text. de iureiur.*

36. Con-

ſiua, ſed vel *reſolutiua*, vel *modis turpibus* adiectis intelligendum eſſe, hoc ſenſu, vt matrimonium ſemel contractum tali conditione vel modo reſolui non poſſit. Alias conditio turpis ſuſpenſiua vitiat ſponſalia.

(f) de matrimonio ineundo: e. c. ſi dixerit: *Ego iam te accipio in meam vxorem*; neque enim *praeſens conſenſus* purum denotat, quod noſtrates contendunt.

(g) Id vero minime ex adductis probatur textibus, quin potius ex *c. 7. X. de ſponſ.* dicendum eſt, *verba ſecundum communem Intellectum, & ex ſubſtrato negotio accipienda.* Illud enim partes praeſumuntur intendiſſe, quod communiter homines per talia verba denotare ſolent. Quando autem nuda fit deſponſatio, magis ex negotii indole ſponſalia *de futuro*, quam *de praeſenti* contraxiſſe videntur.

(h) Idem per idem, & obſcurum per aeque obſcurum ita probatur. Sed non neceſſe eſt, huic dubio immorari, cum inter proteſtantes hi, qui *ſponſalia* ineunt, non *praeſens matrimonium* contrahere intendant, ſed *nuda ſponſalia*, & *nuptiarum* contractum differant.

(i)

36. Conſenſum, vt nuptias contrahant, interponere poſſunt omnes, qui non impediuntur.

37. Impedimenta (i) alia impediunt *matrimonium contrahi*, & *contractum dirimunt*; alia quidem *impediunt, ſed non dirimunt*.

38. Prioris generis ſunt, *vis*, *metus*, *error*, de quibus diximus: *cognatio*, *iuſtitia publicae honeſtatis*; *votum ſolenne*, *ordo*, *crimen*, *coeundi impotentia*, *cultus diſparitas*.

39. *Cognatio* vel eſt *ſpiritualis*, vel *carnalis*, vel *legalis*.

40. *Spiritualis* cognatio eſt perſonarum propinquitas, ſeu coniunctio, ex *baptiſmo* (k) vel *confirmatione* (l) proueniens, *c. 1. de cognat. ſpiritual. in 6.*

41. Eſt

(i) Haec tantum ab *eccleſia* poſſe conſtitui, quidam ſatis impudenter docent. Inter ipſos pontificios dantur moderatiores, qui nec ſeculari poteſtati hoc denegant, vt LAVNOIVS *de regia poteſt. in matrim.* & ESPEN. *P. II. iur. eccleſ. tit.* 13. *c.* 1. Inter proteſtantes ſolus princeps recte haec impedimenta determinat.

(k) Equidem haec etiam in *l.* 26. *C. de nupt.* eſt fundata, interim tamen haec lex non magis obligat proteſtantes, quam alii textus Codicis, principiis noſtrae religionis aduerſantes: vnde qui illam, quam ex baptiſmo ſuſcepit, vxorem ducere intendit, non tenetur diſpenſationem petere.

(l) Addunt etiam *confeſſionem auricularem*, quo intuitu confeſſionarii dicuntur die Beicht-Väter, & qui confeſſionem edunt, Beicht-Kinder, proinde qui cum poenitentiaria filia rem habet, inceſtus reum ſe facit. *c.* 8. *ſqq.* C. 30. *qu.* 2.

 (m)

confirmatum illiusque patrem & matrem, ac tenentem. *c. 2. ſeſſ. 34. de reform. matrim.*

45. *Cognatio carnalis* eſt, quae *conſanguinitate, vel affinitate* contrahitur.

46. *Conſanguinitas* (etiam generali nomine *cognatio* dicta) eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium vel adſcendentium carnali propagatione in matrimonio, vel extra illud, (n) *c. per tuas. 10.* & ibi Abb. *num. 3. de probat.* Andr. *&* Praepoſ. *in arbor. conſang. n. 5.* contractum.

47. Tria in eo potiſſimum ſunt conſideranda: Nempe, *Stipes, Linea, Gradus.*

48. *Stipes*, eſt perſona, a qua aliae, de quarum coniunctione quaeritur, deſcendunt.

49. Quae ad gradum lineae aequalis vel inaequalis conſtituendum non computatur. (o)

50. *Linea*, eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, diuerſos continens gradus, & numeros diſtinguens. Hoſtienſ. *in §. quid linea. de conſ. & affin.*

51. Eſt

(n) quoad *impedimentum matrimonii*, non quoad alia iura *cognationi* data, in quibus ſemper videndum, an *legitima* requiratur, an vero *qualiscunque* ſufficiat.

(o) quando ſcilicet *perſonae* tantum numerantur; vbi vero, *lineae*, quae inter perſonas conſanguineas collocari ſolent, & *gradum* ſignificant, numerantur, haec obſeruatio ſuperuacua eſt.

51. Eſt vel *recta*; eaque aut *ſuperior*, quae eſt parentum, ſeu adſcendentium; aut *inferior*, quae liberorum ſeu deſcendentium; vel *transuerſa*, quae eſt inter fratres caeteroſque cognatos.

52. Haec vel eſt *aequalis*, quando cognati aequaliter a ſtipite diſtant; vel *inaequalis*, quando ab eo diſtant inaequaliter: veluti, *fratres duo ſunt in linea aequali; quia vterque a ſtipite, ſcilicet patre, vno gradu diſtat: frater & fratris filius ſunt in linea inaequali; quia frater a ſtipite, ſcilicet patre, vno gradu diſtat; fratris filius ſecundo. c. 1. & 2. C. 35. qu. 5.*

53. *Gradus*, eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua propinquitatis diſtantia inter perſonas duas, vel diuerſas, diſcernitur. Venator *in analyſ. iuris Pont. tit. de conſ. & affin.*

54. Hoc ius, quia conſiderat gradus nuptiarum duorum conſenſu conſtantium, ideo & duas perſonas in iis numerandis coniungit; *d. c. 2. ad ſedem. C. 35. qu. 5.* ſed aliter in *linea recta*, aliter in *transuerſa*.

55. In *linea recta*, tam ſuperiori, quam inferiori; *Quot generationes numerantur, tot numerantur gradus, demto ſtipite*; a quo numeratio initium habet. Perſona enim addita perſonae, adſcendendo vel deſcendendo, per carnis propagationem, addit gradum, non mutat genus.

56. In *linea transuerſa aequali* (hoc eſt, quando illi, de quorum cognatione quaeritur, directe in diuerſis lineis ſibi inuicem ſunt oppoſiti,) *Quoto gra-*

gradu vnusquisque eorum diſtat a ſtipite, (p) *eodem diſtant inter ſe.* Ex. gr. Patrueles & conſobrini diſtant gradu ſecundo a communi ſtipite; ergo eodem gradu hoc iure diſtant inter ſe, *c. 4. parentelae C. 35. qu. 5.* & ſic duo gradus iuris ciuilis vnum canonicum conſtituunt. *d. c. ad ſedem. C. 35. qu. 5.*

57. In

(p) Olim etiam in doctrina de *matrimonio* ciuilem computationem obtinuiſſe, liquet ex *c. 1. C. 25. qu. 2. & 3.* vbi dicitur, quod vsque ad *ſeptimam generationem* cognatio obſeruetur, & ratio prohibitionis inde deſumitur, quod in hereditatibus ſucceſſiones ad gradum ſeptimum deuoluantur, quo ipſo ad *§. 5. I. de ſucceſſ. cognat.* & §. 1. *ſeqq. I. de grad. cogn.* reſpexiſſe videntur. In hoc ſenſu ſine dubio quoque accipi debent textus in *c. 20. C. 35. qu. 2.* item *C. 3. 7. 17. 19. 21. ibid.* Et tamen ALEXANDER II. in *c. 2. C. 35. qu. 5.* tam impudens eſt, vt affirmare audeat, computationem nouam, quam proponit, inueteratam fuiſſe. Adhuc eo tempore, quo ALEXANDER II. ſedit, in orientali eccleſia *ciuilem* obtinuiſſe, docet SCHILTER. *libert. eccl. germ. lib. II. c. 10. §. 9.* Forſan auctoritas DAMIANI, qui nouam hanc computationem in libello de *parentelae gradibus* explicuit, decepit Pontificem, vt contra fidem hiſtoricam & rectam rationem hanc *nouam* approbaret. Palmarium huius fundamentum in hoc quaerunt, ſtipitem ſcil. communem eſſe fundamentum conſanguinitatis, & ita ab hoc initium computationis eſſe ducendum, non a perſonis, quae inter ſe nuptias inire volunt. Sed hoc recte reprobat HOTTOMANNVS *intr. de gradib. conſanguin.*

 (q)

57. In *linea tranſuerſa inaequali* (hoc eſt, cum ii, de quorum cognatione quaeritur, non directe, ſed oblique ſibi inuicem opponuntur.) *Quoto gradu remotior diſtat a ſtipite, eodem diſtant inter ſe.* Ex. gr. Fratris filius a patruo diſtat gradu ſecundo, quia eodem diſtat ab auo, communi ſtipite. *c. vlt. de conſang. & affin.*

58. In linea recta inter adſcendentes & deſcendentes nuptiae prohibentur in infinitum: *c. 18. in copulatione. C. 35. qu. 2. & 3.* contractae ſoluuntur. *d. cc. & c. prim. eod.*

59. In linea tranſuerſa, olim vſque ad ſeptimum gradum, (q) *c. 16. progeniem. c. 17. de conſanguinitate. C. 35. qu. 2. & 3.* hodie vſque ad quartum incluſiue. (r) *c. non debet. 8. eod.*

60. Matrimonium tamen intra illum gradum ab

(q) Ex *Leuit. XVIII, 6.* patres generalem traxerunt regulam: *conſanguineam non eſſe ducendam. c. vn. C. 35. q. 5. c. 18. C. 35. qu. 2. & 3.* Inde quaerere inceperunt, quouſque conſanguinitas protenderetur? Id ex gloſſis *ad inſtit.* ineptis determinandum eſſe putauerunt, qui erronee contenderunt, ſeptimo gradu finiri conſanguinitatem. *Quamuis* vero patres de *computatione ciuili* locuti fuerint, id tamen poſtea ALEXANDER II. ad ſuam nouam computationem traxit.

(r) Ratio inepta deſumitur ex *quatuor elementis.* Sed ſine dubio INNOCENTIVS III. deprehendit errorem ab Alexandro II. commiſſum, quod veteres canones & patrum ſcripta, vnice de *ciuili* loquentia, ad nouam trahere voluerit computationem;

(s)

ab infidelibus contractum, qui poſtea conuerſi, non eſt diſſoluendum. *c. de infidelibus. 4. eod.*

61. *Affinitas*, eſt perſonarum neceſſitudo, ex coitu proueniens. Ioan. Andr. & Canon. *in arb. conſang.*

62. Eam parit coitus, tam licitus, quam illicitus; etiam coactus, cum dormiente commiſſus, *c. diſcretionem. 6.* vbi Gl. Abb. Praepoſ. *de eo qui cogn. conſang. vxor. c. 10. nec eam. C. 35. qu. 3.* ſi quidem ſit perfectus, id eſt, ſemen viri in vas feminae naturale (s) ad generandum ſit immiſſum. *c. 11. extraordinaria. C. 35. qu. 3.* vbi Gl.

63. Non extenditur ad affines perſonae coniunctae, (ss) *c. non debet. 8. de conſang. & affin.* ſicuti nec ad cognatos viri & mulieris inter ſe. (t) *c. pen. & c. quod ſuper. 5. eod.*

64. Eius gradus, hoc iure, eodem modo computantur, (u) quo gradus conſanguinitatis, *d. c. pen. & vlt.*

(s) Contrarium euinci nequit ex *c. 7. X. de eo qui conſang. duxit*, vbi per *extraordinariam libidinem* intelligitur immatura puellae aetas.

(ss) cum quibus tamen *ſecundum genus affinitatis* contrahitur, quod olim etiam nuptias impediebat, ſed reuocatum in *c. 8. cit.* Inter proteſtantes tamen etiam hoc adhuc attenditur, quoties *reſpectus parentelae* ſubeſt.

(t) Vnde non eſt affinitas inter compriuignos, inter coniugum parentes, aut fratres & ſorores inter ſe, nec inter feminam & vitrici patrem, aut fratrem.

(u) Non tamen eſt prohibitio tanta inter affines, quanta in-

vlt. quia cum coniuges ſint vna caro, quoto conſanguinitatis gradu eſt mihi Titius vel Titia, recte eodem gradu affinitatis eſſe cenſetur mihi vxor Titii, vel Titiae maritus.

65. Affinitatis tria ſunt genera: & quam rationem habet primum genus affinitatis ad conſanguinitatem, eandem habet ſecundum affinitatis genus ad primum, ad tertium, ad ſecundum. *Nam perſonae, per nuptias, ſiue coitum, adiectio, neceſſitudinem mutat.*

66. Primum genus affinitatis contrahitur per vnam perſonam, ſecundum per duas, tertium per tres. Ex. gr. *Frater eſt mihi conſanguineus, is ſi Maeuiam vxorem ducat, ea mihi eſt affinis in primo affinitatis genere: fratre meo mortuo, ſi Maeuia nubat Titio, Titius mihi erit affinis in ſecundo genere. Maeuia defuncta, ſi Titius ducat Caiam, haec affinis mihi erit in tertio genere.*

67. Duae autem duorum conſanguineorum vxores vel duo duarum conſanguinearum mariti, vel conſanguinei vxor & conſanguineae maritus, affines inter ſe ſunt in ſecundo genere.

68. Denique coniux noſtri conſanguinei vel conſanguineae, eſt nobis affinis in primo genere, coniux autem perſonae affinis in primo genere, eſt affinis in ſecundo: & coniux perſonae affinis in ſecundo genere, eſt affinis in tertio genere. Pac. *in Iſag. in Decret. tit. de conſ. & affin.*

69. Sic-

69. Sicuti matrimonium inter conſanguineos adſcendentes & deſcendentes ratione conſanguinitatis in infinitum eſt prohibitum: ita & inter affines adſcendentes & deſcendentes; cum hi loco parentum & liberorum habeantur, perpetuo prohibetur. *c. 1. de conſ. & affin.* Vnde inter conſanguineos vxoris meae, qui ei in *linea recta* ſunt coniuncti, & me, nuptiae conſiſtere non poſſunt. *d. c. 1.*

70. In linea transuerſa, vt inter conſanguineos vsque ad quartum gradum incluſiue; ita & inter affines a latere hodie ad quartum gradum in primo affinitatis genere, ſi affinitas per legitimas nuptias oriatur: ſi autem per illicitum & vetitum coitum ſit contracta, prohibentur nuptiae; *c. diſcretionem. 6. & c. penult. de eo qui cogn. conſ. vx. c. praeterea. 2. de ſponſal.* in tertio & quarto permittuntur. *c. pen. de conſang. & affin.*

71. Olim in primo genere prohibebantur nuptiae vsque ad ſeptimum gradum, *c. 1. de affinitate. c. 7. nullum. C. 35. qu. 3.* in ſecundo genere vsque ad quartum, *c. 3. de propinquis C. 35. qu. 3.* in tertio vsque ad ſecundum. *c. 22. porro duorum. C. 35. qu. 3.*

72. Sed haec intellige de affinitate nuptias praecedente: affinitas enim ſuperueniens (x) non diſſol-

inter conſanguineos. Et quidem 1) ratione *poenae*, 2) ratione *diſpenſationis*, imo 3) alicubi ratione *prohibitionis*. vid. CARPZ *lib. 2. iurispr. conſ. def.* 94.

(x) h. e. quae matrimonio iam contracto ſuperuenit; nam

ſoluit *matrimonium*, nec *ſponſalia de praeſenti*; ſed quidem *ſponſalia de futuro*; & priuat inceſtuoſum facultate petendi a coniuge debitum matrimoniale: quamuis petenti teneatur illud reddere: item priuat inceſtuoſum poteſtate nouum matrimonium quocunque tempore contrahendi; quanquam ſi contraxerit, matrimonium valeat: ita vt ſimiliter debitum matrimoniale reddere cogatur; petere non poſſit, ac poenitentiam agere debeat, *c. 1. 2. & tot. tit. de eo qui cogn. conſangu. vxor.*

73. Nonnunquam matrimonia ratione conſanguinitatis aut affinitatis prohibita, petita & a ſummo Pontifice (y) ex vera legitima cauſa impetrata diſpenſatione, permittuntur & tolerantur, (z) *vide*

nam ſi ſponſus paulo ante matrimonium concubuit cum ſponſae conſanguinea, habetur pro affinitate *antecedente* ad effectum dirimendi matrimonium poſtea contractum, *c. 7. & 9. X. de eo qui cogn. conſ.* Sed tantum in primo & ſecundo gradu ſecundum *Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 4.* In foris proteſtantium hoc caſu non dirimendum eſſe matrimonium exiſtimo, cum nec iure diuino legamus, talia matrimonia diſſoluta fuiſſe. Conf. CARPZOV. *lib. 2. def. 99.*

(y) Hodie venales Romae exiſtere has diſpenſationes, & ſolius lucri gratia fere admitti, teſtatur *M. A* de DOMINIS *lib. 5. de republ. eccleſ. C. 11. n. 78.* Hic mos etiam ad conſiſtoria noſtra tranſiit, vt *pro pecunia* diſpenſatio concedatur, quamuis haec tantum in remotioribus gradibus diſpenſent.

(z) Vt omnes effectus veri matrimonii ſequantur, etiam

ex-

vide c. gaudemus. 8. de diuort. c. quod dilecto. 3. de conſangu. & c. quaedam lex. 20. §. ſed idem. C. 2. qu. 35. c. ad ſedem. 2. §. hanc comparationem. C. 35. qu. 5.

74. Quae diſpenſatio fieri poteſt, non in linea recta, Hoſtienſ. Ioan. Andr. *ad c. non debet. 8. de conſang. & affin.* ſed in collaterali, & quidem in ſecundo gradu. Canon. *in c. quaeritur. C. 22. qu. 2. & c. literas. 13. de reſtit. ſpoliat.* vbi Gl. *ad verb. non poteſt. c. 11. ſi Paulus. C. 32. qu. 5.* vbi Gl. *ad verb. ſuſcitare.* Poteſt enim Papa ex plenitudine poteſtatis diſpenſare ſupra ius in his, quae nec contra fidei articulos ſunt, nec eccleſiae ſtatum generalem laedunt, *c. propoſuit. 4. de conc. praebend. vid.* Tholoſ. *in part. Iur. Can. lib. 3. tit. 21. cap. 2. in ſcholiis.*

75. *Cognatio legalis*, eſt perſonarum proximitas, ex adoptione, vel arrogatione, ſolenni ritu facta, Gl. Hoſtienſ. & Panorm. *in c. vn. de cogn. leg.* proueniens, (a)

76. Ea

extra territorium principis diſpenſantis. Nam vbicunque actus peragitur, ſubſiſtit, ſi ſecundum leges loci vel *generales* vel *ſpeciales* peractus eſt. Haec tamen ſententia non caret dubiis. Vnde quaeritur: an *diſpenſatio Pontificis* in Germania effectum etiam habeat quoad bona in territoriis proteſtantium ſita, vt liberi ex tali matrimonio nati iure feudi in illa ſuccedere queant? vid. I. P. *art. V.* §. 48.

(a) Haec merum *impedimentum ciuile* habet, in quo facile princeps diſpenſare poteſt.

(b)

76. Ea inter adſcendentes & deſcendentes, tam durante, quam ſoluta adoptione, matrimonium contrahi prohibet, & contractum diſſoluit; *c. 1. ita diligere. C. 30. qu. 3.* inter transuerſales, tantum ea durante. *c. vn. de cognat. leg. c. 6. per adoptionem. C. 30. qu. 3.*

77. *Iuſtitia publicae honeſtatis*, eſt propinquitas ex ſponſalibus proueniens, robur ex inſtitutione eccleſiae (b) trahens propter eiusdem eccleſiae honeſtatem. Tad. Piſo, *in tract. de ſponſal. part. 2. §. ſi vxor.*

78. Haec tam matrimonium contrahendum impedit, quam contractum irritat: (c) *c. referente. 10. qui filii ſint legit. c. iuuenis & ſeq. de ſponſal.* olim ad quartum, hodie (ex Concilio Tridentino, *ſeſſ. 24. cap. 3. de reform. matrim.*) ad primum gradum; ſiquidem, ſi ex *ſponſalibus de futuro* oriatur, ſint ea valida (quod non neceſſe erat olim; *c. ad audientiam. 4. de ſponſal. c. 1. eod. in 6.*); ſi ex *ſponſalibus de praeſenti*, vsque ad quartum gradum, licet ea ſint inualida. Pius V. *in Extr. ad Romanum. lata Anno 1566. de qua* Nauarr. *in ſuo Enchirid. cap. 22. num. 57.*

79. Va-

(b) Olim hoc ignotum fuiſſe liquet ex *c. 18. C. 27. qu. 2.* iure tamen Romano approbatum per *l. 12. §. 1. & 2. & 14. inf. de rit. nupt.* Inde etiam in foris proteſtantium adhuc requiritur diſpenſatio. BRVNNEM, *ad tit. l. 11. inf.*

(c) Hoc rurſus probari nequit, cum *regulae honeſtatis* non irritent actum.

(d)

79. Valida ſponſalia, vt *iuſtitiam publicae honeſtatis* inducant, ſunt; quae a maioribus ſeptennio, *c. vn. de ſponſal. in 6.* aut eo minoribus, ſed poſt illud in voluntate durantibus; *d. c. vn. & c. vn. de deſponſ. impub. in 6.* pure, *d. c. vn. de ſponſalibus in 6.* cum perſona certa, (d) Gloſſ. *in d. c. vn. de ſponſalibus*, adhibitio conſenſu, ſunt contracta, *d. c. vn. de ſponſalib. in 6.* licet poſtea ſint de iure nulla; (e) puta conſanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis aut alia quauis ratione. *d. c. vn. de ſponſalibus in 6.*

80. *Votum caſtitatis ſolenne,* (f) quod religionis approbatae profeſſione expreſſa vel tacita, vel ſacri ordinis ſuſceptione celebratur, matrimonium impedit & dirimit. *c. vn. de voto. in 6.*

81. Impedit etiam & dirimit matrimonium, Ordo

(d) Alioquin reuera non ſunt ſponſalia, veluti ſi tribus ſororibus quis promitteret, ſe vnam ex iis ducturum eſſe.

(e) defectu forſan latente manifeſtato: bona fide enim antea erant contracta, ob quam eosdem habent effectus, quos vera ſponſalia.

(f) Tale haud praeſtant abbatiſſae proteſtantes, adeoque inde iis nullum impedimentum imponitur, vt plenius aſſerui *in iur. eccleſ. prot. lib. 3. tit. 3. §. 23. ſeqq.* Valet tamen etiam ſtatutum inter proteſtantes, ne abbatiſſae matrimonium ineant, cum libera tamen facultate reſignandi, ſi illud ambiant. Vnde qui ad praelaturam ſub hac conditione aſſumtus eſt, vel fidem datam ſeruare, vel reſignare tenetur, quod *cit. l.* §. 27. illuſtraui.

do ſacer; *c. 1. & 2. qui cler. & voc. matrim. contr. poſſ. c. ſi qui. 3. & c. erubeſcant. 11. diſt. 32.* adeo vt eo inſignitus matrimonium contrahens, ipſo facto ſit excommunicatus. *Clem. vn. de conſang. & affin.* Minori ordine initiatus matrimonium licite contrahit. *c. 1. de cler. coniug. d. c. ſi qui. 3. & c. ſeriatim. 14. diſt. 32.*

82. *Crimen adulterii* (g) etiam impedit matrimonium, & contractum dirimit: ſi ſit commiſſum cum homicidio, *c. ſuper hoc 3. de eo qui duxit in matr. quam poll. per adult.* aut machinatione in necem prioris coniugis, vt ea perpetrata, adultera ducatur; Dd. *in c. laudabilem. 1. de conuerſ. infidel.* ſi prima vxore ſuperſtite fidem de matrimonio contrahendo ſibi inuicem dederint. *c. cum haberet. 5. c. ſignificaſti. 6. de eo qui duxit quam poll. per adult. c. 4. relatum. C. 31. qu. 1.*

83. Si quis, viuente legitima vxore, aliam ducat, vel cum ea ſponſalia contrahat; diſtinguendum, an haec ſciuerit, illum vxorem habere, an ignorauerit; & an viua prima eius vxore, ab illo, cum quo

(g) De iure ciuili abſolute matrimonium cum adultera prohibitum fuiſſe certum eſt. *l. 13. de his quae vt indign. l. 11. §. 11. ad L. Iul. de adult. L. 27. C. eod. Nov. 134. c. 12.* Nec olim patres aliter cenſuerunt. *c. 1. 3. C. 31. qu. 1.* Primus AVGVSTINVS videtur fuiſſe, qui dubium iniiceret in *c. 2. C. 31. qu. 1.* argumento a Davide deſumto & adulteram ducente. Inde in concilio Triburienſi coepit prohibitio ad duos caſus reſtringi. *c. 4. C. 31. q. 1. c. 1. X. de conuerſ. infidel.*

(h)

quo contraxit, carnaliter ſit cognita, an non: Si fuit cognita, & ſciebat eum vxorem habere, matrimonium reſcinditur, & ne mortua quidem prima vxore toleratur. *c. 4. 5. & vlt. eod.* Si vero ignorabat, eum vxorem habere, & cum eo carnaliter ſe non miſcuit, matrimonium poſt primæ vxoris obitum contrahi poteſt, & antea contractum non dirimitur; *d. c. vlt.* nec ſit thori ſeparatio ad viri petitionem, niſi mulier diuortium petat. *c. 1. eod.*

84. *Impotentia coeundi* (quae & matrimonium impedit & contractum dirimit) eſt vitium, quo quis alteri carnaliter commiſcere impeditur. *c. ex literis, 3. de frigid. & maleſ.*

85. Ea eſt vel *a natura*; vel *ab accidenti*.

86. *A natura*, vel *ob aetatem* in impubere; quae adueniente aetate, deſinit; cum natiuae qualitates, quae immaturae & nimia humiditate erant oppreſſae, caleſcere & vigere incipiunt. *c. vnic. C. 30. qu. 2. & c. quod ſedem. 2. de frig. & maleſ.* vel in adulto; ob *natiuam qualitatem deprauatam*, in viro propter nimiam frigiditatem; in muliere, quia ita arcta, vt virum nequeat pati. *tot. tit. eod.*

87. *Ex accidenti impotentia*, eſt vel *violenta*; vt cum gladio vel alio inſtrumento (h) alicui virilia ſunt

(h) Annon vero matrimonia eunuchorum, mediante diſpenſatione, tolerari poſſint, acerrime olim diſceptatum eſt, vti variis praeiudiciis collectis oſtendit DELPHINVS *de coniugio Eunuchor.* Vt plurimum confundunt regulas *iuſti & honeſti*, qui de hoc diſce-

ſunt amputata: vel *occulta*; cum quis faſcino ligatus, & maleficio ita deuinctus, vt rei venereae ſit prorſus inhabilis. *c. 4. ſi per ſortiarias. C. 33. qu. 1.*

88. Ob impotentiam naturalem in maſculo adulto, ex frigiditate nimia, & matrimonium contrahendum impeditur, & contractum dirimitur: *c. 1. & 2. C. 33. qu. 1.* in muliere, ſi Medicorum ope curari poteſt, non impeditur: ſi non poteſt, vel non absque graui vitae periculo, impeditur & contrahendum, & contractum reſcinditur. (i) *c. fraternitatis. 6. §. haec autem. de frigid. & malef.*

89. Accidentalis impotentia ſi violenta, & matrimonium praeceſſit, & contrahendo & contracto matrimonio praeſtat impedimentum; non ſi durante matrimonio contigit; ſi occulta, (k) & perpe-

ceptant: nec quaeuis matrimonia indecora etiam hodie ſunt prohibita, cum iuuenis vetulam ducere non prohibeatur, quamuis ſpes procreandi ſobolem nulla ſuperſit, conf. BRVCKNERVS *in deciſ. matrimon. c. XI.*

(i) quid ergo, ſi reſciſſum eſt matrimonium ex ſententia peritarum mulierum, quae prudenter feminam inſpexerunt, quae poſtea ab alio cognita & impraegnata fuit in matrimonio? Volunt ſententiam ex errore latam reſcindendam eſſe, *c. 6. X. cit. t.* quod non poteſt non ſummam rerum confuſionem inducere, adeoque merito a Proteſtantibus reiicitur, qui effectui *rei iudicatae* inhaerent, ſi mulier, quae nimis arcta credita fuit, iam alii matrimonio iuncta ſit.

(k) Si fuit publice cognita, reſciſſioni non eſt locus. *c. 5. X. h.*

(l)

petua, & matrimonium praeceſſit, contractum reſcindit, & impedit contrahendum; non ſi conſummato matrimonio alterutri coniugum accidit, *d. c. ſi per ſortiarias*, *C. 33. qu. 1.* (l)

90. Si de impotentia in viro per inſpectionem virorum expertorum; in muliere per mulierum fide dignarum conſtet, ſtatim matrimonium dirimitur, *c. fin. de frigid. & malef.* Hoſt. §. *qualiter. eod.*

91. Si de ea manifeſte conſtare non poſſit, vel naturaliter, vel ex alterius maleficio prouenerit, per triennium tenentur cohabitare; quo elapſo, ſi de impotentia coeundi ipſorum coniugum & ſeptem propinquorum iuramento conſtet, ſoluitur matrimonium. *c. 5. & c. vlt. de frigid. & malef.*

92. Quae ita procedunt, ſi alter coniugum ignorans vitii impotentiae, quo alter laborat, contraxerit; ſi ſciens, vel impotentia poſtea comperta ſimul morari conſenſerit, reſciſſio non facile permittitur. *c. conſultationi 4. eod.*

93. Impedimenta, quae impediunt, non dirimunt matrimonium, ſunt, *furor, interdictum, feriae, ſponſalia, catechiſmus, votum ſimplex, crimen.*

94. *Furor*, quia conſenſus in nuptiis requiritur, fu-

(l) Verum olim quorundam iudicio tales etiam nuptias diſſolui potuiſſe, liquet ex *c.* 18. C. 32. *qu.* 7. quod etiam plenius defendit BRVCKNERVS *in deciſ. matrim. c.* 23.

futuras nuptias impedit; non dirimit contractas: (m) *c. dilect. 24. & ibi* Dd. *de ſponſal. c. 26. neque furioſus. C. 32. qu. 7.* item, ex eadem ratione, fatuitas. Nauarr. *in c. ſi quando de reſcript. except. 9. col. 30.*

95. Furioſus tamen, qui dilucida interualla habet, eo tempore recte nuptias contrahit. Gl. *in d. c. dilectus 26.*

96. Quod an fecerit, ex ipſius actus qualitate iudicandum. *c. legitimus. diſt. 93.*

97. *Interdictum eccleſiae* eſt, cum Epiſcopus, aut alius iudex eccleſiaſticus, aut Parochus, alicui, ne matrimonium cum aliqua contrahat, ob aliquod impedimentum (n) interdicit, donec, an illud vere ſubſit, nec ne, conſtet, *tot. tit. de matrim. cont. interd. eccl.*

98. Matrimonium contra illud contractum, valet, ſi impedimentum non ſubſit, licet contrahentes peccent, & propterea poenitentiam ſubire debeant

c. 1.

(m) Imperator LEO tamen in *nov.* 111. & 112. diuortium ob *ſuperuenientem furorem* conceſſit: a qua ſententia non abludit patrum antiquorum doctrina, tradita in *c.* 18. C. 32. *qu.* 7. quin quod etiam ex noſtratibus non deſint, qui diuortium in hoc caſu admittendum eſſe cenſeant. vid. BRVCKNER. *in deciſ. matrim. c.* 23. *n.* 42. *ſqq.*

(n) forſan, quod alius *ius prioritatis* praetendat, vel *conſanguinitatis* aut *affinitatis* impedimentum allegetur, vel ſtatuto nondum ſatisfactum ſit, quod diuiſionem cum liberis prioris matrimonii iniungit &c.

(o)

c.1.& c.2. eod. & interim, donec de impedimento cognoſcatur, ſeparentur. *c. vlt. eod.*

99. Si impedimentum ſubeſt, & probetur, matrimonium diſſoluitur, non ratione *interdicti*, ſed ratione *impedimenti*. Spec. *eod. tit. num. 1. per c. tua. 4. de ſponſal. duor. c. 21. contradicimus. C. 35. qu. 3.*

100. *Feriarum tempore* (quod olim erat ab Aduentu vsque ad Epiphaniam; a ſeptuageſima (o) vsque ad octauam Paſchae; (p) & a primo die Rogationum vsque ad octauam Pentecoſtes: *c. capellanus. 4. de feriis. c. 8. non oportet. C. 33. qu. 4.* hodie ex Concilio Tridentino, ab Aduentu vsque in diem Epiphaniae, & a Feria quarta cinerum vsque in octauam Paſchatis. *ſeſſ. 24. cap. 11.*) non matrimonium contrahere, ſed contractum benedicere & ſolenniter celebrari vetatur. (q) *d. c. capella*

(o) tempus quadrageſimale ab antiquiſſimis temporibus triſtitiae & poenitentiae deſtinatum fuit, ob quam *actus laetitiae*, quibus etiam *nuptiae* annumerabantur, admitti non poterant. Sic in *concilio Laodiceno c. 52.* cauetur: *non oportet in quadrageſima aut nuptias vel quaelibet natalitia celebrare. c. 8. C. 4. C. 33.* Haec tempora *clauſa*, vt vocantur, etiam inter proteſtantes adhuc obſeruantur. CARPZ. *lib. 2. iurispr. conſ. def.* 151.

(p) h. e. vsque ad primam diem Paſchatos, quae, computatione inſtituta *a die palmarum*, eſt octaua.

(q) Ita enim diſtinguit ESPEN. *P. II. iur. eccl. tit. 13. c. 2. §. 17.* & ſic tantum externam pompam & laetitiam da-

 mnant

lanus. 4. & *d. c. non oportet. vbi* Abb. Panorm. Gloſſ.

101. *Sponſalia* impediunt matrimonium contrahi. Nam qui ſponſalia *de futuro* contraxit, niſi ea aliquo licito modo ſoluantur, tenetur cum eadem contrahere *de praeſenti*. Cum alia tamen ſi de praeſenti contraxit, valet matrimonium. (r) *c. veniens* 19. *c. ſicut*. 22. *de ſponſal.*

102. *Catechiſmus*, ex quo ſpiritualis oritur cognatio, *c. per Catechiſmum*. 2. *de cognat. ſpirit. in* 6. impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum. *d. c. per Catechiſmum*, *c. contracto*. 5. *eod.*

103. Eſt *Catechiſmus*, inſtructio baptizandi ſolenniter a Sacerdote (s) in ianua eccleſiae facta, antequam baptizetur puer, de articulis fidei Catholicae Romanae credendis. *c. ante Baptiſmum*. 54. *de conſecrat. diſt.* 4.

104. *Vo-*

mnant. Vnde etiam apud nos permitti nuptiae ſolent, ſi ſine magno apparatu & pompa peragantur.

(r) quod arctius vinculum inducat *matrimonium*, quam *ſponſalia*, quod in *theſi* quidem negari nequit, in *hypotheſi* tamen omnino dubitatur, vtrum matrimonium hoc caſu valeat? & annon potius nullum ſit? quod affirmo, ſi prior ſponſa ſponſo gratiam facere velit.

(s) Verum de hac minime iura canonica loquuntur, ſed de illa, quae impedimentum adferre poterat, qualis eſt, quae olim fiebat ante baptiſmum ab aliis, a quibus in rudimentis fidei Chriſtianae inſtruebantur.

(s)

104. *Votum ſimplex*, quod religionis approbatae profeſſione tacita, vel expreſſa, nec ſacri ordinis ſuſceptione eſt ſolennizatum,(t) non dirimit, ſed impedit matrimonium, *c. quidam nubentes. 2. c. ſi vir. 3. & per totam diſt. 27. c. vnico. de voto & voti redemt. in 6.* licet illud vterque ſciuerit. Nauarr. *cap. 22. num. 75.*

105. *Crimen* quod impedit, non dirimit matrimonium, eſt *inceſtus, vxoricidium, raptus, ſuſceptio proprii filii de fonte, presbytericidium, poenitentia ſolennis.*

106. *Inceſtum*, qui ſcienter, non per errorem, *c. ſi virgo. 5. §. fin. cum ſeq. c. ego dixi. 7. §. fin. cum 3. ſeqq. C. 34. qu. 1.* commiſit cum affine vxoris, cognata, nec debitum ab vxore petere, quam habet, (u) cum ea iam ipſi facta ſit affinis, nec ea mortua, matrimonium contrahere poteſt. (x) *c. 1. c. ex literis. 8. c. transmiſſae. 4. de eo qui cogn. conſ. vxor. c. 21. qui dormierit. C. 32. qu. 7.* Niſi per

(t) Diſtinctionem hanc inter *votum ſimplex* & *ſolenne* antiquis incognitam fuiſſe, ingenue fatetur ESPEN. *cit. l. c. 4. §. 7.* Excogitata ſine dubio eſt ab his, qui diſcordantes patrum ſententias de hac doctrina in ordinem reducere voluere.

(u) quid vero ſi fecerit? tanquam *peccatum mortale* hoc ipſum confeſſionario indicandum & poenitentiam ſubeundam eſſe volunt.

(x) quod olim *perpetua poenitentia* inceſtuoſis imponeretur, in quo ſtatu poenitentes matrimonium, tanquam

peracta poenitentia, ſe continere non valeat, *c. 16. ſi quis eum. C. 31. qu. 2.*

107. Vxoricidium eſt, cum vir vxorem occidit, *c. 8. admonere, C. 33. qu. 2.*

108. Is matrimonium contrahere nequit, *d. c. admonere. 8.* vt nec vxor, quae maritum occidit, licet de ea nihil iure ſit cautum: cum in correlatiuis, in quibus eadem ratio idem ſuadet, idem ius ſit ſtatuendum. (y) Abb. *in prooem. Decret.*

109. Sponſam alterius qui *rapuit*, poenitentia mulctatur, & ſpe coniugii priuatur, *c. 24. ſtatutum. C. 27. qu. 2.*

110. Qui proprium filium non neceſſitate vrgente, *c. 2. ſi vir. de cognat. ſpirit. c. 7. adlimia. C. 30. qu. 1.* ſed ne vxor a ſe debitum poſſit exigere, de ſacro fonte ſuſcepit, reddere debitum quidem, ſed exigere non poteſt. *c. 5. de eo. C. 30. qu. 1.*

111. Qui *Presbyterum occidiſſe* in foro contentioſo conuictus, matrimonium nunquam contrahere poteſt. (z) *c. qui Presbyterum. 2. de poen. & remiſſ. vbi in verbo: conuictus.*

112.

quam *actum* laetitiae, peragere non poterant, ſed perpetuae triſtitiae ſe tradere debebant, *c. 22. C. 32. qu. 7.*

(y) Ratio huius coelibatus rurſus peti debet ex ſtatu perpetuae poenitentiae, cui olim tales ſubdebantur. *c. 5. & 6. C. 31. qu. 1.* Aſt talis poenitentia iam dudum deſiit, vnde mirandum, quod etiam proteſtantes quandoque adhuc coelibatum imponere ſoleant.

(z) Nam etiam hic olim in ſtatum perpetuae poenitentiae coniiciebatur.

(a)

112. Qui peccatum commiſit, propter quod ipſi *ſolennis poenitentia* iniuncta, nequit nuptias contrahere. *c. 12. de his. c. 19. antiqui. C. 33. qu. 2.*

113. Nullum ſi matrimonio contrahendo aut contracto obſtat impedimentum, debet illud publice coram eccleſia, *c. 1. C. 30. qu. 5. c. 2. & 3. de cland. deſponſ.* aut in coetu aliquot fidelium, eccleſiam repraeſentante, *c. fin. eod.* benedicente (a) nubentibus Sacerdote Parocho, *c. 5. ſponſus & ſponſa. C. 30. qu. 5. c. 1. aliter. C. 30. qu. 5. c. fin. C. 28. qu. 1.* aut eius permiſſu alio, *Clem. prim. in princ. de priuileg.* celebrari.

TIT. XIV. IV. x. 3.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE. (b)

Diximus ſuperiori titulo de ſponſalibus de praeſenti publicis; reſtat, vt de *clandeſtinis* agamus.

(a) Equidem *proclamatio* ſeu *profeſſio apud eccleſiam*, vt loquitur TERTVLLIANVS, eſt antiquiſſima, & iam mentio eius ſeculo III. fit; ſed benedictionis ritus ſerius praeſcriptus. Textus in *c.* 1. *C.* 30. *qu.* 5. eſt ſpurius, docente BLONDELLO *in Pſeudo Iſidoro p.* 151. Iuſtinianus nullam eius mentionem iniicit, ſed LEO Imperator in oriente lege publica eam praeſcripſit. Iuris mere humani eſt, adeoque loco eius ab imperante *alia publica declaratio* ſubſtitui poteſt, in qua eius eſſentia collocanda, non in *facto Parochi.*

(b) vel potius *matrimonio*: nam ſponſalia hoc iure nullos requirunt teſtes.

(c)

2. Ea ſunt, quae non adhibitis teſtibus, (c) ſed clam, & quodammodo furtiue ſunt contracta: *c. 1. & 2. h. t.* aut in quibus ſolennia ad nuptias requiſita omiſſa; *c. aliter. C. 30. qu. 5.* aut quae contra ſtatutum vel conſuetudinem inita. *c. fin. hic*, vbi Gloſſ.

3. Solennia ad nuptias requiſita ſunt: in eccleſiis per Presbyteros matrimonia contrahenda proponantur, (d) termino competenti praefinito, (e) intra quem, qui voluerit, aut potuerit, impedimentum legitimum opponat; & ipſi Presbyteri nihilominus, vtrum obſiſtat aliquod impedimentum, inueſtigent; illud eſſe, ſi ex probabili coniectura appareat, contractum, donec, quid ſuper eo fieri debeat, manifeſtis conſtiterit documentis, expreſſe interdicant. *d. c. fin.*

4. Quod

(c) ſeu paranymphis, qui praeſentes eſſe debent in copulatione ſacerdotali, & eccleſiam repraeſentare.

(d) vocantur hae proclamationes *banna in c. 27. X. de ſponſal.* quia ſunt inſtar *citationis edictalis*, qua omnes, qui ius contradicendi habent, euocantur publice. Hinc per *trina interualla*, & *diebus dominicis* ſub *clauſula praecluſi* fieri debent.

(e) Tam diu integra adhuc eſt contradictio, quamdiu nuptiae non ſunt contractae, non vero deſinit eſſe integra ſtatim poſt tertiam proclamationem, vti arbitratur BERLICH. *P. 1. deciſ. 74.* cum etiam haec competentem terminum habere debeat. Non tamen hic terminus iis obſtat, qui impedimentum tale, quod delictum continet, allegare volunt. *c. f. X. qui matrim. accuſ.* conf. BORN, *de tribus bannis eccleſ.*

(f)

4. Quod ſi Presbyteri non fecerint, ſed ei interfuerint, per triennium ſuſpenduntur, &, ſi culpae qualitas poſtulauerit, grauius puniuntur. *d. c. fin.* §. *fin.*

5. Liberi ex huiusmodi matrimonio clandeſtino & interdicto procreati, non ſunt legitimi; nulla ipſos parentum ignorantia excuſante; Cum ſic contrahentes, vel non expertes ſcientiae, vel ſaltem affectatores ignorantiae videantur. *d. c. fin.* §. *ſi quis.*

6. Valet tamen clandeſtinum matrimonium, & liberi ex eo nati ſunt legitimi; ſi poſtea ab eccleſia probetur: *c. 1. eod. c. quod nobis. 9. qui filii ſint legitimi*, aut per eos, qui clam contraxerunt, publicetur. (f) *c. 2. h. t.*

7. Lite ſuper eo mota, viro incumbit probatio, *c. 1. eod.* (g)

8. Probatur matrimonium per teſtes, *c. illud. 11. de praeſumt. c. ſuper. 22. de teſtib.* non ſuſpectos, *d. c. ſuper. 22.* ſed omni exceptione maiores; *c. 1. de conſang. & affin.* Panorm. *in d. c. ſuper eo. 22. de*

(f) Hoc maxime eos reſpicit, qui *matrimonium conſcientiae*, quod vocant, contraxere.

(g) Rationem huius deciſionis nemo facile coniectura aſſequi poteſt. Meo iudicio corruptus textus eſt, & ita reſtituendus: *Si quis clam deſponſauerit aliquam, & mulier negat huiusmodi deſponſationem, viro vincumbit probatio*, vtpote qui tunc actor eſt. Ceterum ſi *vir negat*, vxor actoris partes ſuſtinet, & ſic ei, non viro incumbere debet probatio. (g)

22. *de teſtib.* per inſtrumenta ſuper ipſo matrimonio confecta; Bald. *in l. neque 13. ff. de nupt.* per praeſumtionem, *d. c. illud. 11.* copulam carnalem, *per c. illis. 7. de deſponſ. impub. c. per tuas. 6. de cond. appoſ.* Spec. *de praeſumt.* §. *ſpecies. num. 4. & 5.* ſolennem deductionem & pompam in eccleſiam vel domum; Specul. *d.* §. *ſpecies. num. 5.* per *c. ad id quod. 21. c. iuuenis. 3. de ſponſal.* confeſſionem coniugum; *c. atteſtationes. 10. de deſp. impub.* iuramentum iudiciale. (g) *c. mulier. 34. de iureiur.*

9. Quod cum plus quam ſemiplene probatum eſt, pro, non contra matrimonium eſt deferendum. Panorm. *in d. c. mulier.*

10. Vt & nonnunquam, ſed pro matrimonio, deferendum iuramentum purgationis, *c. atteſtationes. 10. deſponſ. impub.* cum infirmior eſt probatio, teſteſque inducti minus idonei; vt parentes &c. *c. ſuper. 22. de teſtib. vbi* Panorm. & Dd.

TIT. XV.

DE EFFECTIBVS MATRIMONII CONTRACTI.

E*Ffectus* matrimonii contracti ſunt *quatuor.* 2. *Pri-*

(g) quod vix aliter concipi poteſt, quam ſi actor reo deferat iuramentum, & reus illud referat; reus enim ad illud vix admittitur, quod eſſet contra matrimonium. Ve-

2. *Primus eſt*; quod liberi eo procreati vel ſunt legitimi, vel fiunt.

3. Sunt, qui ſtante matrimonio ſunt ſuſcepti; ſiue illud ſit clandeſtinum, ſed ab eccleſia poſtea approbatum; *c. quod nobis. 9. qui filii ſint legit.* ſiue iure non valeat; modo alterutro coniugum impedimentum ignorante, in facie eccleſiae ſit contractum, (g) *c. peruenit. 11. & c. pen. eod.* ſiue ab infidelibus in gradu, lege quidem Canonica vetito, ſed eorum permiſſo, ſit contractum; *c. vlt. eod.* ſiue matrimonium ſit diſſolutum. *c. 2. eod.*

4. Fiunt legitimi, id eſt, per matrimonium ſubſequens legitimantur, qui antea nati; modo eo tempore quo procreati, (h) nuptiae inter eorum parentes potuiſſent celebrari. *c. 1. & c. tanta 6. eod.*

5. *Secundus eſt*; Quod coniuges ſimul habitare, ita tamen, vt vir caput ſit vxoris, eaque ei ſer-

Verum quamdiu adhuc dubitatur, vtrum adſit matrimonium, non poteſt dici, contra matrimonium illud delatum eſſe, quod probant noſtrates. HEIGIVS *P. 1. qu. 16.*

(g) Tale matrimonium dicitur *putatiuum*, habetque ſuos effectus ob concurrentem *bonam fidem*, ſi vel maxime haec ab vna tantum parte adſit. vid. HERTIVS *de matrim. putatiuo.*

(h) Hoc quidem ius *ciuile*, ſed non *canonicum* deſiderat, per *cit. c. 6.* Vnde ſufficit, quod ex *poſt facto* tale matrimonium ſubſiſtere valeat.

(i)

ſeruiat, (i) *c. 12. eſt ordo. c. 11. manifeſtum. in princ. & §. fin. c. 13. haec imago. c. 15. cum caput. c. 18. Adam C. 33. qu. 5.* & alter alteri exigenti debitum matrimoniale tenetur reddere, *c. 3. noſſe. C. 30. qu. 1. c. 2. ſicut. ʃ. vnde Apoſtolus. C. 32. qu. 2. c. 1. c. 5. ſecundum verba. in princ. C. 33. qu. 5.* licet libidinis cauſa, *c. 2. ſicut non omnis. ʃ. his ita reſpondetur. c. 3. quicquid. c. 4. connubia. ʃ. fin. c. vlt. C. 32. qu. 2.* non tamen ſtudio, vt ex concubitu liberi non procreentur, *c. 7. ſolet. c. 7. aliquando. C. 32. qu. 2.* exigatur.

6. Qui effectus, quoad redditionem debiti, tollitur; (1) Si maritus ſit Epiſcopus, Presbyter, aut Altaris miniſter; *c. lex continentiae. 10. c. omnino. 11. c. Nicena. 12. diſt. 31. c. multorum. 2. c. eos qui. 10. diſt. 32.* & intra tempus oblationis, non extra, debitum exigatur: *c. quoniam. 13. diſt. 31.* (2) Si mulier ſit in puerperio, vel infantem nondum ablactauerit; *c. ad eius. 4. diſt. 5. c. ſi cauſa. 4. in fin. C. 33. qu. 4.* (3) menſtruo laborat; (4) conceepit: *d. c. ad eius. 4. verſ. quippe & fine. d. c. ſit cauſa. 4.* (5) Si tempore ieiunii; *c. 3. fratres. 5. Chriſtian. c. 6. qui in caſtigatione. C. 33. qu. 4.* aut orationis, *in princ. cum c. ſeq.*

(i) Haec ſubiectio in naturali ratione fundata eſt, non vero in abſurda ratione AVGVSTINI relata *in c. 15. C. 33. qu. 5.* Plures effectus ex hac ſubiectione fluunt, qui tamen in quibusuis rebuspublicis non coincidunt, cum gradus eius dentur.

(k)

ſeq. d. c. C. 3. qu. 4. (niſi ab vxore: *c. 9. nec vxorem. in fine. cum c. ſeq. d. c. C. 33. qu. 4.*) aut poenitentiae; libidinis, non ſobolis procreandae gratia; *c. 2. quotieſcunque. & c. 4. ſi cauſa. c. 7. vir cum. §. ſi quis vero. C. 33. qu 4.* aut die proceſſionis, *d. c. 4. ſi cauſa. verſ. & dies proceſſionis. d. c. 5. Chriſtiano.* aut benedictionis, debitum exigatur. *c. vlt. diſt. 23. c. 5. ſponſus. in fine. C. 30. qu. 5.* (6) Si alter coniugum adulterium commiſit, & innocens eum retinet; per triennium poenitentiae; *c. 4. ſi quis vxorem. cauſ. 32. qu. 1.* (7) Si inceſtum coniux, *c. 30. qui dormierit C. 27. qu. 2. c. 21. qui dormierit C. 32. qu. 4. c. 1. c. transmiſſa. 4. de eo qui cogn. conſ. vx.* non tamen per ignorantiam, *c. 5. ſi virgo. §. fin. cum c. ſeq. C. 34. qu. 2.* aut culpam coniugis, *c. diſcretionem 6. §. fin. de eo qui cogn. conſ. vx.* commiſit. (8) Si cognatio ſpiritualis, non tamen fraude alterius coniugum, *c. 4. dictum. C. 30. qu. 1.* aut neceſſitate exigente, *c. 7. ad limina. C. 30. qu. 1.* inter virum & vxorem interuenit: *in princ. & c. 1. c. 5. de eo. §. ſi autem coniuges. C. 30. qu. 1.* (9) Si thori facta ſeparatio. (k)

7. Thori ſeparatio non admittitur, niſi iudicio eccleſiae praecedente *c. 3. de diuortiis.*

8. Opus eſt igitur, vt matrimonium accuſetur, & cau-

(k) Plerasque has cauſas vel ideo conglomerant Pontificii, vt, ſi contra factum fuerit, ſciant, ſe poenitentiae ſubiectos eſſe. In plerisque contra *regulas honeſtatis*, non *iuſti* peccari certum eſt.

cauſa diuortii legitime probetur, vt recte ſententia ferri poſſit.

9. Quocirca qui matrimonium accuſare, & vel contra illud teſtificari poſſint, ſequenti titulo explanabimus.

10. *Tertius effectus*; Vt ſimplex donatio inter virum & vxorem regulariter non valeat; donatio vero propter nuptias a viro in mulierem collata ad virum ſoluto matrimonio redeat, *c. vlt. de donat. int. vir. & vxor.* niſi propter adulterium ab vxore ſeparetur, (l) Panorm. *in c. plerumque. 4. eod.* aut pactum de lucranda re donata interceſſerit. *d. c. vlt. eod.*

11. *Quartus* eſt; Vt dos valeat, ſed ſimiliter ſoluto matrimonio mulieri reddi debeat; *d. c. vlt. c. 2. §. fin. de coniug. ſeru.* niſi eius culpa matrimonium ſit ſolutum; *d. c. plerumque. 4.* niſi pactum de lucranda dote interceſſerit: *d. c. vlt.* modo hoc caſu matrimonium ab initio vtiliter fuerit contractum; *c. etſi neceſſe. 5. de don. inter vir. & vxor.* & aeque de ante nuptias donatione ab vxore lucran-

(l) An etiam paraphernalia amittuntur? Ita cenſent quidam ob *c. 4. X. de donat. inter vir. & vx.* vbi *dotalitium* de *bonis paraphernalibus* accipiendum eſſe contendunt allegati a GONZALEZIO *ad cit. c. num. 6.* Sed hoc erroneum eſſe contextus docet, oſtenditque, dotalitium ibidem denotare *donationem propter nuptias*, in compenſationem dotis a marito vxori factae, vt IDEM dicit *ad c. 15. X. de for. compet.* conf. CANGIVS *in gloſſar. voc. dotalitium.*

(m)

cranda pactum ſit; *d. c. vlt.* niſi conſuetudo loci in contrarium extet, *d. c. fin. in fin.*

TIT. XVI. IV. x. 18.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE POSSVNT, VEL CONTRA ILLVD TESTIFICARI.

Accuſare matrimonium, eſt impedimentum, ob quod inter coniuges matrimonium conſiſtere non poteſt, explicare. (m) *c. relatum 1. hic.*

2. Illud poſſunt vel tantum coniuges *ipſi*, (n) vel & *conſanguinei* & *extranei*. Niſi denunciationis tempore tacuerint, nec eam probabiliter ignorauerint, nec ex cauſis (*quarum quaedam in c. fin. eod. recenſetur*) accuſationem opponere impediti fuerint, nec ſe de nouo didiciſſe iurent, *d. c. fin.*

3. *Coniuges ipſi* tantum; ſi impedimentum *delictum coniugum* non contineat, nec aliorum interſit

(m) adeoque non agere *criminaliter*, ſed *ciuiliter* ad matrimonii annullationem.

(n) Hanc peragunt *ſoli* ob adulterium commiſſum, non tantum ratione diuortii, ſed etiam *priuationis* lucrorum dotalium. Proinde ſi defunctus non egit, heredes ſuperſtitem vxorem accuſare nequeunt quoad effectum priuationis lucrorum dotalium. GONZALEZ *ad c. 4. de donat. inter vir. & vx. n. 5.*

terſit, (o) vt, ſi mulier tam arcta ſit, vt cognoſci nequeat, vir tam frigidus, vt coire non poſſit; *arg. c. conſultationi. 4. de frigid. & malef.* ſi in conditione ſtatus erratum; *c. propoſuit. 2. de coniug. ſeru.* ſi alter coniugum adulterium commiſit. *c. quemadmodum. 25. de iureiur.*

4. *Conſanguinei & extranei*; ſi impedimentum delictum contineat; vt quia aliqui in gradu prohibito, conſanguinitatis vel affinitatis, vel contraxiſſe vel contrahere voluiſſe dicantur: ita tamen, vt conſanguinei extraneis; & inter illos ſeniores & praeſtantiores aliis praeferantur. *c. videtur. 3. h. t. c. cum palea. ſeq. C. 35. qu. 6.*

5. Parentes ergo ſi exiſtunt, aliis coniunctis; his non exiſtentibus, frater, ſoror, patruus, auunculus, amita, matertera, & reliqui conſanguinei, extraneis; in iis antiquiores & praeſtantiores in accuſando praeponuntur: *d. c. videtur. 3. d. c. 1. cum palea ſeq.* Fabian. *in d. c. 1. conſanguineos. C. 35. qu. 6.* Cum quia illorum intereſt, matrimonium reſcindi, vel non; tum quia melius aliis veritatem praeſumuntur ſcire. (p) *c. 2. videtur.* C. *35. qu. 6.*

6. Hi

(o) *ex iure perfecto:* Vnde parentes coniugum ad matrimonii diſſolutionem agere nequeunt, ob impotentiam, ideo quod eorum interſit, ſtemma propagari.

(p) Vnde etiam ad teſtimonium in hoc caſu ferendum ſatis ſunt idonei, cum nemo rectius genealogiam vel rationem conſanguinitatis noſſe praeſumatur, vtut in aliis cauſis inidonei ſint. *cit. c. 2.*

(q)

6. Hi accuſare debent viua voce, (q) duobus vel tribus ex conſanguinitate, vel totidem ſenioribus & honeſtioribus eiusdem loci teſtibus adhibitis, coram Epiſcopo, vel iudice competente; praeſtito iuramento, ſe neque gratia, neque pretio, neque timore, neque odio id facere, ſed quia credunt, impedimentum, quod allegant, verum eſſe, vel ita ſe ab anteceſſoribus audiuiſſe. (r) *c. 5. de parentela illa quam. & c. 8. de parentela illa vnde nos. C. 35. qu. 6.*

7. Idem iuramentum praeſtant teſtes, (s) *d. c. de pa-*

(q) ad ea tempora hoc referendum, quo nondum inſtructa erant iudicia Epiſcopalia, nec *more forenſi* coram Epiſcopis procedebatur, qui demum *ſeculo XII.* ſolenne tribunal iudiciarium erexerunt, vnde etiam poſtea noſtra nata ſunt conſiſtoria.

(r) Haec ad proceſſum *antiquum* Epiſcoporum, non ad eum, qui hodie coram *officialibus* Epiſcoporum peragitur, ſpectant, quae autor non ſatis accurate diſtinguit, praeſertim cum hodie, quando ad *dirimendum matrimonium* agitur, non ita tumultuarie procedi debeat. *c. 1. X. vt lite non conteſt.*

(s) de impedimento *propinquitatis* atteſtantur, *c. 4. C. 35. qu. 6.* in quo itidem occurrit proceſſus, qui regulis *hodierni proceſſus forenſis* haud accommodatus eſt. Olim Epiſcopi tantum ſolliciti erant, ne in peccato coniuges haererent, adeoque ad proceſſus ſolennia non erant adſtricti, ſicuti nec noſtri paſtores, qui eos, quos peccaſſe grauiter exiſtimant, ſeria adhortatione redarguunt; & ad poenitentiam ſolidam reducere ſatagunt: Vnde hoc ipſum *forum poenitentiale* appellabant.

parentela illa quam. & *d. c. de parentela vnde.*

8. Teſtes hic eſſe poſſunt non modo extranei, ſed & proximi conſanguinei, & parentes; fauore matrimonii. *d. c. videtur.* C. *35. qu. 6. in fin.* imo iidem & teſtis & accuſator eſſe poteſt. (t) *c. 4. ſi duo qu. 6. c. praeterea 22. de teſtib.*

9. Impedimento, quod obſtabat, legitime probato, diuortium conceditur. *d. c. 1. conſanguineos. C. 35. qu. 6.*

TIT. XVII. IV. x. 19.

DE DIVORTIIS.

Diuortium, eſt legitima mariti & vxoris ſeparatio apud competentem iudicem, cum cauſae cognitione & ſufficiente eius probatione, facta. Panorm. *in c. ex conqueſtione. 10. de reſtit. ſpoliat.*

2. Eſt vel *thori*, cum vſus matrimonii, puta coniugum cohabitatio, vel mutua conuerſatio, ad tempus, aut nulla temporis habita ratione interdicitur: *c. 2. dixit Dominus. C. 32. qu. 1.* vel *vinculi matrimo-*

(t) Id ipſum de antiquo Epiſcoporum, non de hodierno proceſſu intelligendum, maxime cum in dirimendo matrimonio, vt *cauſa grauiori*, probatio plenior deſideretur. Aliud eſt, ſi de ſolis ſponſalibus diſſoluendis agitur. *c. 12. & 17. de ſponſal. c. 2. X. de conſang. & affin.*

monialis; cum matrimonium quoad ſubſtantiam, penitus & in perpetuum reſcinditur. *c. 5. interfe-ctores*. C. 33. *qu*. 2.

3. *Quoad thorum* fit diuortium; 1) Propter *adulterium* (u) alterutrius coniugum. (x) *c. 1. interueniente. c. 5. Apoſtolus. 33. qu. 7.* licet conjux eius committendi occaſionem dederit; *c. ex literis. 5. h. t. c. 3. ita ne*. C. 32. *qu*. 5. *c. 2. licite*. C. 32. *qu*. 7. niſi α) vterque adulterium commiſerit. *c. ſignificaſti. 4. & c. ſeq. h. t.* β) niſi maritus vxorem proſtituat; *c. diſcretionem. 6. de eo qui cogn. conſ. vx.* γ) niſi vxor animum adulterii committendi non habuerit; puta, quia per errorem ab eo, quem maritum putabat, fuit cognita, *c. 6. in lectum*. C. 34. *qu*. 2. per vim compreſſa; *c. 4. propoſito*. C. 22. *qu*. 5. maritum credens eſſe mortuum, alii nupſerit. *c. 1. cum per bellicam*. C. 34. *qu*. 1. & 2. δ) niſi maritus poſt adulterium vxorem ſibi reconciliauerit. *c. 1. & 2. & 3.* C. 32. *qu*. 1. (2) Propter *furorem*, ſi ſit tam

(u) AVGVSTINVS ita primus cenſuit, ob rationem, quod matrimonium ſit *ſacramentum*, & conſequenter *indiſſolubile*. Vt vero ab obiectione, quae ex Chriſti doctrina ipſi mouebatur, ſe liberaret, diſtinxit inter diuortium *totale*, & *quoad thorum*, temere & ſine vlla ratione aſſerens, de *diuortio quoad thorum* Chriſtum ſolum locutum fuiſſe.

(x) Interim olim totale diuortium, antequam AVGVSTINI doctrina approbaretur, decretum fuiſſe liquet ex *c. 1. X. h. t. c. 1. X. de donat. inter vir. & vx. c. 2.* C. 34. *qu*. 1. & 2.

 (y)

tam vehemens & ardens, vt probabile mortis periculum inducat. Couarr. *2. part. c. 7. §. fin. num. 3.* (3) Propter *haereſin*; ſi alter coniugum in haereſin labatur. *c. 2. hic. c. fin. de conuerſ. coniug.* (4) Propter *ſaeuitiam*, (y) cum alter coniugum vel veneno, vel fuſtibus, aut gladio vitae alterius inſidiatur. *c. 1. & 2. bis. c. 1. vt lit. non conteſt. c. literas. 3. & ibi* Abb. *de reſt. ſpoliat.* (5) Propter *Sodomiae crimen. c. 2. omnes cauſationes. C. 32. qu. 7.* Abb. *in c. maritis. 4. de adult.*

4. *Quoad vinculum* fit diuortium; propter *infidelitatem*: cum ſcilicet alter infidelium coniugum ad fidem Catholicam conuertitur; & infidelis ſine fidei noſtrae iniuria, vel ſcandalo continuo, cum eo cohabitare non vult. *c. gaudemus. 1. & ibi* Dd. *& c. quanto. 7. h. t.*

5. Matrimonio per diuortium quoad vinculum diſſoluto, coniuges libere ad ſecunda vota tranſire, vel religionem, alterà parte inuita, poſſunt intrare. *c. 21. Agathoſa. C. 27. qu. 2.* Non ſi quoad thorum; eo enim caſu coniuges manent. (z) *d. c. quanto. 7. h. t.*

6. Si-

(y) *ſimplices* ſaeuitiae etiam inter proteſtantes tantum huic diuortio locum indulgent: *qualificatae* autem, h. e. cum inſidiis vitae coniunctae, etiam *totale diuortium* operari poſſunt ex ſententia B. STRYKII *de diuort. ob inſid. vitae ſtruct.* Huc collineare videtur *c. 1. X. h. t.* vbi in quibusdam edit. temere ſunt addita verba: *poſt mortem*, obſeruante GONZALEZIO *ad cit. c. n. 2.*

(z) et tantum *effectus cohabitationis* impediuntur. Vnde ma-

6. Sine iuſta diuortii cauſa & ſine iudicis au-ctoritate diuertens, per actionem ad matrimonium colendum poteſt compelli. *c. ex transmiſſa. 8. de reſt. ſpol. c. ex parte. 9. de ſponſal. c. vlt. in princ. C. 31. qu. 2. c. 16. puto, §. cum enim Iudaei. c. 17. horrendas. c. 19. praecepit. C. 32. qu. 5.*

7. Quae tamen ob iuſtam cauſam, ſed diuortio non legitime facto, deceſſit, repetenti viro, cuius ſaeuitiam veretur, reſtituitur, ſi reae de ſecuritate caueat: *d. c. ex transmiſſa. verſ. recepta*; non reſtituatur, ſi tanta ſit viri ſaeuitia, vt nulla ei ſufficiat cautio; ſed vsque ad cauſae deciſionem honeſtae & probae alicui mulieri cuſtodienda committitur, Abb. *in c. literas. 13. & c. ex transmiſſa. 8. de reſtit. ſpoliat. c. 1. ſeculares. C. 33. qu. 2.*

TIT. XIIX. IV. x. 21.

DE SECUNDIS NUPTIIS.

HActenus de nuptiis in genere egimus: nunc ſpecialiter de *nuptiis ſecundis* agamus.

2. Eae dicuntur omnes, quae repetitae ſunt poſt primas, etſi ſint tertiae, vel quartae, vel pluries repetitae. *c. 11. aperiant. & ſeq. C. 31. qu. 1.*

3. In illis quaedam ſunt propria; puta quod eis non benedicatur; (a) *c. 1. 3. hic.* Presbyter non poſ-

maritus dotem retinet, vxorem alit, ei etiam ſuccedit &c.

(a) Id ex *odio patrum* erga ſecundas nuptias inualuit, quod

in

poſſit intereſſe; *can. 8. de his* C. 31. *qu.* 1. qui eas contraxit, ad dignitates eccleſiaſticas non poſſit adſpirare. *c.* 5. *de bigam.*

4. Sunt alioquin, etiam intra annum luctus, (b) *c. pen. & vlt. bic.* permiſſae, nec cenſentur iniuſtae; *c. vlt. diſt.* 26. *c.* 13. *additur.* C. 27. *qu.* 2. *c. pen.* C. 31. *qu.* 1. licet ſaepius ſint iteratae. *d. c. aperiant.* 11. & *c. vlt.* C. 31. *qu.* 1.

5. Iterari tamen non debent; niſi de morte prioris coniugis conſtet. (c) *c. in praeſentia noſtra.* 19. *de ſponſal.*

TIT. XIX.

DE REBVS SACRIS, SANCTIS ET RELIGIOSIS.

Abſoluto ſacramentorum tractatu, reſtat, vt de *rebus ſacris, ſanctis* & *religioſis* videamus.

2. Sunt,

in tantum excreuit, vt etiam eas *honeſtum ſtuprum* appellare auſi fuerint. *c.* 8. *ſqq.* C. 31. *qu.* 1. Ex hac doctrina etiam IVSTINIANVS plura in odium ſecundo nubentium conſtituit.

(b) ex doctrina Apoſtoli ſophiſtice explicata: *mulier, viro ſuo mortuo, ſoluta eſt a lege viri, in domino nubat cui velit*; cum tamen longe diuerſa ſint, *nubere, cui velit*, & *nubere, quando velit.*

(c) vel per teſtes *duos*, aliquando etiam *vnum*, ſi genus mortis ſit *difficillimae probationis. Nou.* 117. *c.* 11. FINCKELTH. *obſeru.* 85. ſufficit etiam teſtimonium Parochi,

2. Sunt *res ſacrae & ſanctae*, quae principaliter ad cultum diuinum ſunt comparatae: vt, *eccleſiae*, *altaria*, *Sanctorum reliquiae*, *vaſa*, *veſtes*.

3. *Res religioſae* ſunt, quae piis vſibus ſunt deſtinatae; vt, *religioſae domus*, *xenodochia*, *orphanotrophia*, *noſocomia*, *gerontocomia*, *coemeteria*, *ſepulturae*.

TIT. XX. III. x. 48.

DE ECCLESIIS AEDIFICANDIS VEL REPARANDIS.

ECcleſia hoc loco non ſignificat coetum fidelium. (d) ſed aedes ſacras, ſeu domum Deo dicatam ad Sacramenta & officia diuina celebranda, etiam templum appellatam. *c. 2. in princ. de conſecrat. diſt. 1.* Nam poſt *conſecrationem*, quae & *dedicatio* dicitur, appellatur *eccleſia*, ante eam *Baſilica*. (e) *c. 1. de relig. domib. & ibi Gl. & c. 2. de conſecrat. diſt. 1.*

2. De

chi, vel iudicis loci, vbi ſepultus eſt, CARPZ. *lib. 2. iuriſpr. conſ. def.* 168 vel iuramentum ſecundo nubentis. IDEM *def.* 169. *conf. auth. hodie. C. de repud.*

(d) Hunc ſignificatum iam dudum omiſit, poſtquam clerici eum ſibi arrogarunt, vel templis adſcripſerunt. Interim tamen *verus* & *genuinus* eſt.

(e) ſed hae non ſunt ita comparatae, vt cultus miſſaticus in

(2)

2. De eccleſia tria tractanda: (1)*conſtructio*, (2) *conſecratio*, (3) *immunitas*.

3. *Conſtructio*, eſt duplex; aut enim eccleſiae nouae aedificantur; aut veteres collapſae vel collapſurae inſtaurantur ſeu reparantur. *c. 1. & 2. h. t.*

4. Nouae aedificantur; ſi iuſta cauſa (f) id ſuadeat; *c. fin. hic.* vt ſi fructus vnius eccleſiae ſint ſufficientes ad duas, & parochia latiores habeat fines, quam tempore hyberno poſſint accolae in vnam conuenire: *c. ad audientiam. 5. hic.* ſi temporis qualitas exigat: *c. 48. & temporis qualitas. C. 16. qu. 1.* vel notabile populi incrementum: *c. 50. felix. c. 51. multis. c. 53. praecipimus. C. 16. qu. 1.* ſi in praeiudicium alterius non fiat: *c. 43. eccleſiae c. 44. quicunque. C. 16. qu. 1. c. 1. de oper. nou. nunc. c. 2. hic.* & loco fiat congruo: *c. 13. eccleſiae, de conſecr. diſt. 1.* populus loco ſacro indigeat. *c. fin. hic. d. c. 53. praecipimus.*

5. Aedificare poteſt Epiſcopus, ſi iuſta ſit cauſa, licet

in eis haberi poſſit. Vnde iam olim ATHANASIO crimini datum fuit, quod in templo non conſecrato rem diuinam fecerit.

(f) Haec tunc deſiderari cepit, poſtquam exſtructio templorum in *ſuperſtitionem & abuſum* tracta eſt. Etiam inter proteſtantes non eſt permiſſum, templum exſtruere ſine conſenſu conſiſtorii, ne quidem nobilibus in ſuis praediis, poſtquam Epiſcopi aegre tulerunt, tot Oratoria in fundis priuatorum exſtrui. *Nou. 67. c. 1,* In Germania praeterea in exſtructione templorum ad *Inſtrumentum pacis art. V. §. 29. 51. & art. VII. §. 1.* reſpiciendum.

(g)

cet de rebus eccleſiae non alienandis iurauerit. *c. fin. h. t.*

6. Sine Epiſcopi loci, (g) *c. 44. quicunque. C. 16. qu. 1. c. 10. quidam. C. 18. qu. 2. c. nemo 9. de conſecrat. diſt. 1.* conſenſu, nemo nouas eccleſias aedificare poteſt; ſi faciat, iure patronatus priuatur.

7. Qui ante ad locum debet accedere, in eo crucem figere, publice atrium deſignare, *d. c. nemo. 9. Nou. 13. cap. 7.* illud aqua luſtrali aſpergere. *c. nemo 9. de conſecr. diſt. 1.*

8. Eſt & eius proſpicere, an is, qui aedificare ſeu fundare decreuit, id pietatis, an quaeſtus cupiditate, puta vt ex eo, quod de ſuo, vel in ſuo aedificauit, quaeſtum cum Clericis diuidat, faciat: *c. ſi quis baſilicam. c. de conſecrat. diſt 1. cap. 33. Eleutherius. C. 18. qu. 2. cap 15. hanc conſuetudinem cap. 13. quia ſacerdotes C. 10. qu. 1. c. 11. eccleſia quae pactione. C. 1. qu. 4.* an prouentus, quae ad luminaria, cuſtodiam, cuſtodumque ſtipendia, *d. c. nemo. 9. c. piae mentis. 26. cauſ. 16. qu. 7.* onera Epiſcopalia ſoluenda ſufficiant, *d. c. piae mentis. C. 26. qu. 7.* ſtatuat.

9. Ad ea enim fundatores tenentur: (h) *c. 1. pla-*

(g) In terris proteſtantium ſine conſenſu principis: nec *abſolute* princeps prohibetur, exſtructionem templi concedere, licet A. 1624. templum ſacris nouis deſtitutum in eo loco non adfuerit, modo ſine vlla *turbatione ſacrorum*, in cuius poſſeſſione ſubditi A. 1624. fuerunt, id fieri poſſit.

(h) Vocari alias ſolet *dos eccleſiae*, ſine qua nec Ethnici templa exſtruebant. Ita VOPISCVS *in Aurel. templum*

placuit. C. 1. qu. 2. d. c. placmentis. c. cum ſicut. 8. de conſecrat. eccl. ſi non faciant; eorum heredes, *d. Nov. 131. c. ſi quis aedificationem. 10. & c. ſi autem. 12.* aut Epiſcopus ipſe, ſi ſine dotatione aedificari permiſit: exemplo ordinatorum ſine titulo, quos vel alere tenetur, vel de beneficio eis prouidere. *c. Epiſcopus. 4. de praebend.*

10. Reparantur eccleſiae, cum vetuſtate vel alia de cauſa collabuntur, ſeu ruinam minantur. *c. 1. h. t.*

11. Hoc onus incumbit ipſius eccleſiae Rectori, ſi quarta huic vſui a ſacris canonibus & reditibus eccleſiae aſſignata non ſufficiat, & ipſi Rectori prouentus, vnde hoc poſſit ferre, ſuperſit, (i) nullaque conſuetudo hoc oneris ad laicos tranſtulerit. *c. pri.* vbi Gl. *& c. de his. 4. h. t.*

TIT. XXI. III. x. 40.

DE CONSECRATIONE ECCLESIAE ET ALTARIS.

Aedificata eccleſia non ante ſacris miniſteriis deputari poteſt, quam conſecrata fuerit: (k)

plum ſolis fundauit & Pontifices roborauit, i. e. opimis reditibus annuis ditauit et muniuit. Olim haec dos eccleſiae incognita erat, cum nequidem eccleſiae bona immobilia poſſiderent. ZIEGLER. *de dot. eccleſ. c. III.* Sed matrimonium fictum inter Epiſcopum et eccleſiam mox produxit *dotem* neceſſariam, ne indotata vxor eſſet.

(i) Inde tamen minime eccleſiae hypotheca tacita com-

pe-

(k) proinde, ne diuino cultui mora offeratur, hoc quam citiſſime fieri debet. *c. fin. h. t.*

2. Conſecrare eam debet Epiſcopus, qui eo loco iura Epiſcopalia exercet; *c. 1. de relig. domib. eccleſiis. 3. §. fin. diſt. 68. c. 2. & 3. hic. t. 1. verſ. ad Epiſcopum. diſt. 25. c. nemo eccleſiam. 9. c. nullus Presbyter Miſſas. 15. de conſecrat. diſt. 1.* ſi de dote ei ſit proſpectum: *c. cum ſicut. 8. hic.* non inferior: *c. nullus Presbyter in Eccleſia. 25. de conſecrat. diſt. 1.* ne quidem Epiſcopo delegante: quoniam ea, quae ordinis ſunt, vt conſecratio, alteri mandari non poſſunt. *c. pen. hic. c. 4. Pontifices. C. 7. qu. 1.*

3. Fit conſecratio ſuperficiei interioris parietum delinitione, cum crucibus Abb. *c. propoſuiſti. 4. num. 7. h. t.*

4. Sine Sanctorum reliquiis, (l) *c. placuit vt altaria.*

---

petit in bonis rectoris, vt adhuc contra poſſeſſores horum bonorum, defuncto clerico, agere queat, vti CHRISTINAEVS *vol. 2. dec. 25.* arbitratur; rectius vero cenſet GONZALEZ *ad c. 1. de eccl. aedif. n. 7.*

(k) Ita cenſuit etiam QVINTILIANVS *declam. 323. priusquam dedicationis accipiant ſummam religionem, opera ſunt tantum; dedicatio eſt illa, quae DEVM induit, quae ſede deſtinata locat.* Ita origo *conſecrationis* ex *templorum* qua talium origine fluxit, quae in ſuo conceptu *conſecrationem* continent.

(l) Hae tempore CONSTANTINI nondum adhibitae ſunt, obſeruante BASNAGIO *tom. II. annal. ad ann. 313. §. 7.* Inde forſan hic ritus inualuit: 1) quia ſuper tumulis martyrum exſtrui ceperant templa, poſtquam

taria. 26. c. non oportet. 29. de conſecrat. diſt. 1. aut ſine Miſſa, *c. 1. diſt. 3. eod.* fieri non debet.

5. Vtrumque requiritur etiam in conſecratione iteranda; *c. de fabrica. 24. eod. diſt. 1.* videlicet cum iteranda eſt; nam regulariter iterari non debet: ſed interdum iteratur; vt cum eccleſia deſtructa inſtauratur: *vt in d. c. de fabrica.* cum polluta fuit: puta homicidio, adulterio in ea perpetrato; *c. ſi modum. 19. & c. ſeq. de conſecrat. diſt. 1.* excommunicati corpore in ea humato: *c. conſuluiſti. bis.* cum, an ſit conſecrata, dubitatur. (m) *c. ſolennitates. 16. §. de Eccleſiarum. c. Eccleſia. 18. de conſecrat. diſt. 1.*

6. Polluta eccleſia pollutum quoque cenſetur coemeterium contiguum, non autem remotum, ſed contra, polluto coemeterio, non ob id cenſetur polluta eccleſia: item vno coemeterio polluto, non ob id cenſetur pollutum aliud, quamuis contiguum. *c. vn. de conſecrat. in 6.*

7. Pollui autem hic eccleſia & coemeterium dicuntur, quoad opinionem hominum, qui, quantum in illis eſt, dicuntur polluere; non quod ad res pertinet, quae remanent incorruptae, & inquinari

quam olim Chriſtiani conuentus ibi habere ſolliti fuere. a) quod ethnici in ſuis dedicationibus ſolerent vrnas Caeſarum adhibere. Inde nomina Martyrum & ſanctorum templis data.

(m) De hac materia ex profeſſo agit PETRVS FRANCISCVS PASSERINVS *de pollut. eccleſ.*

(n)

nari non poſſunt. *can. 97. quod quidam. C. 1. qu. 1. can. fin. C. 15. qu. 8. c. fin. de cobab. cleric. & mulier.* vid. Gl. *in d. c. vn. ad verb. pollui.*

8. Fieri poteſt conſecratio non ſolum diebus Dominicis, ſed & priuatis, *c. 2. h. t.*

9. Non ſolum eccleſiae, ſed & altaria, ſi ſint lapidea, conſecrari debent, *c. altaria 31. cum ſeq. de conſecrat. diſt. 1.* certis obſeruatis ſolennitatibus. (n)

10. Eae ſunt: vt poſt altaris inunctionem chriſmate factam, & benedictionem ei a ſummo Pontifice tributam, *c. vn. ſ. fin. de ſacr. vnct. d. c. altaria 32. c. placuit. 26. ead. diſt. & tit.* in facie ipſius altaris, vel in dextro cornu feneſtella (o) aperiatur: Sanctorum reliquiae vna cum nomine illius Sancti, cui altare dicatur, & Epiſcopi, qui ſacrum facit, condantur: feneſtella paruo lapide qua-

(n) quae etiam nomen a ſanctis accipiunt. Olim haec incognita fuere, ſed mox inualuere, poſtquam ſacrificium miſſaticum introductum, quod ſine altari perfici nequit. Multitudo altarium paulo ſerius introducta eſt, obſeruante BASNAGIO *tom. II. annal. p. 291.* eo imprimis tempore, quo miſſae priuatae in praxin deductae ſunt.

(o) Olim in ſepulchris martyrum haec exſtruebantur, & cum non vbique, vbi hi ſepulti credebantur commoda eſſet templorum exſtructio, hi ad locum commodiorem tranſlati & ſub ipſis altaribus conditi ſunt. vid MABILLON. *in act. Bened. Sec. III. p. 81.* Tandem inualuit, vt loco ſepulchri eiusmodi *feneſtella* in altari fieret, ibique reliquiae ſanctorum conderentur.

quadrato vel rotundo operiatur, qui lapis ſigillum appellatur. Abb. *c. 1. h. t.*

11. Altari amoto, vel ſigillo fracto & diminuto, conſecratio denuo adhibetur: *d. c. 1. eod.* niſi laeſio non ſit enormis. *c. ligneis. 6. eod.*

12. Solennitates conſecrationum eccleſiarum ſingulis annis debent celebrari, (p) *c. ſolennitates 16. de conſecrat. diſt. 1.*

13. Qui eccleſiam vel aedificari vel conſecrari prohibuerit aut non permiſerit, ſacrilegium committit. *in decret. Hormisdae Papae: cap. 10. can. nullum. 124. §. qui autem. & can. ſeq. C. 1. qu. 1.*

TIT. XXII.

DE EFFECTIBVS CONSECRATIONIS.

Dictae conſecrationis ſeptem ſunt *effectus*.

2. *Primus* eſt; Quod in eccleſia conſecrata, & ſuper altari conſecrato miſſae celebrentur,

(p) Vocari alias ſolent *encaeniae*, cum ipſis templis ex inſtitutis iudaicis repetitae a CONSTANTINO M. SOZOMEN. *lib II. cap.* 26. die Kirch-Weihe Conf. LINCK. *de iur. templ. c. 7. num. 6. ſeqq* More iudaico hoc die feſto ſolennia conuiuia ſunt inſtituta, ad quae cum frequentior hominum eſſet conuentus; mox mercatus ſubſecuti, choreae aliaque publicae laetitiae documenta, quae ad plura noua iura introducenda anſam dedere.

(q)

tur, *c. 1. de conſecrat. diſt. 1. & c. fin. c. eod. diſt. 2.* non in aliis locis: (q) *c. Miſſarum. eod. diſt. 1.* niſi eccleſia deſit; Tum enim in capellis cum tabula conſecrata; aut ab iter facientibus, ſub dio, vel in tentoriis, ſi tabula altaris conſecrata caeteraque ſacra miniſteria ad id officium pertinentia ibi adſuerint, celebrari poſſunt. *c. concedimus. 30. eod. diſt. 1.*

3. *Secundus* eſt; quod in eccleſia conſecrata fidelibus ſacramentum Euchariſtiae praebeatur. (r) *c. liquide. 54. de conſecrat. diſt. 2.*

4. *Tertius*; quod in iis omnes clerici (ni eccleſiaſticam, arbitrio Epiſcopi, velint ſentire diſciplinam, *c. 1. vlt. diſt. 91.* aut ſi diebus ſolennibus abfuerint, a communione ſuſpendi. *c. ſi quis in clero. 29. cauſ. 7. qu. 1.*) debeant, horis Canonicis, (s) di-

(q) quod etiam de aliis actibus ſacris dicendum eſt; qui nec in noſtris foris ſine diſpenſatione extra *eccleſiam* facile fieri poſſunt. Id ipſum produxit corruptus vocis *eccleſiae* ſignificatus.

(r) Neutiquam vero in oratoriis priuatis, *c. 33. de conſecr. D. 1.* quamuis alias extra huius vſum *priuata deuotio* ſingulis videatur permiſſa. Sed iuxta I. P. *art. V. §. 31.* *ſacra priuata* permiſſa ſunt, ſi anno 1624. eorum obſeruantia in eo loco, de quo quaeritur, fuit.

(s) Olim etiam his laici intererant, adſtrictius tamen clerici, quia erant inſtar horarum *precatoriarum*, ex *moribus iudaicis* retentarum. Vocare alias haec ſacra ſolent *curſum canonicum*, poſtquam ad ea canonici, ad vitam monaſticam compoſiti, potiſſimum adſtricti ſunt.

 (t)

diuina officia non tantum voce, ſed & corde, *c. non mediocriter. 24. de conſecrat. diſt. 5.* celebrare. *c. Presbyter. 2. diſt. 91.*

5. Quartus eſt; Quod in iis baptiſmus celebretur, *c. 7. pridem. C. 18. qu. 2.*

6. Quintus; Quod in iis ſacramenta, veluti Euchariſtia & Chriſma, cuſtodiantur, (t) vt, cum opus fuerit, in promptu ſint.

7. Cui ea cuſtodiendi cura commiſſa, nihil negligentiae admittere debet: ſi ſecus, etſi nihil nefarium contigerit, trium menſium ſuſpenſioni ſubiicitur; ſi quid nefandum contigerit, grauiori ſubiacet vltioni. *c. 1. de cuſtod. Euchariſt. &c.*

8. *Sextus effectus* eſt; Quod in ea Sanctorum reliquiae, ſine quibus non conſecrantur, vt ſupra diximus, altaria, reponantur. *c. placuit. 26. de conſecrat. diſt. 1.*

9. Illis veneratio (u) exhibetur; ſed ita demum, ſi

(t) Iam ſeculo III. inualuerat, vt, feruente perſecutione, populus ſibi aliquid de euchariſtia reſeruaret, quod etiam abſentibus & carceri incluſis integrum erat, ad quos mitti ſolebat. Ex hac aſſeruatione multi abuſus orti, & cum praeterea doctrina de *conſecrationis* neceſſitate accederet, antecedenter conſecrata & aſſeruata eſt euchariſtia in vſus infirmorum, ad quos magna cum deuotione deferri ſolet.

(u) propter varia illis vel aſſerta vel affiicta miracula, multis voluminibus collecta a SVRIO, BOLLANDO, HENSCHENIO, PAPEBROCHIO & MABILLONIO *in actis ſanctorum & Benedict.*

(x)

ſi aut ſint antiquae, aut Romani Pontificis auctoritate approbatae. *c. 2. de relig. & vener. Sanct.*

10. *Septimus effectus*; Quod in eccleſiis veneratio ſanctis exhibeatur.

11. *Sancti* dicuntur, qui vitae ſanctitate, miraculis editis excelluerunt. Innoc. *in c. eod.*

12. Sed non omnes, qui miracula faciunt, ſunt venerandi, quia quandoque etiam per malos miracula fieri poſſunt: *c. 56. teneamus. C. 1. qu. 1.* ſed ii demum, qui auctoritate Papae approbati, & in numerum Sanctorum relati, vel canonizati ſunt. *c. 1. de reliq. & vener. Sanct.*

13. Eſt *canonizare*, canonice & regulariter ſtatuere, vt aliquis ſanctus honoretur pro ſancto, (x) puta ſolenne officium pro eo fiat, ſicut pro aliis fit ſanctis, qui eiusdem conditionis ſunt; vt ſi canoni-

(x) Olim martyrum memoria potiſſimum celebrabatur, quorum commemoratio in cultu diuino ſolebat fieri, maxime eo die, quo martyrium ſubierant. Quia vero promiſcue plures ſanctis annumerabantur, qui ſaepe perdite vixerant, variae praecautiones excogitatae ſunt, ab autore relatae. Ipſa canonizatio eſt inſtar *promotionis* academicae; praecedunt examina conſueta, ſequitur decretum, & denique ſolennis promotio actum claudit. Ritum ipſum canonizationis deſcribit GONZALEZ *ad c. 1. X. de reliq. & vener. ſanct. n* 8. Diploma FRIDERICI I. *de anno* 1166. 6. *id Ian.* quo Caroli M. eleuatio. & Canonizatio relata & ſtabilita eſt, referunt LAMBECIVS *in bibl. lib*, 2. *c.* 5. *p.* 340. & MIRAEVS *in faſt. Belgic.*

nizetur confeſſor, fiat pro eo officium confeſſorum: officium martyrum. Innoc. *in c. 1. num. 1. eod.*

14. Fit *canonizatio* inquiſitione prius facta in canonizandi vitam, mores, res geſtas, *c. 1. §. fin. eod.* an perſecutionem in vita fuerit paſſus, *c. 36. omnis. C. 7. qu. 1.* in miracula, in vita, & poſt mortem facta. Hoſtienſ. *in ſumma. eod. tit*

15. In quibus quatuor neceſſaria. (1) Quod a Deo, non ex arte quadam procedant. *d. c. 56. teneamus. C. 1. qu. 1.* (2) Quod ſint contra naturam. (3) Quod non ex vi verborum, ſed ex pietate hominis contingant. *c. cum Marthae. 6. de celebrat. Miſſar.* (4) Quod ſint ad confirmationem fidei. *arg. c. catechumenum. 37. de conſecrat. diſt. 4.*

16. Canonizatione facta, ſanctorum feſtiuitates celebrantur: & in earum feſtiuitatum vigiliis ieiunatur. (y)

17. *Ieiunium*, eſt parſimonia victus, & ciborum abſtinentia. (z) Innoc. *in c. num. 1. de obſeru. ieiun.*

18. Eſt vel *neceſſarium*, vel *voluntarium*.

19. *Illud*

(y) Antiqui moris fuit, vt ante ſolenniores dies feſtos Chriſtiani vigilarent noctu, & ieiuniis ad diem feſtum ſe praepararent. Sed hae vigiliae tandem in occaſionem peſſima facinora committendi tractae, & eam ob cauſam abolitae ſunt, *veſperis* in locum earum ſubſtitutis, quae adhuc hodie ſolent *vigiliae* vocari.

(z) De hac doctrina ex profeſſo agit peculiari libello IO. DALLAEVS.

(a)

19. *Illud* vel *generale* eſt, vel *conſuetudinarium*, vel *votiuum*, vel *poenitentiale*.

20. *Generale* eſt, quod certis ab eccleſia inſtitutis diebus ab omnibus hominibus, niſi cum ipſis ex iuſta cauſa diſpenſetur, puta ob aetatem impuberem, ſenilem, ob morbum, eſt obſeruandum. (a) *c. 1. §. fin. c. ieiunia. 16. de conſecr. diſt 3. c. quadrageſima. 16. c. ieiunia. 17. eod. diſt. 5.*

21. Tale eſt, quadrageſima, *d. c. quadrageſima. 16. de conſecr. diſt. 5.* ieiunium quatuor temporum anni, videlicet in Martio hebdomade prima, in Iunio ſecunda, in Septembri tertia, in Decembri quarta: *in princ. cum cc. ſqq. vsque ad c. ſcire debet. diſt. 16.* ieiunium in quarta & ſexta feria (b) ab initio noctis in diem ſequentem, ſcilicet quartam & ſextam feriam: *c. de eſu carnium. 11. c. ieiunia. 76. de conſecr. diſt. 3.* ieiunium in vigiliis Apoſtolorum, aduentu Domini, &c. *c. conſilium. 2. in princ. vsque ad §. cum autem quaeſieris. de obſeru. ieiun.* vigiliis Sanctorum. *d. concilium.*

22. Vigiliae dicuntur feſtorum dierum veſperae, quia

(a) hoc effectu, vt qui illud non obſeruauit, poenitentiario ſuo id confiteri & poenitentiam impoſitam ſubire teneatur. Ita *per indirectum* coguntur ad ieiunium, quod *ſponte* ſubeundum erat, alioquin virtutem veram amittit.

(b) h. e. die *mercurii* & *veneris*. *c. 16. de conſecr. D. 3.* hodie vero die *Veneris & Saturni.*

quia olim Chriſtiani (vt & hodie in Natiuitatis Dominicae vigilia fit) in orationibus, ob maiorem diei feſti ſolennitatem, pernoctabant. (c) *can. vtinam. 11. diſt. 76. c. illa autem. 1. diſt. 12.*

23. *Conſuetudinarium* ieiunium voco, quod non generaliter obſeruandum, ſed tantum certis in locis, & certis in eccleſiis, ſecundum earum conſuetudinem; vt in vigilia Bartholomaei Apoſtoli. *d. c. conſilium. §. de feſtiuitate.*

24. *Votiuum* ieiunium eſt, cum quis non propter eccleſiae praeceptum, ſed ob ſuum votum, ieiunare tenetur. *c. vlt. eod.*

25. *Poenitentiale* eſt, quod confeſſis a canone vel Sacerdote imponitur. (d) *c. vlt. diſt. 82.*

26. *Voluntarium* eſt, cum quis, vt ſe ad opera ſpiritualia reddat aptiorem, ſponte ſua ieiunat, (e) *d. c. vlt.*

(c) de his dictum *l. y.* Seculo XIII. paulatim ſunt abolitae. vid. SAM BASNAGE *tom. I. annal. ad ann.* 51. § 26 *ſq.*

(d) inſtar *poenae.* Huic reſpondent quodammodo dies precationum ſolennes, die allgemeine Buß- Bet- und Faſt-Tage, qui *litaniae*, *deprecationes* vel *proceſſiones* vocantur: *c. 3. de conſecr. D. 3.* ſuntque vel *ſtatae*, vel *imperatae.* Imperantur apud nos auctoritate principis, indicantur decreto conſiſtorii.

(e) Vera *ieiunia* naſcuntur ſponte ſua 1) ex *triſtitia & dolore*; 2) ex deuota intentione, ſe praeparandi ad cultum diuinum. Quatenus per modum *legis* imperantur, verum amittunt finem, & hac de cauſa quoque olim Chriſtiani, libertati ſtrenue inſiſtentes, Montaniſtis, ieiunia lege imperantibus, grauiter ſe opponebant.

(f)

c. vlt. de obſeru. ieiun.

27. Modus ieiunandi a Pontificibus conſtitutus eſt, vt vel ſemel tantum in die cibus ſumatur; ſiue mane ſiue veſperi; vt in quadrageſima & quatuor temporibus, *c. ſolent. 50. de conſecrat. diſt. 1.* vel a cibis lautioribus abſtineatur, *c. neophyti. 12. de conſecrat. diſt. 5.* vt carnibus, vino; *c. 2. ab exordio. diſt. 35.* aridioribus tantum vtatur, (f) *c. non oportet. 8. de conſecr. diſt. 5.*

28. Species ieiunii eſt abſtinere ab iniquitate & voluptate illicita. *c. ieiun. 25. de conſecrat. diſt. 52.*

29. Erat & olim conſecrationis *octauus effectus*; vt mulieres poſt partum ante purificationis tempus in eccleſiam, ſecundum legem Moſaicam, non admitterentur: ſed hodie ſtatim poſt partum admittuntur, *c. vn. de purific. poſt. part.*

TIT. XXIII.

DE ECCLESIARVM VNIONIBVS.

QVia, vt ſupra titulo decimo nono diximus, vna eccleſia in plures iuſta de cauſa poteſt diuidi; ita &, ſic rebus ſuadentibus, plures eccleſiae in vnam poſſunt coniungi; ideo de *vnionibus eccleſiarum* titulum ſubiungimus.

2. Res

(f) Haec ieiunia ſunt illae *Xerophagiae*, olim in Montaniſtis admodum reprobatae.

2. Res hoc ſuadere cenſetur, ſi aut *neceſſarium*, aut *vtile*. *c. expoſuiſti. 33. §. ſi euidens. de praebend. & dign.*

3. *Neceſſarium*; ſi ob paupertatem vna ex illis, vel omnes, alienis ſuppetiis egeant; *c. 3. vnio. in fin. C. 10. qu. 3. c. 49. poſtquam. C. 16. qu. 1.* ſingulae ſingulos ſacerdotes alere nequeant: *d. c. vnio. c. eam te. 4. in fin. de aetat. & qual.* & ſi propter hoſtium incurſus & terrores, vel etiam crebras infeſtasque hoſpitationes, altera eccleſia ſit deſolata. *d. c. poſtquam. 49.*

4. *Vtile eſt*; ſi id, locorum opportunitas vel temporum qualitas expoſcat; vt ſi eccleſiae adeo inuicem vicinae, vt facile vnus ſacerdos omnibus poſſit ſufficere. *c. 48. & temporis. C. 16. qu. 1.* ſi vnius aut omnium populus ſit oppido infrequens factus. *d. c. & temporis.* (g)

5. Vnire eccleſias poſſunt qualescunque, Pontifex; *c. ſicut vnire. 8. de exceſſ. Praelat.* in legatione ſua ſitas, niſi ſint collegiatae, Legatus eius de la-

(g) Adde, ſi praelatis, canonicis, monaſteriis aliisue de clero hoc vtile eſt. Pleraeque vniones in quaeſtum conuerſae ſunt, vt pluralitas beneficiorum palliaretur, & ex pluribus beneficiis *vnum* fieret. Inde praelaturis & monaſteriis plures agglutinatae ſunt eccleſiae parochiales, in quibus *vicarii* conſtituuntur, paſtores conducititii, exigua admodum mercede conducti, reditibus vnitarum eccleſiarum monaſteriis vel Praelatis cedentibus.

(h)

latere; *c. pen. de offic. Legat. in 6.* Caccialup. in tract. *de vnion. art. 3. num. 11.* in Dioeceſi propria exiſtens & ipſi ſubiectas, Epiſcopi: (h) *d. c. ſicut venire.* ſi quidem ſint confirmati, licet nondum conſecrati; *d. c. ſicut vnire. 8.* ex ſpeciali mandato Epiſcoporum, Vicarii; Caccialup. *vbi ſup. num. 23.* Petr. Peruſ. *tract. de vnion. cap. 4. num. 32.* Sede vocante, ita tamen, ne iuribus epiſcopalibus quid detrahat, capitulum: *Clem. 1. ſſ. adhaec. de ſtatu monach.* Caccialup. *vbi ſup. num. 19.* His inferiores Praelati, eccleſias, etiam pleno iure ipſis ſubiectas, vnire non poſſunt. Petr. *vbi ſup. num. 20.* Caccialup. *num. 20.* (i)

6. Vnionem tamen Epiſcopi ſine conſenſu Capituli ſui, *Clem. ſi vna. 2. de reb. eccleſ. non alien.* Caccialup. *art. 6. num. 1. eod tract.* & Praelati inferioris, (k) ad quem ius eccleſiae, quae vnitur, conferendae ſpectat, *Clem. ne in agro. 1. §. ad haec. de ſtatu monach.* Caccialup. *eod. num. 4.* facere non poſſunt; omnino ſine conſenſu Rectoris

(h) in terris proteſtantium immediate a *principe* fiunt, non a *conſiſtoriis*, non quod hic *actus Epiſcopalis reſeruatus* ſit, ſed quod cauſae arduae & maiores conſiſtorio competere non ſoleant. Si in diuerſis territoriis eccleſiae ſunt, vtriusque territorii dominus conſentire debet.

(i) Imo nec in Germania principes aut Epiſcopi contra ſtatum anni decretorii in I. B. conſtituti.

(k) vel etiam patroni laici, ſi eccleſia patronata vnienda eſt.

(l)

ris, qui eccleſiam vniendam poſſidet (l) *d. Clem. ſi vna.* Petr. Peruſ. *eod. tract. cap. 5. num. 5.*

7. Vniri ex Concilio Tridentino, *cap. 5. ſeſſ. 21.* poſſunt qualescunque eccleſiae Parochiales, Baptiſmales, & alia beneficia curata, vel non curata cum curatis; etiamſi generaliter vel ſpecialiter ſint reſeruata (contra quam olim Petr. Peruſ. *vbi ſup. n. 24. & 25.*); non eccleſiae parochiales Monaſteriis quibuscunque, aut Abbatiis, ſeu dignitatibus, ſeu praebendis eccleſiae cathedralis, vel collegiatae, ſiue aliis beneficiis ſimplicibus, aut Hoſpitalibus, militiisue. (m) *cap. 13. in parochialibus. ſeſſ. 24.*

8. Vniuntur eccleſiae varie: vel vt *vna alteri accedat*; vel vt *non accedat*, ſed omnes principaliter coniungantur; *vel vt vni Praelato omnes quidem ſubiiciantur*, ſed & omnes in veteri ſtatu maneant.

9. Si vna alteri tanquam acceſſoria vnitur; (n) illi-

(l) cuius non intereſt, cum demum poſt deceſſum eius effectum accipiat plenum.

(m) Hic abuſus olim fuit enormis, ſolius lucri cauſa introductus, cum monaſteria aut praelati maiores parochialibus eccleſiis praeeſſe non poſſent, ſed *vicarios perpetuos* conſtituere deberent, qui ab ipſis tenues reditus accipiebant. Inde vero factum eſt, vt inepti, famelici, aliique inſulſi eccleſiis parochialibus praeficerentur. Conf. LVNICH. *P. II. Spicileg. eccleſ. p. 72. ſqq.*

(n) Haec vnio vocatur *ſuppreſſiua* vel *extinctiua*, quoniam duae pluresque coetus vel eccleſiae in vnum corpus

illius, cui annectitur, naturam, priuilegium, conſuetudinem aſſumit: propria iura amittit. *d. c. ſicut vnire. 8. d. c. & temporis. 48.*

10. Nulla ſi alteri accedat, (o) non tantum omnes priſtinam naturam, priuilegia, conſuetudines, iura retinent; ſed & altera alterius priuilegia nanciſcitur. (p) *dd. cc. & c. quod translationem. 4. de offic. leg.* Petr. Peruſ. *d. tract. c. 1.*

11. Si vnio ita facta, vt omnes in veteri ſtatu maneant, (q) ſingularum dignitas non minus viget, ac ſi

---

pus coaleſcunt, eisdem ſacris interſunt, eodemque templo vtuntur, vocanturque omnes die Eingeſparreten.

(o) ita ſcilicet vt confundantur: vocatur haec *ſubiectiua*, quando quidem eccleſiae diſtinctae manent, ſed altera *principalis* fit, quam *matrem* vocant, altera eidem ſubiicitur, quam *filiam* vocant. Hoc vero rurſus duobus modis contingit, vt vel *eccleſiae matris* paſtor in *eccleſia filia* ſacra peragat, vel vt ſimpliciter *vicariam* conſtituat. Illud, non hoc, probari poteſt. Conf. de hac materia TVRRICELLIVS *de vnione benefic.* SLEVOGT. *de vnion. eccleſ.* HERTIVS *de eccl. filiabus.*

(p) Inde vulgatum illud; *filia ſequitur matrem*, quod tame vnice reſtringendum ad ea, quae neceſſario ex *vnione* fluunt. Sic filia eccleſia in territorio alieno ſita non ſequitur iurisdictionem eccleſiaſticam eccleſiae matris. *c. 1. X. de relig. domib.*

(q) Dicitur haec *aequalis*, ita facta, vt neutra ab altera dependeat, ſed in vtraque paſtor aequaliter reſidere teneatur.

(r)

ſi vnio facta non eſſet: & ſic diuerſae Dioeceſeos eccleſiae vniri poſſunt.

12. Ea tamen vnione neutri Epiſcoporum, quo minus vterque in ſibi ſubiecta eccleſia ius ſuum integrum retineat, fit praeiudicium. (r) *c. 2. de relig. domib. d. c. ſicut vniri. d. c. quod translationem. d. c. & temporis.*

13. Sed hoc modo vnius Dioeceſeos eccleſias parochiales, aut ſimplicia beneficia, ſeu praeſtimonia, aut praeſtimoniales portiones, vlla de cauſa alterius Dioeceſeos beneficio, aut monaſterio, vel loco etiam pio, in perpetuum vnire Concilio Tridentino vetitum. *cap. 9. ſeſſ. 14.*

14. Fit enim vnio vel *ad tempus*, vel *in perpetuum.*

15. *Ad tempus* facta cenſetur, ſi illud in vnione expreſſum; vel ſi ad vitam alicuius facta.

16. Ea, tempore, ad quod conceſſa, elapſo, vel extincto eo, ad cuius vitam conceſſa, diſſoluitur.

17. *In perpetuum* vnio facta intelligitur; ſi vel contemplatione eccleſiae, cui annectitur alia, vel ad ſedis Apoſtolicae beneplacitum, vt perpetua eſſet, ſit expreſſum. Petr. Peruſ. *d. tract. c. vlt.*

18. Haec diſſoluitur, ſi cauſa, ob quam facta, ceſſat;

(r) Si exceperis *ſuppreſſionam*, in qua tantum conſiſtorio eius eccleſiae, quae ſuppreſſa eſt; reſeruatur iuriſdictio in bona ibi ſita, in cauſis matrimonialibus illisque, quae non reſpiciunt *templum*, *aliaque iura parochialia.*

(s)

ſat; ſi illud eccleſiae, aut neceſſarium aut vtile, Peruſ. *d. tract. c. 1.* (s)

19. Diſſolutionem petere poſſunt omnes, quorum intereſt, Peruſ. *cap. 2. de reuocat. vnion.*

20. Eam cauſae cognitione, & his quorum intereſt adhibitis, Peruſ. *cap. 5. de reuoc.* poteſt concedere, qui vnire, Peruſ. *de reuoc. vn. cap. 5. num. 1. vsque ad 12.*

21. Ea conceſſa, omnia in antiquum ſtatum redeunt, Caecialup. Peruſ. *dd. locc.*

TIT. XXIV. III. x. 49.

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM.

Eccleſia, poſtquam diuinis officiis dicata, vel conſecrata, gaudet immunitatibus, eis Pontificum decretis (t) conceſſis.

2. Eſt *Immunitas*, vacatio muneris, a iure conceſſa.

3. Eſt vel *perſonalis*, vel *realis*.

4. *Illa* eſt, quae perſonis tribuitur; puta Clericis; vt ſcilicet a iurisdictione laicorum, & muneribus perſonalibus ſint liberi. *c. non minus. 4. hic. c. 40. generaliter. C. 16. qu. 1. c. 6. cui portio. C. 12. qu. 1. c. ſi Imperator. 11. diſt. 96:* vide ſupra *tit. de priuileg. Cleric.* niſi aut *pietas*, vt in tutela & cura mi-

(s) de hac vid. NICOLAI *reſol. 1.* Vocari alias ſolet die Ausſparrung.

(t) quid ni potius *Caeſarum* indultu, vt *antiquitates eccleſiaſticae* docent?

(u)

miſerabilium perſonarum; aut *neceſſitas*, (vt in murorum cuſtodia, belli, tumultus, ſeditionis tempore) aliud ſuadeat, *c. peruenit. 2. hic, c. 15. ſi nulla. C. 32. qu. 8.*

5. *Haec* eſt, quae tribuitur rei; vt eccleſiae, coemeterio, & rebus eccleſiaſticis.

6. Eccleſiae & coemeterio tribuitur; quod in iis nec poſſunt cauſae criminales, *c. cum eccleſia. 5. h. t.* nec ciuiles, vel canonicae exerceri; nec iudices laici hoſpitium quaerere; *c. 1. eod.* nec publicae quarumlibet ſocietatum, vniuerſitatum conciones, conſilia nundinarum, aliorumque ſecularium tractationes, (u) confabulationes, foeda & profana colloquia, & alia, quae cultum diuinum turbare, (x) vel impedire, aut diuinam maieſtatem poſſint offendere, (z) haberi; *c. decet. 2. h. t. in 6.* Quod

(u) *tractatus ſponſalitii* tamen etiam in eccleſia ſuſcipi & perfici poſſunt, quia ſunt negotium aliquod eccleſiaſticum vel quaſi. Similiter *promotiones academicae* non prohibentur, multo minus ſynodales conuentus, manumiſſiones, quae negotiis piis accenſentur.

(x) Nec tamen olim acclamationes populi in concionibus prohibitae erant, quamuis eſſent inconditae, ineptae & prorſus ambitioſae, vid. HILDEBRAND. *de concion. veter.* FERRARIVS *de vet. acclam. & plauſ. lib. V. c.* 4.

(z) Inde eſt *crimen turbatorum ſacrorum* pro ratione circumſtantiarum puniendum, aliquando *capitali poena*, vt IVSTINIANVS iam cenſuit. *auth ſed nouo iure. C. de Epiſc. & cler.* conf. LINCK. *de iur. templ. c.* 10. *n.* 44. Hoc committere dicuntur, qui paſtori concio-

Quod ab iis, ſi liber homo ad eas confugit, ad mortem aut aliam poenam corpoream, quodcunque crimen patrarit, extrahi non poſſit; (a) niſi vel publicus latro ſit, vel nocturnus agrorum depopulator, quiue itinera frequentata, & vias publicas, inſidiis in viatores paratis, obſideat. *c inter alia. 6. h. t.* niſi quis ſpe impunitatis homicidium, aut membri mutilationem in eccleſiis ipſis patrare auſus fuerit. *c. fin. eod.* Si ſeruus ad ea, quia ſeruitia domino praeſtare detrectat, confugit, domino petenti reddi debet; ſi ob domini ſaeuitiam confugit, itidem reddi, praeſtito tamen prius a domino iuramento de impunitate eius: ſi non reddatur, propria auctoritate poteſt extrahi. *d. c. inter alia 6.*

7. Quae immunitas non tantum eccleſiis conſecratis, ſed & non conſecratis, ſi quidem in iis diuina celebrantur officia; *c. eccleſia in qua 9. eod.* non tantum eccleſiis ipſis; ſed & circumiacenti loco, intra triginta ab eccleſiae ianuis paſſus, tribuitur; adeo vt ad eccleſias confugientem, vel intra triginta paſſus conſiſtentem, violenter abſtrahens ex-

cionanti obloquuntur, vtut ille in concionando excedat, qui rixas in eccleſia mouent, vſum ſacramentorum auſu temerario turbant, vel paſtori rem diuinam facienti vim inferunt &c.

(a) An inter proteſtantes ſine auctoritate conſiſtorii? Negant, quod ſeculari magiſtratui iuriſdictio in templa non competat. CARPZOV. *lib. II. I, C. def.* 244.

P (b)

excommunicetur, aliisque poenis legitimis plectatur, *c. 35. definiuit. c. 10. frater. c. 5. ſicut. c. 36. conſtituimus. c. 20. ſi quis contumax. C. 17. qu. 4.*

8. Rebus eccleſiaſticis immunitas tribuitur (b); vt ab onere tributorum, (c) aliarumque exactionum, quae a poteſtate ſeculari imponuntur, ſint exemtae; adeo, vt qui iis ea imponunt, aut exigunt, excommunicentur. *c. 1. §. volentes eod. in 6. & c. 4. & 7. hic. c. quanquam. 4. de cenſib. in 6.*

9. Si tamen magna ſit in Republica neceſſitas, aut euidens eccleſiae vtilitas, poſſunt, non coguntur, clerici, conſulto pontifice, laicis ſubuenire. *c. verſus. 7. §. verum. h. t.*

TIT. XXV. III. x. 36.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

RES ſanctas ſequuntur *religioſae*; quae piis vſibus deſtinatae; vt *religioſae domus, ſepulturae.*

2. Re-

(b) & quidem, vt aiunt, iure diuino, quod haec res ſint *poſſeſſiones DEI & patrimonium Chriſti. c. 65. C. 16. qu. 1.* ſed vid. CELSVS ANTISTIVS CONSTANS *de iure eccleſ. & ius paroch. ſect. V. c. 3.*

(c) Hoc reſtringendum ad onera nouiter bonis impoſita; quae iam olim illis impoſita fuere, illa perpetuo iis inhaerent, licet vel maxime in eccleſiam tranſeant. SPERELLVS *deciſ. for. eccl. 35. n. 3. 4.*

(d)

2. *Religioſae domus*, (aliter & hoſpitales, *c. 23. in qualibet. §. ſancimus. c. ſancitum. C. 23. qu. 8.* vel eleemoſynariae, *Clem. 2. de praebend.* dictae) ſunt, quaecunque religionis, vel pietatis intuitu, ſunt extructae.

3. Tales ſunt, *Xenodochia*, vbi peregrini pauperes recipiuntur; *Orphanotrophia*, vbi orphani, hoc eſt, parentibus orbati, nutriuntur; *Brephotrophia*, vbi pauperum, & expoſiti infantes aluntur; *Noſocomia*, in quibus aegroti pauperes a morbo curantur; (d) *Gerontocomia*, vbi ſenes & valetudinarii ſuſtentantur. *d. c. 23. in qualibet. §. ſancimus. C. 23. qu. 8.*

4. Hae omnes ſub eius Epiſcopi poteſtate ſunt, (e) in cuius territorio ſitae. *c. 10. omnes Baſilicae. C. 16. qu. 7.* niſi ſingulari priuilegio ſe exemtas docere poſſint. *c. cum venerabilis. 7. h. t.*

5. Quo tamen priuilegio, nec capellae ei ſubiectae gaudent; nec ſi certae rei vel loci ratione, hoc pri-

(d) His olim erant praefecti *Parabolani*, qui curam aegrotantium habebant, ſic dicti, quod periculis eſſent expoſiti. *l. 18. C. de Epiſc. & cler.*

(e) Si *auctoritate Epiſcopi* ſunt exſtructae, quo caſu demum iura & priuilegia eccleſiarum habent. Si *priuato auſu & arbitrio*, non fruuntur immunitatibus eccleſiaſticis. *l. 13. C. de Epiſc. & cler.* Neque enim priuatis interdictum eſt, *opera charitatis* exercere, quamuis hae immunitate eccleſiaſtica ſint deſtitutae, quod etiam in terris proteſtantium iuris eſt, ſi *auctoritate principis* haud confirmatae ſunt.

 (f)

priuilegium conceſſum; aliae res, aut loco alio, *c. cum capella. 16. de priuileg.* eo potientur.

6. Poſſunt etiam Epiſcopi, hoc priuilegio non obſtante, ſi harum domuum Rectores res earum collabi ſinant, eas ſalubriter reformare; & ſi quae occupata, alienata, deperdita ſint, ea vt in priſtinum ſtatum redigantur, procurare; contradictores cenſura eccleſiaſtica & aliis remediis compeſcere. *Clem. 2. in princ. h. t.*

7. Si priuilegium non habent; poteſt Epiſcopus in eis, hominibusque illis deputatis, exercere ea, quae ſunt legis dioeceſanae; & ea, quae iuris Epiſcopalis, vel iurisdictionis contentioſae: *c. 17. monaſteria. C. 18. qu. 2. &* Hoſtienſ. *hic.* inprimis attendere debet, vt ea, quibus conſtitutae ſunt, obſeruentur, *c. de Xenodochiis. 3. eod.* ad profanos vſus non conuertantur; *c. ad haec. 4. eod.* nec clericis, licet conſuetudine id fuerit alias obſeruatum, in beneficium conferantur; *Clem. 2. §. vt autem. eod.* de bonis & honeſtis Rectoribus iis prouideatur; *d. Clem. 2.* ita tamen, vt ab iis iuramentum exigatur (f) & inuentaria de bonis conficiantur, ſingulis annis de adminiſtratione rationes reddantur. *d. Clem. 2. §. 1. verſ. illi etiam.* niſi ſint ho-

(f) ad inſtar *tutorum & curatorum*, vt dicitur in cit. *clem.* 2. quod etiam conforme eſt *Receſſui Imp de ann.* 1548. *&* 1577. *tit.* von Pupillen und minderjährigen, & ad quoscunque adminiſtratores bonorum eccleſiaſticorum pertinet.

(g)

hoſpitalia ordinum militarium, aut aliorum religioſorum; hos enim, vt ordinum inſtitutiones & conſuetudines obſeruent, cogere debet. *de Clem.* 2. §. *praemiſſa.*

TIT. XXVI.

DE MONASTERIIS.

Species religioſae domus, eſt *Monaſterium*, ſeu clauſtrum. (g)

2. Hoc ei Epiſcopo eſt ſubiectum, in cuius Dioeceſi eſt ſitum; *c. cum venerabilis.* 7. *& c. pen. de relig. domib.* niſi priuilegio ſe eius iurisdictione eſſe ſubtractum probet. *c.* 2. *eod.*

3. Quo caſu monaſterium quidem eſt exemtum, non capellae ei ſubiectae. *c. ex ore.* 17. *de priuileg.*

4. Poſſunt etiam Epiſcopi, quamuis monaſteria ſint exemta aut priuilegiata, ſi Abbates & Praepoſiti ſint negligentes, ad morum, ſecundum eorum regulam, reformationem procedere. *can.* 1. *viſis C.* 16. *qu.* 2. *c. quanto.* 7. *de offic. ordin.*

5. Mo-

(g) Nam & hoc eiusque bona immunitatibus eccleſiaſticis fruitur, quod oſtendit ENGEL *de priuil. monaſter. &* TAMBVRINVS *de abbat.* Eodem iure cenſentur *commendaturae* & *prioratus* ordinum militarium, qui ad monaſtica inſtituta ſunt quodammodo compoſiti.

5. Monachi ex monaſterio exemti ad prioratus, (h) ordinariis ſubiectos translati, ordinariis, quamdiu ibi manent, ſubiacent; *c. 1. §. in eos. de priuileg. in 6.* imo extra monaſterium degentes, coram locorum ordinariis, in cauſis mercedum ciuilibus & miſerabilium perſonarum, conueniri poſſunt. *Concil. Trident. cap. 14. ſeſſ. 7.*

TIT. XXVII. III. x. 28.

DE SEPVLTVRIS.

S*Epulturae*, ſunt res religioſae, (i) ſi quidem ſint in

(h) Dicuntur *prioratus* etiam *obedientiae*, ſuntque nihil aliud, quam *monaſteria parua*, in quibus pauciores monachi ſub *priore* viuunt, tanquam coloniae quaedam ex maiori deductae. Nobiliora monaſteria plures eiusmodi prioratus habebant, qui illi ſingulis annis cenſum ſoluebant, certisque diebus ad conuentum indictum monachi eiusdem adeſſe debebant. Huius inſtituti duplicem aſſignat cauſam MABILLON. *in praef. act. Bened. ſec. V.* §. 53. (1) vt quia, creſcente Monachorum numero, omnes non facile intra vnius loci ambitum contineri poſſent, in varia loca diſperſi degerent: (2) vt, cum diteſcentibus monaſteriis praedia, fundi, villaeque plures accesſiſſent, quo fructuoſior & fidelior eorum eſſet adminiſtratio, monachos fertilioribus locis praeficerent, & colonos in officio continerent.

(i) Sepulturae potius ad *liturgiam* ſeu *cultum diuinum* referuntur, propter miſſas, quae pro defunctis fiunt, aliaque ſacra. Hinc nemini permiſſum eſt, citra eiusmodi li-

in coemeterio eccleſiaſtico (k) factae.

2. Non enim hoc iure, vt ciuili, quisque locum religioſum poteſt facere: ſed tantum Epiſcopus, (l) *cap. ad haec. 4. de relig. domib.* Innoc. *ad c. abolenda. 13. hic.* purum locum conſecrando.

3. Sepeliri quisque debet in eccleſia parochiali, vel vbi maiorum ſuorum ſepulcra conſtituta reperiuntur, aut quem locum, etiam minus religioſum, *c. 2. §. fin. h. t. in 6.* ipſe delegerit, (m) *c. 7. placuit. C. 13. qu. 2. c. 1. & c. fraternitatem. 3. hic. c. is qui. 8. c. licet. 4. eod. in 6.* nulla inter virum & mulierem facta hic diſtinctione. *c. de vxore vero 7. eod.*

4. Quae

liturgiam cadauer terrae mandare, quia priuati circa liturgiam diſponere nequeunt. Ipſa *coemeteria* vero ad *res religioſas* a Pontificibus referuntur.

(k) Horum originem in *orig. eccleſ. c. 22.* euolui.

(l) Cum noſtrates, quamuis erronee, principi adſcribant *ius Epiſcopale*, hinc ſine eius auctoritate coemeterium exſtrui non poſſe, affirmant, CARPZ. *lib. 2. I. C. def. 385. n. 1.* quod tamen recte reprobat B. STRYKE *in V. M. ad tit. de relig. §. 11.* Benedictione nulla vtimur, intuitu cuius erectio Epiſcopo debetur, ipſaque coemeteria ſunt *res vniuerſitatis*, quae principis auctoritatem non requirunt.

(m) forſan in monaſteriis: haec electio vel ideo ſuperſtitioſis laicis danda erat, vt monaſteriis inde lucrum inſigne accederet, & eccleſia partem de tunica caperet. Sane, qui vult in monaſteriis ſepeliri, gratus erga monaſterium eſſe iubetur, hoc vero *quartam canonicam* eccleſiae parochiali de hiſce legatis ſoluit. vid. §. 6. *h. t.*

4. Quae tamen, ſepultura non electa, cum viro vltimo, ſi plures habuerit, ſepelienda; vtpote cuius domicilium & honorem retinet. *c. 3. §. fin. eod. in 6.*

5. Eligere ſepulturam quisque poteſt; niſi ſit filius familias impubes, *d. c. de vxore. §. fin.* quem pater, ſi id loci conſuetudo patiatur, vbicunque voluerit; ſi id non patiatur, cum maioribus ſuis, vel in eccleſia parochiali, debet tumulare: *c. pen. eod. in 6.* niſi ſit religioſus, qui apud proprium monaſterium ſepulturae tradendus: niſi cum moritur, adeo ſit remotus, vt commode ad illud exportari nequeat (n) *c. fin. eod. in 6.*

6. Sepulturam ſi quis in locis religioſorum ordinum Minorum aut Praedicatorum elegerit, eam illi concedere poſſunt, modo quartam partem funeralium omnium & quarumcunque obuentionum ſibi relictarum, ac omnium, de quibus portio Canonica alioquin eſſet detrahenda, Parochae eccleſiae ſoluant. *Clem. dudum. 2. h. t. c. deteſtandae. Ext. h. t. c. inter cunctas. 1. Ext. de priuileg.*

7 Nullis clericis quem ad vouendum, iurandum vel fide interpoſita, vel alias promittendum, ad ſepulturam in eorum eccleſiam eligendam, vel electam

(n) tunc enim cadauer in illa ſepeliendum parochia, in qua defunctus mortuus eſt. Si ad propriam defertur parochiam, nec ſic immunis eſt defunctus a tributo, quod exſoluendum parochis, in quorum parochia mortuus.

(o)

ctam non mutandam inducere permittuntur (o); ſi fecerint, eius eccleſiae ſepultura accipienda, cui ſepeliendi ius competebat; Clerici cadauer ſepultum petentibus; & omnia eius occaſione accepta intra decennium debent reſtituere. *c. 1. h. t. in 6.*

8. Debite electa ſepultura, ea, vbi defunctus elegit, fieri debet, praeſtita tamen eccleſiae, a qua diuina officia audire, & eccleſiaſtica ſacramenta recipere conſueuit, (p) Canonica ſua portione. *c. 2.* vbi Gl. *eod. in 6.*

9. Ea de iure eſt eius, quod pro anima ſua eccleſiae, in qua ſepeliri voluit, reliquit, quarta, ex conſuetudine modo tertia, modo dimidia. *c. 1.* vbi Gl. *& c. certificari. 9. eod.*

10. Ea, ſi quis duo habens domicilia, & aequaliter in vtroque ſe collocans, tertio in loco (q) ſepulturam delegerit, inter amborum domiciliorum eccleſias diuidetur. *c. 2. verſ. cum ab eo. eod. in 6.*

11. Se-

(o) adeo abuſus ex hac *libertate eligendi ſepulturam* irrepſerant, vt monachi potiſſimum laicos inducerent, ad ſepulturam in clauſtris eorum eligendam, quippe quo inſignes acceſſiones ad eorum patrimonium fiebant.

(p) Hoc tunc attendendum, ſi forſan dubitatur, vbi quis Parochiam habeat? ſi propter aedium, quas inhabitat, immunitatem, ad nullam parochiam adſtrictus ſit? ſi plane extraneus ſit?

(q) Si vero in alterutra ſepelitur, alteri non debetur, cum extra ſuam parochiam non ſit ſepultus.

11. Sepultura non electa, quisque in coemeterio parochialis ſuae eccleſiae, vel vbi decimas ſoluit, vel vbi ſepulchra maiorum, (r) *c. 1. h. t. c. 3. §. 1. eod. in 6.* non in alius, debet ſepeliri. *c. ex parte. 5. c. cum liberum. 6. in noſtra. 10. h. t. c. 6. vbicunque. §. ſi autem. §. quia ergo. §. fin. C. 13. qu. 2.*

12. Si quis domicilium transfert, in loco, ad quem transfert, eſt ſepeliendus, *d. c. vbicunque. §. fin.* niſi ad tempus transtulerit. *c. is qui habet. 3. h. t. in 6.*

13. Sepultura non in eccleſia, ſed in atrio vel porticu, vel extra eccleſiam in coemeteriis fieri debet, *c. 15. praecipiendum. in fin. c. 16. quibus c. 18. nullus. C. 13. qu. 2.* niſi Epiſcopus, Abbas, Presbyter, vel laici honoratiores & fideles (s) ſepeliantur. *d. c. nullus.*

14. Fieri debet ſepultura *eccleſiaſtice*, (t) more &

(r) qualia ſunt *hereditaria* vel *familiaria*, de quibus egi in *iure paroch. ſect. 4. c. 2. §. 14. ſeqq.*

(s) quales ſunt, qui grati erga eccleſiam ſunt. Sine denario ſacro enim nemo in templo ſepelitur, nec inſignia eius ſuſpenduntur. Hic fidelis eſt, vtut peſſime ſaepe vixerit. De fatis ſepulturae huius dixi *in orig. eccl. c. vlt.*

(t) h. e. adhibita liturgia praeſcripta, quam ſolus ille remittere poteſt; qui ius diſponendi circa liturgica habet. An ergo princeps in terris proteſtantium? Id ante aliquot annos a clero Suecico in dubium vocatum fuiſſe, quis crederet? Sed vid. *diſſert.* ill. Dn. THOMASII de

& ſolennitatibus conſuetis; puta cum lumine, pſalmis, & ſacris orationibus, *c. 28. qui diuina. C. 13. qu. 2.* & oblatione, vbi ſit defuncti commemoratio, *c. 12. placuit vt. C. 23. qu. 5.* isque in loco conſecrato terra operitur, accedente aqua benedicta, & plerumque thurificatione, conuocatione cleri, *c. 1. §. caeterum. verſ. porro. de priuil. Ext. commun.* & populi.

15. Sic tamen non omnes ſepeliri debent; nam quibus non communicamus viuis, nec defunctis comunicare debemus. (u) *c. ſacris. 12. in princ. h. t.*

16. Non ergo eccleſiaſtica ſepultura ſepeliuntur excommunicati. *c. quicunque. 2. in princ. de haeret. in 6. c. Epiſcoporum. 18. verb. aut. excommunicatos. de priuileg. in 6.* interdicti, *d. c. Epiſcoporum. verb. vel interdictos. & c. quod in te. 11. §. 1. de poenit.* vſurarii manifeſti, *c. 2. in princ. vsque ad §. nullis. de vſur. in 6.* Iudaei, Pagani, Haeretici; (x) *c. eccl. 8. de conſecr. diſt. 1.* qui decimas eccleſiæ debitas poſſidens non reſtituit, *c. prohib. 19. de dec.* qui noua ve-

de iure princip. circa ſolen. ſepult. Maiores noſtri in hac re ſimpliores erant, de quibus TACITVS; *apud Germanos nulla ambitio funerum.*

(u) ecce noua banni ſpecies, quae vocatur der Todten-Bann.

(x) Hoc tamen in I. P. *art. V. §. 35.* temperatum quoad tres religiones in imperio approbatas.

(y)

vectigalia ſine principis conſenſu impoſuit; *c. innouamus. 10. de cenſib.* ſacramentum poenitentiae quotannis, ſacramentum Euchariſtiae cum poſſet, in quolibet feſto paſchatis, reſurrectionis, non ſuſcepit; (y) *c. omnis vtriusque 12. de poenit. & remiſſ.* fures, latrones; *c. 2. de furt.* raptores; *c. 2. de raptoribus.* qui in torneamentis pugnandi animo accedens, *cap. 2. de torneam.* deceſſit; *c. 1. in fin. eod.* ſe ipſum interimens, (z) *c. 12. placuit. C. 23. qu. 5.* propter ſua ſcelera & delicta morte affectus; *d. c. ſacris 12. h. t.* exenteratus, ſeu cuius oſſa a carne elixatione ſunt ſeparata, alio transferenda; *c. 1. hic. Ext. com.* qui Presbyterum contra eccleſiae prohibitionem tutorem reliquit; *can. neque apud. 14. diſt. 88.* in Deum & Sanctos blaſphemus, (a) *c. 2. de maledicis.*

17. Qui tamen puram egerunt confeſſionem, ac dignam poenitentiam, eis nec communio, nec eccleſiaſtica ſepultura denegatur. *c. quaeſitum. 30. cauſ. 13. qu. 2. & fin. hic.*

18. Si

(y) Etiam in noſtris eccleſiis contemtores Euchariſtiae a ſolenni ſepultura excludunt ordinationes eccleſiaſticae.

(z) deſtinato conſilio, non culpa, non melancholia aut phreneſi.

(a) alicubi etiam, ſed ſine ratione, infantes, nondum ſuſcepto baptiſmo mortui, vel puerperae inter labores partus decedentes.

(b)

18. Si non poenituerint, & eorum cadauera vel vi vel caſu fuerint eccleſiaſtice ſepulta; ea, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poſſunt, alias non, exhumari debent, & procul ab eccleſiaſtica ſepultura iactari; *d. c. ſacris. 12.* coemeterium ita pollutum, priusquam alii Chriſtiani ibi condantur, iure antiquo, reconciliari. *c. conſuluiſti, 7. de conſecr. Eccl. vel Altar.*

19. Qui ea eccleſiaſticae ſepulturae dederunt, ipſo facto excommunicantur, & manent tales, donec ad arbitrium Epiſcopi Dioeceſani, ei, cui iniura fuit irrogata, ſatisfecerint; nullo eos priuilegio adiuuante. *Clem. 1. & 2. h. t.*

TIT. XXVIII. III. x. 5.

DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBVS.

ABſolutis rebus ſpiritualibus corporalibus, transeamus nunc ad res *ſpirituales incorporales.*

2. Eae ſunt, quae in iure conſiſtunt; vt *praebenda, ius patronatus, cenſus, exactio, procuratio, canonica portio.* De quibus ordine tractabimus.

3. *Praebenda*, eſt ius percipiendi reditus eccleſiaſticos, ratione diuini officii, cui quis inſiſtit. (b)

4. Alia

(b) Ante ſeculum VI. hae ignorabantur. De reditibus eccleſiaſticis clerici alebantur, qui inter eos ab Epiſco-

4. Alia eſt *canonicatui* (c) *annexa*, alia *ſine ea* (d) confertur. Gl. *in c. cum M. Ferrarienſis, 9. in verbo: receperunt. de conſtit.*

5. *Praebendam, beneficium & titulum* nihil reipſa intereſt; vſu tamen loquendi in alia eccleſia vocatur praebenda, in alia beneficium, ſeu titulus. *ſecund.* Pac. *Iſag. Decret. hoc. tit.*

6. Introductus praebendae vſus, vt qui in eccleſia de-

ſcopo diſtribuebantur. Seculo VI. quibusdam Parochis, qui remotius ab Epiſcopo viuebant, bona quaedam aſſignata ſunt: vita canonica introducta, vsque ad ſeculum XI. clerus cathedralis eccleſiae de communi viuebat menſa, donec tandem hanc vitam relinquerent, & bona inter ſe diſtribuerent. Inde *beneficia* ſunt dicta, quia reuera ſunt *feuda eccleſiaſtica*, quorum ordinarius collator eſt Epiſcopus.

(c) Canonicatus denotat *ius habendi ſtallum in choro & vocem in capitulo*, & ſic ipſum canonicorum munus. Vtile, quod ei cohaeret, eſt praebenda, h. e. ſalarium canonicatui cohaerens, ſed quia canonicatus ambiuntur propter commoda, haec vſu vulgari etiam *canonicatus* dici coepere.

(d) veluti ex gratia depauperatis laicis. Talem ſibi ab Epiſcopo GEBHARDO Spirae expetebat HENRICVS IV, ab omnibus derelictus, de quo HELMOLCVS *lib. I. chron. Slau. c.* 33. ita: *Ecce deſtitutus regno decidi a ſpe: nihilque mihi vtilius eſt, quam renunciare militiae. Da mihi ergo praebendam apud Spiram, vt ſim famulus dominae meae DEI genitricis* &c. *Ad quem ille, per matrem, inquit, domini, non faciam, quod petis.*

(e)

debitum ſeruitium praeſtat, ab eadem eccleſia pro dignitate & officio ſufficienter ſuſtentetur. Qui enim altari ſeruit, de altari viuere debet. *c. ex his. 22. cauſ. 12. qu. 1. c. 67. Eccleſiaſticis. C. 12. qu. 2.*

7. Hinc Epiſcopus, qui aliquem ſacros ad ordines promouit, nulla ei praebenda aſſignata, eum ipſe, vel eius ſucceſſor, *c. cum ſecundum. 16. h. t.* ex propriis facultatibus, niſi is ſit locuples, alere debet, donec certum ei titulum contulerit, *c. 2. & 4. & c. tuis quaeſtionibus. 23. h. t.*

8. Quod onus etiam incumbit ei, qui ex poteſtate ſibi generaliter tradita Clericos ad ſacros Ordines ſine titulo euexit; qui certas perſonas ad Ordines euehi mandauit; vel eis ius, vt ab aliis poſſint promoueri, fecit. *c. ſi Epiſcopus. 37. eod. in 6.*

9. Eadem ratione, qui ad Canonicatum eſt receptus, quam primum ſe facultas obtulerit, (e) & praebenda gaudere, *c. relatum. 9. in fin.* vbi Gl. *bic.* interim diſtributiones quotidianas (f) percipe-

(e) Non omnes enim, numero canonicorum inſerti, ſtatim praebendam accipiunt, ſed hi ſunt vel *maiores*, vel *minores*, vel *electi*. Hi in quibusdam eccleſiis nudam exſpectatiuam habent, iſti exiguos reditus percipiunt, & iuxta *ſenium* aſcendunt ad claſſem maiorum: iſti integros fructus percipiunt, quamuis alicubi hi rurſus in *plene participantes*, & *minus plene participantes* diſtinguantur.

(f) his olim alebantur clerici, quae tamen ſimul retentae ſunt, praebendis licet introductis.

(g)

pere debet. *d. c. relatum. 9. & c. dilectus filius. 19.* vbi Gloſſ. *eod.*

10. Is cui praebenda data, aliquando in dignitate eſſe dicitur.

11. Eſt *dignitas*, praerogatiua perſonae eccleſiaſticae, qua praediti Praelati appellantur, & habent iurisdictionem eccleſiaſticam; (g) vt *Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Abbatia, Prioratus.* (h) *c. de multa. 28. hic. c. 3. de offic. ordin. c. 2.* & ibi Gloſſ. *c. vlt. de iudic. c. reprehenſibilis. 26. de appellat.*

12. Dignitas & perſonatus pro eodem accipiuntur; *c. cum acceſſiſſent. 8. de conſtit.* ſed fortaſſe pro loquendi conſuetudine, alibi vocatur dignitas, alibi perſonatus. Panorm. *c. 28. de multa. n. 21. h. t.*

13. Praebenda omnis tribus modis erigitur; *fundatione, reſtitutione, immutatione.*

14. *Fundatione*, cum de nouo fundatur. *Clem. fin. de reſcr. c. dilecto. 25. de praebend. c. 1. de verb. ſignif. in 6. c. ad audientiam. 1. & c. 2. de eccl. aedif.*

13. Re-

(g) vel licet talem non habeant, *praerogatiua* tamen fulgent prae reliquo clero, quo ſenſu etiam *capitulares* die Dom- und Chor-Herren *dignitatem* eccleſiaſticam habere dicuntur.

(h) Decanatus, Praepoſitura, Theſaurariatus &c.

(i)

15. *Reſtitutione*; cum beneficium extinctum vel ſuppreſſum in priſtinum ſtatum reſtituitur, *vt in tex. c. ex parte 12. de conſt. c. cum. M. 9. eod.* vel vnita beneficia diſſoluuntur. *vt in c. 1. non ſede vacant.*

16. *Immutatione*; cum forma beneficii & qualitas mutatur: vt ſi Abbatia fiat Epiſcopatus; Epiſcopatus Archiepiſcopatus; *vt in c. Saluat. Ext. hic.* regulare fiat ſeculare; vel contra, *vt in c. inter quatuor, 5. de relig. de domib. c. ad audientiam in 2. de eccl. aedif. can. 4. quae ſemel. C. 19. qu. 3. can. 20. peruenit. C. 18. qu. 2.*

17. Erigere beneficia (i) poſſunt *ſummus Pontifex, Epiſcopus, Capitulum, Priuatus.*

18. *Summus Pontifex* ſolus erigit beneficia maiora; vt Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, & ſimilia. *c. ſicut vnire. 8. de exceſſ. Praelat. c. quod translationem, 4. de offic. Legat.* in eccleſiis collegiatis nouas & inuſitatas dignitates ponit; *not. ad c. cum olim. 6. de conſuet.* Felin. *ad d. c. 1. cum acceſſiſſent.* ex regularibus ſecularia facit; (k) *can. quae*

(i) quia beneficia dantur propter officia ſacra, hinc eorum erectio noua potius ſubintelligenda, quae olim nec imperatoribus denegata fuit. vid. PETRVS DE MARCA *d. C. S. & I. lib. 2. c. 8. ſq.*

(k) quod vel ideo ſoli papae debetur, quia conditio beneficiorum talium deterior ſit. Regulares enim in perfectiori ſtatu eſſe putantur, quam ſeculares canonici, & ſic admodum difficile creditum fuit ex regulari beneficio ſeculare facere.

quae ſemel. C. 19. qu. 3. Canonicatum ſupernumerarium ad effectum, dignitatem, vel officium, vel adminiſtrationem in eccleſia obtinendi, creat; (l) *§. fin. de reſeru. in concord.* Fac. *c. delictae. 25. de praeb.* in locis exemtis alia beneficia dat. *c. auctoritate. 4. de priuil. in 6.*

19. *Epiſcopus* in ſua dioeceſi (in aliena enim habetur pro priuato. *c. ſi quis Epiſcoporum. C. 16. qu. 5.*) omnia minora beneficia, Capituli ſui conſilio adhibito, creat; *c. nemo. 9. de conſecr. diſt. 1.* ex ſeculari regularem facit; *can. 78. ſi Epiſcopus. C. 12. qu. 2. c. inter. 5. de relig. domib.* non contra; *d. can. quae ſemel* & *c. inter quatuor. 5. de relig domib.* niſi auctoritate Papae; *vt in c. cum venerabilis. 21. de cenſib.* & *c. relatum 7. ne cler. vel monach.* & *9.* aut niſi aliter quam per ſubrogationem Clericorum ſecularium regularis reformari non poſſit; *d. c. inter quatuor. 5.* at dignitates vſitatas, in aliis, & in ſua eccleſia; creat. *d. c. cum olim. 6. de conſuet.*

20. *Capitulum* tantum praebendam in ſpecie dictam (m) creat, & ſuppreſſam dignitatem reſtaurat. *d. c. cum acceſſiſſent. 8. de conſtit. c. dilect. 19. h. t.*

21. *Pri-*

(l) In Germania id non admittit *Inſtr. P. art. V. §. 10. 23.* iis in capitulis, in quibus vtriusque religionis conſortes adſunt, in quibus ad illum numerum, qui anno 1624. adfuit, praeciſe reſpiciendum.

(m) absque *dignitate eccleſiaſtica* ſtricte dicta.

(n)

21. *Priuatus* beneficium erigit, (n) non per ſe, ſed licentia & Epiſcopi auctoritate accedente: (o) *c. nemo. 9. de conſecr. diſt. 1.* ea non accedente, priuata oratoria conſtruit & dotat. *can. vnicuique 33. eod. diſt. 1. c. patentibus. 8. de priuil. c. fin. de cenſib.*

22. In erectione beneficiorum debent obſeruari *locus, cauſa, perſonae, dos, eccleſia.*

23. *Locus*; ut is ſit beneficii qualitati (p) conueniens & congruus. *can. 28. eccleſ. C. 16. qu. 7. can. eccleſias per congrua. 13. de conſecr. diſt. 1. cap. Saluator. 5. de praeb. Ext.*

24. *Cauſa*; vt ſit legitima; videlicet gentem de nouo eſſe ad fidem conuerſam; *can. 2. nulli Archiepiſcopi. diſt. 99.* eccleſiam erectam, difficulter aut nullo modo hiemali tempore adiri poſſe; *vid. c. 3. de eccl. aedif.* nouam ex deuotione fidei & pietatis, non ob quaeſtum, *can. ſi quis baſilicam 10. de conſecr. diſt. 1.* aut per ſuperſtitionem, (q) *c. placuit. 29. de conſecr. diſt. 1.* aedificari.

25. Per

(n) vel *dotando*, vel *exſtruendo*. Sic qui altare vel capellam erigit, & ſufficienter reditus eidem aſſignat, vt clericus ſacrificator exinde ali poſſit, erexiſſe beneficium dicitur.

(o) Vtplurimum *ſubſequente*: ſolent enim eiusmodi erectiones nouorum beneficiorum in teſtamentis ordinari.

(p) Neque enim Epiſcopatus ad quemuis locum quadrant,

(q) quis vero de hoc iudicabit? Clerici. At hi nun-

Q 2 quam

25. *Perſonae*; vt eorum, quorum intereſt fieri aut non fieri beneficium nouum, (r) conſenſus adhibeatur. *c. ad audientiam, 3. de eccleſ. aedif. Clem, 2. de reb. eccl. non alien. can. 51. multis. C. 16. qu. 1.*

26. *Dos*; nempe vt ſufficiens conſtituatur; *can. cum ſicut. 8. de conſecrat. eccl. c. 26. piae mentis. C. 16. qu. fin.* ex qua puta poſſint beneficiati ſine magna penuria viuere, iura Epiſcopalia ſoluere, hoſpitalitatem tranſeuntibus impertiri. *can. 2. de ſupplem. neglig. Praelat. c. de monachis. 12. de praeb. can. 7. cauendum. can. 9. relatum. C. 16. qu. 3.*

27. *Eccleſia*: vt ea publice deſignetur, facta ab Epiſcopo conſecretur, iuxta form. *in can. nemo. 9. de conſecr. diſt. 1.* vide quae ſub *tit. de aedif. & ſeq.* *diximus.*

28. Erecta beneficia curae & ſolicitudini eius Epiſcopi relinquuntur, in cuius Dioeceſi ſunt. (s) *can. 10.*

quam ſuperſtitioſum beneficium allegabunt, quod lucroſum eſt. Interim ſi ex *poſt facto* appareat, beneficia eſſe *ſuperſtitioſa*; quod noſtri ex ſuis principiis intuitu multorum cenſuere, in alia magis licita & religioni conuenientiora mutanda ſunt, quod etiam gentiles cenſuere. *l. 16. D. de red. leg.*

(r) Vtpote ſi noua *eccleſia parochialis* exſtruenda, audiendas eſſe volunt circumiacentes parochiales eccleſias, vtpote quibus *ius probibendi* aſſignant.

(s) vel in terris proteſtantium curae & inſpectioni principis, in cuius territorio deprehenduntur, ſuſpenſa Epiſco-

10. omnes baſilicae. C. 16. qu. 7. can. obitum. 16. diſt. 61. niſi ab ea priuilegio aliquo ſint exemta; *c. cum & plantare. 3. de priuil. c. 2. de ſupplend. negl. Praelat.* quae Pontificis ſummi diſpoſitioni ſubſunt. *can. praepoſuit. 4. de conceſſ. praebend.*

TIT. XXIX. III. x. 8.

DE COLLATIONIBVS.

Diximus ſuperiori titulo. quomodo beneficia erigantur: videamus nunc, quomodo erecta quis adipiſcatur.

2. Quod fit vel *collatione*, (t) cum praebendae ſunt liberae; vel *inſtitutione*, cum non ſunt liberae, ſed in aliquorum tutela aut patrocinio.

3. *Collatio* eſt libera quaedam praebendae conceſſio.

4. Fit vel *ordinarie*, vel *extraordinarie*.

5. *Ordinarie*; cum eam faciunt Epiſcopi, (u) Ca-

piſcoporum iuriſdictione in territoriis proteſtantium I. P. *art. V.* §. 48.

(t) aequipollet haec conceſſioni *feudorum*, quae etiam *collatio* vocatur. *Electionis* appellatio ibi magis vſitata eſt, vbi votis maioribus deſignatur perſona ad officium eccleſiaſticum.

(u) Hi olim bona eccleſiaſtica adminiſtrabant, reditus in clericos diſtribuebant, & tandem bona iis aſſignabant, vnde *ordinarii collatores* dicti ſunt.

Capitulum, (x) aliique Praelati, ſiue ſeculares, ſiue Regulares, ex *lege*, vel *ex conſuetudine*, facultatem praebendas concedendi habentes. *c. poſtulaſtis 15. accedens. 14. c. cum noſtris. 6. de conceſſ. praeb.*

6. Conſuetudo ante omnia attendenda. Nam ſi ex ea *Capitulum ſolum* conferre ſoleat, ſoli hoc ius ei permittetur; niſi per ſex menſes id differat; (y) tum enim Epiſcopus, conſilio virorum religioſorum adhibito; aut ſi & is negligens, Metropolitanus negligentiam ſupplebit: *c. ex parte 10.* vbi Abb. *eod.* Si *Praelatus cum Capitulo*, vtriusque factum & conſenſus exigitur, *c. 1. in princ. ne ſede vacant in 6.* niſi in altero ſit impedimentum moris, ſuſpenſionis, excommunicationis maioris. *d. c. 1. in princ. c. vn. Ext. eod.* Si *Epiſcopus ſolus*, *ſed cum conſilio capituli*; hoc ſe non poteſt intromittere, niſi Epiſcopus iuſto impedimento non impedi-

(x) magis ex *conſuetudine* & *pacto antiquo*, quam *iure communi*, poſtquam, deſerta vita communi, ipſimet bona capituli inter ſe diuiſerunt, de quo vid. *fragm. hiſtor.* apud MABILLON. *tom.* 1. *analect. p.* 51. *ſq.* & hac occaſione vacantium praebendarum collationem ſibi attribuerunt. *c.* 31. *X. de elect.* Acceſſit, quod capitula in peculiare corpus coaleſcerent, res ſuas ſeorſim haberent, & infinita iis ſpeciatim legarentur, quorum adminiſtrationem & diſpenſationem paulatim ad ſe traxere.

(y) Ante declarationem tamen ſuperioris res adhuc eſt integra. *c.* 5. *X. de ſupplend. neglig praelat.* In terris proteſtantium *ius deuolutionis* exercet princeps.

(z)

ditus, per ſex menſes, a die notitiae, non vacationis tempore, numerandos, collationem differant, *c. 2. in fin. eod.*

7. *Extraordinarie* fit *collatio*, vel ex *mandato Legati*, vel *reſcripto Pontificis.*

8. Circa *Legatos* (qui triplices ſunt; *miſſi, nati,* & *de latere, ſupra de offic. Legati*) eſt differentia: *Legati* enim *miſſi* vel *nati*, vigore ſuae legationis non conferunt, niſi ipſis ſpecialiter concedatur: *Legatis* vero *de latere* ſine (z) ſpeciali conceſſione, etiam eccleſiaſtico Patrono inuito, conferendi facultas competit. *c. dilect. 6. de offic. leg. c. 1. eod. in 6.*

9. Niſi α) officium eius ſit finitum; tunc & ſimul eius reſeruatio finitur; ſiquidem durante officio ad collationem non ſit progreſſum; *c. 3. verſ. dummodo ad collationem. de offic. Leg. in 6.* niſi β) vna eiusdem legati reſeruatione pendente, in eadem eccleſia faciat aliam: *d. c. 3. §. caeterum.* niſi γ) eccleſiam cathedralem, regularem vel collegiatam, eiusue dignitatem electiuam conferat. *c. deliberatione. 4. in princ. vsque ad §. probibemus. eod. in 6.*

10. *Pontifex* collationem facit, cum vel *motu proprio*, vel ad *alterius petitionem*, aliquem de beneficio aut praebenda prouideri, reſcripto mandat. (a)

11. Mo-

(z) contradicentibus tamen Germaniae proceribus. vid. *grauam. prec Germ. in comit. Noriberg. grauam. 97.*

(a) Primo *precibus* egit apud ordinarios collatores, & qui-

11. *Motu proprio* id cenſetur facere; ſi id expreſſum. *c. ſi motu, in fin. 23. de praebend. in 6.*

12. Hoc ſi factum; valida erit prouiſio, (b) licet impetrans beneficium, quod obtinet, tacuerit. Si plura beneficia in eadem eccleſia ſimul vacant, & aliud alio ſit maioris valoris, hoc cenſetur collatum; ſi omnia ſint aequalia, intra decem dies a tempore ſcientiae, eas vacare, poteſt eligere is, cui confertur. *c. ſi pluribus. de praeb. in 6.*

13. Ad *petitionem alterius* ſi gratia facta; nulla erit prouiſio, vt ſurreptitia, ſi ſcienter beneficium quantumcunque modicum taceatur. Si plures in eadem eccleſia vacant praebendae; fit relatio ad eam, quae minoris cenſebitur valoris: Si ſint aequales, ad eam, quam is, ad quem collatio ipſarum ſpectat, intra decem dies a tempore ſcientiae gratiam conceſſam, elegerit. *d. c. ſi plurib. 24.*

14. Sunt

quidem *ſemel* tantum, ſed mox *preces* in *mandata* degeneratae ſunt. Idem Caeſares quoque fecerunt, ex quo natum eſt *ius primariarum precum*, quod citra *indultum papae* Caeſares exercent; quamuis papa contradicere ſoleat, in *inſtrum. pacis* tamen art. V. §. 18. & 26. confirmatum. Quin etiam principes Proteſtantes in ſuis capitulis idem quoque ſibi vindicant.

(b) Sed in Germania non aliter valida erit, quam ſi (1) vacauerit beneficium ſacris Pontificiis addictum, vid. *I. P. art. V. §. 19.* (2) intra menſem papalem. *I. P. art. V. §. 20.* idque vigore *concord. nat. Germ.* vel ſi beneficium apud curiam papalem vacauerit.

(c)

14. Sunt & inter *Pontificem*, *Legatum*, & *Ordinarium*, circa collationis poteſtatem, gradus quidam. Poteſt enim *Epiſcopus*, & alius Praelatus, praebendas, in ſuo territorio vacantes, conferre, non vacaturas: *c. 2. de conceſſ. praebend. Legatus*, non intra legationis ſuae terminos vacantes, ſed vacaturas reſeruare, non alicui in eis ius tribuere: *Pontifex* non modo vbicunque vacantes donare, vacaturas reſeruare, ſed in vacaturas ius tribuere. (c) *c. 2. de praeb. in 6. c. ſignificaſti. 4. de elect. c. propoſuit. de conceſſ. praeb.* Debet *ordinarius* & *legatus* collationem facere pure: *c. 2. de elect. in 6. c. 20. per laicos. C. 16. qu. 7.* Poteſt *pontifex* pure, adiecta die, & ſub conditione. *c. paſtoralis. C. 7. qu. 1.*

15. *Pure*; vt cum mandat ſimpliciter, vt alicui de praebenda provideatur.

16. *Die adiecta*; vt cum praebenda confertur, quam quis intra menſem, aut alio tempore, a vacationis notitia, acceptandam duxerit. *Clem. vn. §. ſecus. de conceſſ. praeb.*

17. Vacationis notitiam habere intelligitur, ſi vacatio in loco vel eccleſia huiusmodi beneficii fuit nota. *d. Clem. vn. §. ſecus.*

18. *Sub*

(c) Sed in Germania tales exſpectatiuae non aliter effectum habent, quam ſi beneficia vacauerint intra menſem papalem, id quod etiam de principibus proteſtantibus dicendum, qui itidem ius menſium horum ſibi aſſerunt.

18. *Sub conditione*; cum collationi conditio adiicitur: vt, cum alicui de beneficio prouideri committitur; ſi executor eum vitae laudabilis eſſe inuenerit; ſi conſenſus capituli acceſſerit, *d. Clem. vn. in princ.*

19. Conferri praebendae poſſunt praeſentibus, abſentibus per alium, *c. accedens. 24. de praebend.* nobilibus, ignobilibus, (d) *c. venerabilis. 37, eod.* in ſacris conſtitutis, *c vlt. de inſtit. in 6. c. ſi pro clericis. 8. de praeb. in 6.* ſed non niſi iis, qui ſunt *idonei*; id eſt, qui ſeruitium, ob quod conferuntur eae, praeſtare poſſunt.

20. Tales non cenſentur Laici, (e) *c. quamuis. 17. de decim.* Clerici ſeculares ad monaſteriorum praebendas; *c. vlt §. praecipimus. de ſtatu monach. c. inter quatuor. 5. de relig. dom.* Pueri; *c. ſuper. 35. de praebend.* Haeretici, eorum fautores, receptatores, *c. quicunque. 2. §. haeretici. de haeret. in 6.* li-

(d) Idem diſpoſitum in I. P. *art. V.* §. 17. niſi fundatio tantum ad nobiles reſtricta ſit, vel conſuetudo inueterata non niſi nobiles admittat, quae inſtar *fundationis* eſt. HOEPING. *de iur. inſign. c. 7. n. 71.* Imo nequidem recentior ſufficit nobilitas, ſed *auita* eſſe debet. Praeterea etiam in Germania non alios, quam *Germanos* admittunt, nec patiuntur, vt pontifex iis extraneos obtrudat.

(e) Inter proteſtantes tales omnino ſunt habiles; ante omnia tamen per I. P. *art. V.* §. 15. & 23. habenda ratio religionis, vt non alii conferatur praebenda vacans, quam ei religioni addicto, quam anno 1624. poſſeſſor profeſſus eſt.

(f)

6. liberi vſque ad generationem ſecundam: *d. c. quicunque. 2. haeretici. verſ. ipſorum filii. c. ſtatutum. 15. eod. in 6.* Beneficium habentes. *c. ſuper. 35. verſ. & beneficiati. de praeb. c. quia nonnulli. 3. de cleric. non reſid.*

21. Praebendae tantum eae conferri & promitti poſſunt, quae vacant; non aliae. *c. 1. nulla. 2. in princ. c. relatum. 3. c. ex tenore. 13. c. vlt. de conceſſ. praebend. c. 40. eum qui. C. 7. qu. 1.* niſi 1) non vacantis eccleſiae proprietas alienetur, (f) *c. conſultationibus. 4. de donat.* niſi 2) generaliter de praebenda vacatura, non hac, vel illa, alicui promittatur; *c. acced. 14. de conceſſ. praeb. c. ne captandae. 3. eod. in 6.* niſi (3) antea alii non fuerit recte aſſignata; *c. propoſ. 4. de conceſſ. praeb. c. vlt. de iure patron. c. ex ore. 3. §. quia vero de iis quae fiunt a maior. part.* niſi (4) prior, cui praebenda conceſſa, aliam nactus fuerit; *c. cum in cunctis. 7. §. cum vero. de elect. c. cum noſtris 6. c. literas. 9. de conceſſ. praeb.* Vel ſi de ea acceptanda nondum declarauerit; *c. ſi tibi. 17. de praeb. in 6.* modo conſenſui tempus ſit praeſtitutum; *d. c. ſi tibi. verſ. ipſe tamen Epiſcopus.* ſciuerit; aut, quia publice notum, debuerit ſcire; tempus, intra quod conſentire debuit, lapſum eſſe. *Clem. vn. § fin. de conceſſ. praeb.*

22. Va-

(f) ſed hoc caſu magis ius in eccleſiam alienatur, quam beneficium nondum vacans confertur,

(g)

22. Vacare praebenda cenſetur, (g) ſi nulli collata, licet de ea ei conferenda, pure, non ſub conditione, *d. Clem. un.* ſit mandatum: *c. 1. eod. in 6.* niſi mandatum ſit praeſentatum, *c. ſi capitulo. 5. eod. in 6.* & executor ad prouidendum datus. *c. ſi ſoli 6. eod. in 6.* inhibitio ſpecialis ratione mandati ab executore ſit facta. *d. c. ſi ſoli. 6. verſ. aut executor. item c. executor. §. fin. eod. in 6.*

23. Mandatum de beneficio conferendo ſtrictam recipit interpretationem. *c. cum in illis. 16. de praebend. in 6.* niſi motu proprio ſit factum. *vide ſupra.*

24. Hinc de beneficio conferendo mandatum, continet ſimplex, non quod dignitatem annexam habet; *c. ult. de praebend.* non curatum; *d. c. cum in illis. 16. in pr. vsque ad §. illis vero. eod. in 6.* non hoſpitalia, & ſimilia, horumque eccleſias; *Clem. per literas. 2. eod.* non eccleſiam Cathedralem, licet verbum eccleſiae in eo expreſſum; (h) *c. quamuis. 4. §. quanquam. in fin. eod. in 6.* non beneficium ex conſuetudine Epiſcopo debitum. *c. cum in eccleſia. 25. eod. in 6.*

25. Mandatum de *dignitate* conferenda non continet eam, quae per electionem datur. *d. c. cum in*

(g) Vacat 1) per mortem 2) per reſignationem admiſſam 3) per depoſitionem 4) per translationem 5) per mutationem religionis 6) per matrimonium &c.

(h) nam in Germania ne hanc quidem papa conferre poteſt ob *concord. nat. Germ.*

(i)

in illis. 16. §. illis vero. Clem. 1. §. ad hoc. eod.

26. Mandatum de certi modi vel generis beneficio conferendo, ad alterius modi vel generis beneficium non extenditur. *d. c. cum in illis. 16. §. cum autem.*

27. Mandatum de conferendo beneficio ad Mandatarii collationem pertinente, non continet beneficium per ipſius negligentiam ad alium devolutum. *Clem. ſi de beneficio. 5. eod.*

28. Mandatum de beneficio certae ſummae conferendo non pertinet ad penſionem (i) *d. c. quamuis. 4. in princ.*

29. Mandatum de beneficio vacaturo conferendo, non continet beneficium nouiter inſtitutum; *Clem. vlt. de reſcript.* comprehendit regulariter primum vacans. *c. mandato. 10. de praeb. in 6.* ſi ſimul plura vacare coeperint, ordo ſcripturae ſpectandus (k) *d. c. mandato. verſ. ſi vero plura.*

30. Quod ſi is, cui de beneficio vacaturo prouideri mandatur, illud, cum vacat, negligat petere, non poterit poſtea aliud petere, niſi in Canonicum fuerit receptus. *c. ſi clericus. 11. eod. in 6.*

31. Be-

(i) quae non eſt beneficium, ſed ex *gratia* ad vitam alicui aſſignatur, non intuitu certi officii ſacri. vid. BARBOSA *de penſion.*

(k) veluti cum Ioanni mandatur, vt beneficium *ad ſuam vel Pauli collationem* ſpectans conferat: ſi vtrumque vacat, Ioannes illud confert, quod *ad ſuam* ſpectat *collationem.*

(l)

31. Beneficia omnia eccleſiaſtica ſine deminutione conferri debent. *c. vn. vt eccl. benef. ſine demin. confer.*

32. Proinde non poſſunt diuidi: *c. maioribus. 8. de praeb.* niſi adeo ſint ampla, vt pluribus ſufficere poſſint. *c. vacante 26. eod.*

33. Tantum enim conferri debet, quantum oneri ac dignitati eccleſiaſticae ſuſtinendae ſufficit. *c. exſtirpandae. 30. in princip. de praeb. c. 1. eod. in 6.*

34. Hinc Collator fructus beneficii retinere non poteſt: niſi ante collationem vna cum Capitulo ſtatuerit, vt fructus ob iuſtam & neceſſariam cauſam (l) ad tempus retineantur. (m) *c. vn. verſ. vn-*

(l) Veluti ob *aes alienum* ſoluendum, quod aliquando a Pontifice impetrari ſolet. vid. BROWERVS *lib. XVI. annal. Treuir. ad ann.* 1243. MATTH. PARIS. *in hiſtor. angl. p.* 606. Hoc ius retinendi fructus alias vocari ſolet *ius deportus*. vid. THOMASSIN. *p.* 2. *lib.* 2. *de diſcipl. eccleſ. c.* 37. Idem ius nonnunquam Pontifex exercuit, imo & reges imperatoresque in illis praelaturis, quae ad eorum pertinebant collationem, & quidem vigore *iuris regaliarum*, de quo agunt P. DE MARCA *lib. VIII. de C. S. & Imp.* & NATAL. ALEXANDER. *tom. VII. hiſtor. eccl. diſſ.* 8.

(m) vel ſecundum ſtatuta capituli heredibus cedant, quod vel *deſeruiti* ſint, id quod ex termino mortis vtplurimum iudicatur, vid. *diſſert. de anno deſeruito*, vel quod *annus gratiae*, aliquando etiam *plures*, die Nach-Jahre, heredibus conceſſi ſint, maxime in compenſationem *annorum carentiae*.

vnde credimus. vt eccl. benef. ſine demin. conf.

35. Conferri beneficia debent intra ſex menſes ab eo tempore, quo vacare coeperunt. *c. nulla. 2. §. cum vero. de conceſſ. praeb. c. de multa. 28. §. is quoque. de praeb.*

36. Beneficia tamen, quae in curia Romana vacant, ſolus *Pontifex* intra menſem a die vacationis conferre debet: ſi non facit, *Ordinarius*, vel ipſe, vel ex Canonico mandato eius *Vicarius. c. ſtatutum. eod. in 6.*

37. In Curia Romana vacare intelliguntur ea beneficia, quae *Sedi Apoſtolicae* reſeruata; vt ſunt eorum, qui ratione officii, vel ex cauſa legitima in Curia Romana morantur ibi vel in locis vicinis, aut ab ea, negotia Sedis Apoſtolicae curaturi, emiſſi moriuntur; qui ad Curiam Romanam accedentes, vel ab ea recedentes, in loco, vbi Curia reſidet, aut in locis a Curia itinere duorum dierum non remotioribus, decedunt; *c. praeſenti. eod. in 6.* eorum qui ad Patriarchalem, Epiſcopalem eccleſiam, Monaſterii regimen aſſumti; aliud beneficium aſſecuti, *Extr. ad regimen. de praeb. & Extr. ex debito. de elect. in 1. reg. & ſeq. Cancell.* Cathedrales eccleſiae; & multa alia, quae hic enarrare nimis eſſet longum, (n) *vid. 1. reg. Cancell. vsque ad 8. & ibi* Gomez.

38. Col-

(n) quoad Germaniam haec quodammodo reſtricta ſunt in *concordat. nat. germ.* vbi ſpeciatim definitum, quae

38. Collatione facta, aut mandato Pontificis de praebenda conferenda, competit actio beneficialis, qua impetrans eam petere & perſequi poteſt, *c. inter caetera. 18. de praeb.*

39. Si duo eodem die praebendam impetrarunt, vnus ab Ordinario, alter a Legato, aut Pontifice, nec appareat, vter impetrauerit, poſſidens praefertur: ſi nullus poſſidet, actio competit ei, qui a Legato, aut Pontifice impetrauit. *c. ſi f. re. 3. eod. in 6.*

40. Diuerſo tempore, (nn) ſi duo de praebenda vacante vel vacatura mandatum impetrarunt, prior impetrans poſteriori praefertur. *c. cum. 7. c. quia ſaepe. 15. eod. in 6.* Niſi 1) contraria mandantis voluntas probetur: (o) *d. c. quia ſaepe. verſ. quem omnibus. verſ. prima enim. cap. auctoritate. 7. de conceſſ. praebend. in 6.* niſi 2) vacante dignitate, cui praebenda annexa, prior praebendam tantum, poſterior dignitatem cum praebenda impetrauerit; *d. c. quia ſaepe. 15.* niſi 3) prius mandatum fuerit generale, poſterius de certa perſona ſpeciale; *c. dudum. 14. de praebend. in 6.* niſi 4) cum

quae *in curia* vacare dicuntur, id quod principes proteſtantes quoque in ſuos trahunt vſus.

(nn) quod ex tempore dati reſcripti colligendum. *c. 7. X. de reſcript.*

(o) Non dubium enim eſt, quin de iure *expectatiua*, quae *mera gratia* eſt, reuocari poſſit, quo ſuppoſito, priori quoque nulla fit iniuria, ſi poſterior priori praefertur.

(p)

cum diuerſis conditionibus impetraſſent, poſterioris conditio prior extiterit. *t. ſuſcep. 6. §. fin. de reſcript. in 6.*

41. Proceditur in cauſis quorumcunque beneficiorum ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicii. *Clem. diſpendioſam. 2. de iudic.*

TIT. XXX.

QVIBVS MODIS BENEFICIA VACENT.

DIximus ſuperiori titulo, conferri tantum poſſe beneficium vacans: videndum nunc, quae beneficia vacare dicantur.

2. Vacare dicuntur ea, quae a nullo (p) poſſidentur; vel poſſidentur quidem, ſed non iure.

3. Hoc trifariam poteſt contingere: vel *de iure & de facto*; vel *de iure tantum*, non de facto; vel *de facto*, non de iure.

4. *De iure & de facto*, beneficiati morte: *c. 2. verſ. in deſiderare. de conceſſ. praebend. c. 3. &* *4. de*

(p) Si vel maxime interim *fiduciario paſtori* commendata eſt ad tempus, quod *commendam* vocant. E contrario quando quis tantum *ſuſpenditur*, vacare eccleſia non dicitur, quia poſſeſſor beneficii non eſt *abſolute* remotus. Similiter *vacare* non dicuntur eccleſiae vnitae, *vicario* mortuo, quod adhuc viuat rector principalis, cuius eccleſiae altera annexa eſt, id quod tamen magis ridiculum quam verum eſt.

4. *de poſtul. praelat.* aut renunciatione, (q) *c. in praeſentia. 6. de renunc.* ſiue ſimplici, ſiue permutationis cauſa facta; *c. ſuſceptum. 6. de reſcript. in 6. c. vn. de rer. permut. in 6.* aut degradatione, *c. nouimus. 27. de verbor. ſignif. c. 2. de poen. in 6. c. grauem. 15. de exceſſ. prael.* aut translatione, *c. 2. in fin. & c. 4. in fin. de poſtul. praelat.* absque Pontificis auctoritate facta, (r) *c. quando. 3. de translat. Episcop.* & tunc libere conferri poteſt. *c. 2. verſ. cum vero. cum ſim. de conc. praeb.*

5. *De iure tantum*, non de facto: (α) electione ad Episcopatum, & confirmatione eius, qui beneficium habebat; *c. cum in cunctis. 7. de electíon. c. cum noſtris. 6. & c. literas. 9. de conceſſ. praebend.* (β) acquiſitione beneficii curam vel dignitatem annexam habentis, *c. re multa.* 28. vbi Abb. *no. 3. de praeb. Extr. execrabilis. eod.* (γ) negligentia intra annum ſacerdotales ordines accipiendi, ab eo, cui parochialis eccleſia collata; *c. commiſſa. 35. & c. licet canon. 14. de elect. in 6.* &

(q) vnde ſi vel maxime in *fauorem tertii* renunciatio facta, et huic vacans praebenda collata, is tamen non in locum renunciantis ſuccedit, ſed vltimum occupare tenetur, quia ceteri iuxta ordinem aſcenderunt. BARBOSA *de canonic. c.* 18. *n.* 6. FLAMIN. PARISIVS *de reſign benef. lib* 6. *q* 5. *n.* 35.

(r) qui priuato auſu ſe transferre intendit, vtramque eccleſiam perdit, *cit. c.* 3.

(s)

& tum recte vacans beneficium in perſonam idoneam conferetur. *c. cum noſtris. 6. & c. literas. 9. de conceſſ. praebend. &* dd. cc. (δ) Intitulati delicto; vt Simoniae manifeſtae, *c. inſinuatum. 13. de ſimon.* haereſis, *c. ad abolendam. 9. de haeretic.* aſſaſſinatus, *c.* 1. *de homicid. in 6.* (ɛ) intruſionis beneficii. *c. cum qui. 18. de praebend. in 6.* &c. (s)

6. *De facto*, non iure: ſpoliatione; ſed tum beneficium ſpoliato debet reſtitui, non in alium conferri. *c. 2. et c. 4. de his quae vi met. cauſ. fiunt.*

7. Ita quidem generaliter. Iure tamen ſingulari aliquando recepta beneficiorum, antequam vacent, conceſſio. Sic ſummus Pontifex, (t) vt olim literas exſpectatiuas, *c. eam te. 7. c. conſtitutus. 19. c. literis. 39. c. cum ſimil. de reſcript.* ita nunc [vt tit. praeced. diximus] recte mandata de prouidendo ad beneficia vacatura dat. *c. mandatum. 38. cum. 2. ſeqq. eod.*

8. Quae tamen, vt odioſa, ſtricte explicantur. *c. fin.*

(s) Adde *mutationem religionis*, ob reſeruatum eccleſiaſticum, cuius varia fata refert OBRECHT *de reſeruat. eccleſ.* Denique *matrimonium*, etiam inter proteſtantes, vbi vel ex *ſtatuto* vel ex *pacto* praelatus vxorem ducens ad *reſignationem* tenetur.

(t) Cum contra canones talis conceſſio ſit, ſoli Pontifici, & inter proteſtantes principi haec aſſerta eſt. Patroni ſane non eſt dare expectatiuas. *c. 8. X. de iur. patron.*

fin. c. cum in illis. 16. c. cum de beneficio. 5. c. cui de non. 27. de praebend. in 6. Clem. 1. eod.

TIT. XXXI.

DE PROHIBITA BENEFICIORVM PLVRALITATE.

QVod ſupra diximus, acquiſitione beneficii ſecundi, prius eſſe vacans, patitur diſtinctionem. Aut enim beneficia ſunt ſupremam dignitatem annexam habentia: *vt Archiepiſcopatus, Epiſcopatus* &c. aut dignitatem inferiorem: *vt perſonatus, & beneficia curam animarum habentia*; aut ſunt ſimplicia; *vt omnia alia.*

2. *Si ſunt ſupremam* aut *inferiorem dignitatem annexam habentia*; aſſumendo ſecundum, ſine auctoritate Papae, vtrumque; cum ea, primum ipſo facto vacat: *c. quanto. 3. de translat. Epiſc. c. conquerente. 6. de cleric. non reſident.* proinde alii conferri poſſunt. (u) *c. quia in tantum.*

(u) Prohibuere canones *pluralitatem beneficiorum*, cum annexam habeant *reſidendi* neceſſitatem, et *perſonaliter* eccleſiae inſeruiendi. Sed poſtquam 1) *reſidentia* tractu temporis ad pauxillum temporis ſpatium eſt reſtricta, et 2) *vicariorum* vſus introductus, diſpenſatio papalis facile poteſt obtineri, vt pluribus Epiſcopatibus quis ſimul praeficiatur. Atque haec ipſa in Germania eo facilius impetrari poteſt, poſtquam e re Pontificiorum eſſe videtur, vni plures Epiſcopatus,

tum. 5. de praebend. & c. ordinarii. 3. de offic. ordin. in 6.

3. Si ea poſſidens pertinaciter retinere contenderit, ad aliud quodcunque beneficium eccleſiaſticum admitti, vt indignus, non poteſt. *Extr. Execrabilis. c. cum ſingula. 32. in princ. de praeb. in 6.*

4. Niſi poſterioris beneficii fructus percipere non poſſit, puta quia alicui ad certum tempus conceſſum; tum enim primum, quod habebat, vacare non cenſebitur. (o) *c. ſi tibi conceſſio. 26.* vbi Gl. *eod. in 6.*

5. *Simplicia* ſi ſunt *beneficia*, rurſus diſtinguendum: Aut ſunt *compatibilia:* qualia ſunt (vt vocant) ſine titulo, alias velut commendata; ob quorum ſcilicet poſſeſſionem quis numero clericorum illius eccleſiae, in qua eſt beneficiatus, non adſcribitur, (p) *c. 3. & c. fin. C. 12. qu. 1.* aut *non* ſunt *com-*

tus committere, vt hic eo efficacius ſtatum eccleſiaſticum, & intereſſe cleri Pontificii, contra proteſtantes, tueri poſſit. Salus enim eccleſiae, h. e. Hierarchia ſuprema lex eſſe debet.

(o) Ita omnia ad vtilitatem *clericorum*, non *eccleſiae* ſeu *populi*, compoſita ſunt.

(p) priſcis temporibus ſaepe accidebat, vt eccleſiae vacanti ob impedimentum externum ſtatim paſtor praeſici non poſſet, adeoque interim cura eius alii ad tempus demandabatur, qui non erat *proprius* et *intitulatus* eccleſiae paſtor, ſed *fiduciarius. c. 22. C. 7. qu. 1.* Sed haec prouidentia poſtea occaſionem praebuit, in

compatibilia, ſed intitulata; vt ſunt eccleſiae rurales ſine cura, vel praebendae alicuius eccleſiae collegiatae vel cathedralis.

6. *Illa* quis plura ſimul habere poteſt, niſi priuilegio, ſtatuto, conſuetudine, prohibeatur; non *haec*. Panorm. *in c. cum iam dudum. 18. de praebend.* & Gl. *in c. dudum. 54. de electione.*

7. Sed haec quidem ita obtinent de iure communi; ſuper quo poteſt diſpenſare Pontifex ſolus, ſi ſint beneficia dignitatem annexam habentia; & Epiſcopus, ſi vtrumque vel alterum eorum ſit ſimplex; modo cauſa iuſta ſubſit.

8. Ea eſt perſonae dignitas, integritas, ſcientia, plurimarum rerum vſus, nobilitas, vtilitate & eccleſiae neceſſitate hoc exigente. (q) Abb. *in c. extirpandae. 30. §. quia vero. num. 43. verſ. ex his. de praeb.*

9. Vt vnus plura beneficia habere non poteſt, ita nec plures vnum. *c. maioribus. 8. c. tuae fraternitatis. 20. c. dilecto. 25. de praebend.*

10. Pot-

in fraudem canonum in perpetuum alicui eccleſiam commendandi, cui commode proprius paſtor praefici poterat, vt pluralitas beneficiorum obiici non poſſet. DVARRENVS *de SS. eccleſ. miniſter. lib. 5. c. 7.* Hinc plura beneficia naturam *commendarum* acceperunt, quae aliis ſimul committi poſſunt.

(q) h. e. vtilitate *regni eccleſiaſtici* id exigente: ſalutis populi non habetur ratio, neque enim in hac eccleſia quaeritur, ſed in imperii ſacri promotione.

(r)

10. Poteſt tamen beneficium, ſi ita ſit opulentum, vt duobus victum praebere commode poſſit, in duas ſcindi partes. *c. vacante.* 26. *eod.*

Tit. XXXII. III. x. 7.
DE INSTITVTIONIBVS.

Hactenus de beneficiorum *collatione*; reſtat, vt de *inſtitutione*, non multum a collatione diſcrepante, loquamur.

2. Eſt ea beneficii, iuri patronatus ſubiecti, ad praeſentationem patroni facta translatio. (r)

3. Inſtituere poſſunt Epiſcopus, ſede vacante capitulum, *c.* 1. *de conceſſ. praeb. in 6.* Abbates delegati, & omnes ius illud ex conſuetudine habentes. Hoſtienſ. *ſ. quis poſſit. hic.*

4. In-

(r) Ne videatur patronus conferre officium ſacrum cum beneficio, quamuis iure antiquo omnino eius collator fuerit, *inſtitutionis* inuolucrum excogitatum eſt. Laici enim inhabiles viſi ſunt ad conferendum beneficium eccleſiaſticum, illi tantum praeſentant et deſignant perſonam, cui Epiſcopus illud conferat, vtpote cui ſoli ius hoc ex principiis papalibus debetur. Olim praeſentatio Epiſcopo fiebat, non vt hic conferret eccleſiam, ſed α) vt praeſentatum examinaret β) & examinatum ordinaret. Sed hodie etiam γ) in hunc finem, vt ius in beneficium eccleſiaſticum conſequatur. Inter proteſtantes vtplurimum *literas vocationis* expediunt patroni, more maiorum, quibus *inſtitutio* continetur.

 (s)

4. Inſtitui poſſunt perſonae idoneae, nobiles, ignobiles; nulla contraria obſtante conſuetudine. *c. venerabilis. 37. de praebend.*

5. Fieri debet inſtitutio ad praeſentationem Patroni, ſiue veri, ſiue putatiui, *c. 32. decernimus. & c. 31. filius C. 16. qu. 7.* ſiue vnius, ſiue plurium; *c. 1. 2. 3. de iure patron.* ita tamen, vt is praeferatur, ſi Patroni diſſentiant, qui maioribus meritis & plurium conſenſu adiuuatur. Abb. *in c. quoniam. 3. eod.*

6. Praeſentare poſſunt vnum, vel plures; ſi vnum, qui ſit idoneus, eum debet ius inſtituendi habens admittere, approbare, inſtituere; *c. illud. 8. eod. c. 32. decernimus. c. 16. qu. 7.* ſi plures, de omnibus magis idoneum eligere. *c. quia propter. 42. de elect.*

7. Facta inſtitutione, inſtitutus nanciſcitur ius (s)percipiendi fructus beneficii, iuri patronatus obnoxii

(s) atque haec ipſa inſtitutio eſt *verbalis*, cui opponitur *realis*, per quam in poſſeſſionem officii ſacri & beneficii introducitur, *c. 6. X. h. t.* ad exemplum inueſtiturae feudalis, quare eſt vel *abuſiua*, vel *realis*. ESPEN. *P. II. iur. eccl. tit. 26. c. 2. §. 2.* Verbalis ex more antiquo fit adhibitis variis ſignis, qualis olim quoque erat inueſtitura per *annulum* & *baculum*, per *librum*, per *biretti impoſitionem*, per *oſculum*, per *denarii traditionem*, per traditionem *clauis* aliaque ſigna officium repraeſentantia. His ſignis tantum *ius in beneficium*, non *actualis* transfertur *poſſeſſio*. Realis itidem adſcribitur Episcopo, quam per *Archidiaconos* commu-

noxii, & poteſtatem adminiſtrandi officium & munus ratione illius beneficii iniunctum.

8. Ordinarii inſtitutio, ſpreta patroni praeſentatione, facta, non ſubſiſtit; vt nec a patrono propria auctoritate facta inſtitutio valet. *c. 1. c. 16. qu. 7.*

TIT. XXXIII. III. x. 38.

DE IVRE PATRONATVS.

IVs *patronatus* eſt, (t) quod quis *clericus* ſiue *laicus* habet in eccleſia, quam aedificauit, vel dotauit, vel fundauit. *c. nobis. fuit. 25. h. t. c. 26. piae mentis. 16. &* ibi Gl. *c. 31. filiis. C. 16. qu. 7.*

2. Patronus habet ius praeſentandi (u) inſtituendum ad beneficium vacans. Gl. *in d. can. 26. C. pia:*

muniter expedire ſolet. *c. 4. X. de iur. Archidiac.* Idem noſtrates cenſent, teſte CARPZOVIO *lib. 1. I. C. def. 55. n. 2.* vt nec *magiſtratus inferior* vlla praeſcriptione illud ius ſibi acquirere poſſit. Verum haec ſatis abſurda ſunt, et ex principio erroneo *de iure Epiſcopali principum Euangelicorum* fluunt. vid. Dn. LYNCKER *deciſ. 895.*

(t) De origine eius plenius dixi *in origin. iur. eccleſ. c. 17.*

(u) In hoc vnice conſtituunt *ius patronatus*, ne laicos ad communicationem iurium ſacrorum admittere videantur. Inde etiam varia praxis in eccleſiis proteſtantium ſupereſt, vt quidam patroni tantum *praeſentent*, quidam ſimul *vocent.*

piae mentis. c. 30. quicunque. §. fin. c. 32. decernimus. c. 33. monaſterium. verſ. liceatque. C. 16. qu. 7.

3. Dico *vacans beneficium*; quia ſuper vacaturo beneficio, nec praeſentatio, nec inſtitutio valet. *c. 2. & c. conſtitutus. 11. de conceſſ. praeb.*

4. Fieri debet *praeſentatio* a *laico* patrono intra menſes quatuor, ab *eccleſiaſtico* intra menſes ſex; (o) licet ius patronatus a laico acquiſiuerit. *c. vn. §. verum. hic. in 6.*

5. *Hic*, cum ſemel aliquem praeſentauerit, variare non poteſt. *Ille* poteſt. (p) *c. paſtoralis. 29. hic. & d. c. vn. in* Gl.

6. Poteſt enim Legatus de latere, in praeiudicium patroni eccleſiaſtici, iuri patronatus derogare; non in praeiudicium patroni laici. *c. cum dilectus. 28. eod.*

7. Patronus ſeipſum vel liberos ſuos praeſentare non poteſt; *c. conſuluit. 15. c. per noſtras. 26. h. t.*

(o) In eccleſiis proteſtantium hic terminus vtplurimum eſt receptus propter *annum gratiae*, qui ad ſex menſes durare ſolet; ſed propterea non debebat interim eccleſia vacare.

(p) antequam praeſentatus admiſſus ſit; quae variatio hunc habet effectum, non vt prior reuocatus, ſed vt Epiſcopo integrum ſit, ex pluribus praeſentatis vnum eligere. Id vero in fraudem patronorum fieri, quis non videt? Imo inde ſenſim in nonnullis eccleſiis factum eſſe iudico, vt hodie duo vel tres ſint praeſentandi.

(q)

h. t. poteſt praeſentare, vt diximus, vnum vel plures, vt ex iis Epiſcopus vnum eligat. *Clem. plures. 2. §. fin. hic.*

8. Si plures, vt poſſunt eſſe, *c. 1. 2. 3. h. t.* ſunt eiusdem eccleſiae patroni, poſſunt conuenire, vt ſinguli alternis vicibus praeſentent. *d. Clem. plures. 2. §. & vt facilius.*

9. Si hoc fecerint (q) & in praeſentando diſcordent, praefertur ſententia maioris partis, (r) *c. quoniam. 3. h. t.* niſi ea ſine ſcandalo praeferri non poſſit. Tunc enim Epiſcopus pro ſuo arbitrio aliquem ordinare poteſt. *d. c. quoniam. 3. §. ſi autem hoc.* Quemadmodum ordinare debet, patrono intra ſtatutum tempus neminem praeſentante; *c. ſi vero. 12. eod.* aut ſi quaeſtio de iure patronatus inter alios orta intra praedictum tempus non finita. *d. c. quoniam. 3. in fin.* & *c. cum propter. 27. eod.*

10. Si propter patronorum diſcordiam eccleſia adminiſtratore caret: ceſſatur in ea a Diuinis, tolluntur reliquiae, oſtia clauduntur: ſi quidem aliter

(q) Ita etiam Belgica editio legit; ſed, forſan legendum, *ſi hoc non fecerint:* Si enim *alternis vicibus* praeſentant, diſſentire nequeunt, bene tamen, ſi *coniunctim* praeſentant.

(r) et quidem vel *reſpectu collegii totius*, ſi collegio hoc ius competit, *c. 3. X. h. t.* vel ſimpliciter maior pars, ſi illud pluribus, non vt *collegio*, ſed vt *ſingulis*, debetur. BRVNNEM. *lib. 2. iur. eccleſ. c. 8. §. 18.*

(s)

ter eccleſiae ſine ſcandalo prouideri non poteſt. *c. 1. & 2. eod. c. 36. ſi plures.* C. 16. qu. 7.

11. Facta praeſentatione, inſtitutio debet ſubſequi: intra quod tempus, legibus non eſt definitum, ſed arbitrio iudicis relinquitur. Abb. *c. 2. de conceſſ. praeb.*

12. Cui ius inſtituendi, debet praeſentatos, ſi ſunt idonei, recipere: *c. ſignificaſti 18. h. t.* ſi non ſunt, poteſt repellere.

13. An ſint idonei, Epiſcopi eſt examinare; praeſentatis tamen electis, ſeu nominatis ab vniuerſitatibus ſeu collegiis generalium ſtudiorum, exceptis; qui non examinandi. *Concil. Trid. cap. 9. verſ. ad haec liceat. ſeſſ. 25. de reformat.*

14. Poteſt Epiſcopus in eccleſia iuris patronatus laici, Oeconomum ex cauſa, puta ſi minus idonei praeſententur, vel alia ex cauſa eos inſtituere non valeat, ponere, qui fructus in eccleſiae vtilitatem erogandos, aut his, qui quandoque inſtituentur, reſeruandos, colligat. *c. cum vos. 4. de offic. iud. ordin.*

15. Tranſit ius patronatus ad heredes (s) *d. c. quoniam* 3. & ſi plures ſint heredes vnius patroni, habentur in praeſentatione pro vno. *d. Clem. plures. 2.*

16. Pot-

(s) Si *perſonale* eſt, h. e. quod certo non affixum fundo, ſed citra hunc reſpectum familiae debetur. *Reale* cum re ad quemuis poſſeſſorem tranſit, quod imprimis ex *infeudatione* originem traxit.

(t)

16. Poteſt etiam titulo donationis, *c. ex inſinuatione 14. hic. c. vn. eod. in 6.* permutationis, Gloſſ. *ad c. cum ſeculum. 13. hic.* Innoc. *ad Rub. eod.* Hoſt. *in ſum. verſ. qualiter transferatur. per text. in c. 40. nemini. C. 16. qu. 7.* venditionis, cum vniuerſitate, (t) *d. c. cum ſeculum.* recte in alium transferri.

17. Vniuerſitatis nomine veniunt hereditas, bonorum poſſeſſio, *l. item veniunt. 22. §. ait Senatus. ff. de pet. hered. l. 1. ff. quor. bonor.* ciuitas, pagus, caſtrum, praedium; *l. cum fundus. 10. in fin. ff. de legat. 2.* adde *l. ſi mercedem. 55. §. 1. ff. de act. emt.* in quibus eccleſia patronata continetur; quae ſi in alium transferantur, & ius patronatus illis inhaerens vna transfertur. *arg. d. l. cum fundus. l. in modicis 24. in fin. ff. de contr. emt.* Licet in conductore vniuerſitatis oppignoratae diuerſum obtineat. (u) *c. cum Bartholdus. 18. de ſent. & re iud.*

18. Per

(t) hoc de *reali* intelligunt: venditis enim bonis cum omnibus iuribus, illud ſimul venditum cenſetur. Perſonale absque vitio ſimoniae vendi non poſſe cenſent: quod merito repudiamus, cum nihil ſpirituale in hoc iure lateat. Vnde etiam bonis venditis ſimul hoc ius hodie in aeſtimationem venire ſolet.

(u) Sed contrarium colligitur ex *c. 7. X. h. t.* vbi pontifex decidit, quod ſi hoc ius exceptum non fuerit, etiam in conductorem tranſire debeat. Eodem ſenſu accipiendus eſt textus in *c. cit. 18.* in quo non exprimi-

18. Per ſe, ſiue ſeparatim, ius patronatus, cum ſpirituali annexum ſit, vendi non poteſt. *c. de iure. 16. h. t. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. nec dictum. de reform.*

19. Patronus nihil proprii iuris in eccleſia habet, nec poteſt eius reditus in vſus ſuos conuertere. *d. c. 26. piae mentis. in fin. c. 27. Frigentius. in fin. C. 16. qu. 7. c. ſicut. 2. de ſuppl. negl. praelat.*

20. Poteſt et debet ſolicitudinem eccleſiae gerere; (x) et, ſi Rector aliquid ex eccleſiae collatis defraudet, eum honeſta conuentione compeſcere, aut Epiſcopo vel iudici competenti denunciare. *c. filius. 31. et c. ſeq. C. 16. qu. 7.*

21. Si patronus vel eius liberi ad inopiam redigantur, competens vitae ſubſidium ab eccleſia ipſis debetur. (y) *c. nobis fuit. 25. in fin. h. t. c. 30. quicunque fidelium. C. 16. qu. 7.*

22. Si-

mitur exacte, in quo ſtatus controuerſiae poſitus fuerit? qui ſine dubio huc collineauit, vtrum debitor caſtrum oppignorans ius patronatus ſibi reſeruauerit nec ne? De *iure* ſane ibi non fuit quaeſtio, ſed de *facto*, quia ſuper *probatione*, quae *factum*, non *ius* praeſupponit, pronunciatum.

(x) Hunc in finem rationum redditioni intereſſe debet, vt videat, ne eccleſia quid detrimenti ex mala adminiſtratione capiat. CARPZ. *lib. II. I. E. def.* 316. *n.* 10. Imo in plurimis locis ipſi patroni ſunt adminiſtratores bonorum.

(y) Inde vulgatum illud:
Patrono debetur honos, onus, vtilitasque,
Praeſens vt praeſit, defendat, alatur egenus.

(z)

22. Sine conſenſu Patroni eccleſia vel eius diſpoſitio non poteſt mutari. *c. 33. monaſterium. c. 34. rationis. C. 16. qu.* 7.

23. Patrono debetur praeceſſionis honos. (z) *d. c. nobis. 25. §. fin. d. c. 26. piae mentis. d. c. 27. Frigentius. in fin.*

24. Primus enim et eximius in ordine locus in conſeſſu vel proceſſu, patrono inter Clericos eiusdem eccleſiae debetur. *d. c. nobis. 25.*

25. Ceſſat ius patronatus: ſi patronus ius ſuum eccleſiae contulerit; ſi eccleſiam ſine reſeruatione iuris competentis patiatur fieri collegiatam; ſi aedes ſacrae igne, terrae motu, aut alio vitio, interierint; (zz) ſi eccleſia ab infidelibus occupetur; ſi patronus ſit haereticus. *c. vergentis 10. de haeretic.*

TIT. XXXIV. III. x. 39.
DE CENSIBVS.

Patronus a praeſentato nihil poteſt exigere tem-

(z) Iam olim pro eo *preces publicae* factae, et etiam adhuc hodie *luctus publicus* ad ſex hebdomades in eccleſia inſtituendus. vid *diſſ. de precum publ. iur.* it. *de luctu publ.* Prima ſedes in templo et ſepulchrum in eccleſia ei competit, aliaque plura eximia. vid. MATTHAEI *in manud. in ius can. l. 2. tit. 12.*

(zz) Ita vt neceſſe ſit, alii eam iungere per *vnionem ſuppreſſiuam:* vnio *ſubiectiua* non exſtinguit ius patronatus, ſed operatur tantum *concurſum.*

(a)

temporale, niſi *cenſum*, (a) quem cum conſenſu Epiſcopi conſtat in ipſa fundatione eſſe impoſitum. *c. praeterea. 23. de iure patron. c. ſicut. 2. de ſuppl. negl. praelat. c. 31. filius. C. 16. qu. 7.*

2. *Cenſus*, eſt annua penſio, *c. 16. iubemus. in fin. C. 16. qu. 3.* quae in argumentum ſubiectionis (b) praeſtatur. *c. 2. h. t.*

3. Accipiuntur duobus modis: vel *generaliter*; pro omni penſione, quae Praelatis de eccleſiaſticis prouentibus ſingulis annis praeſtatur: *c. olim cauſam. 20. c. cum canonicis. 26. h. t. c. 4. quaeſitum C. 1. qu. 3.* vel *ſpecialiter*; pro ea penſione, quae Epiſcopo ab eccleſiis in argumentum ſubiectionis tribuitur; *cathedraticum*, (c) eo quod ob honorem Cathedrae ſoluatur, dicta. *c. 3. C. 10. qu. 1. & c. conquerente. 16. de offic. ordin.*

4. Con-

(a) *reſeruatiuum* vocant in memoriam priſtini dominii rebus dotalibus impoſitum. Quandoque etiam *Laudemium* quoddam exigunt pro *inueſtitura* de bonis eccleſiaſticis, cum reuera haec in *feudum quoddam* praeſentato dentur.

(b) Varius olim fuit cenſuum modus. Soluuntur cenſus in *memoriam priſtini dominii c. 18. X. de ſentent.* vt iam dictum: ſoluuntur in ſignum *acceptae libertatis* a iure aduocatiae, in *praeſidium protectionis: c. 6. de relig. domib.* denique in *argumentum ſubiectionis eccleſiaſticae*, quod forſan ex antiquo Germanorum more deductum, vid. ZIEGLER *de cenſib. praed. rural.*

(c) determinatum in *c. 1. C. 10. q. 3.* Vnde quando Parochae dos conſtituenda, illa tanta eſſe debet, vt tum commode inde viuere, tum iura Epiſcopalia inde ſoluere poſſit.

(d)

4. Conſtituere cenſum nouum, (d) aut veterem augere, ex iuſta cauſa poteſt Epiſcopus, cum conſenſu Capituli; *Clem. fin. de reb. eccleſ. non alien. c.1. h. t. in 6.* aut eccleſiae, cui imponitur, ſi collegiata: *c. 1. de rer. permutat.* Nouum patronus, auctoritate Epiſcopi. *c. praeterea. 4. de iure patron.*

5. Conſtitui poteſt in rebus ad eccleſiam pertinentibus, quae fructus & reditus ex ſe producere aptae ſunt; & non tantum in nummis, (e) ſed etiam frumento, vino, oleo, capis, gallis, pullaſtris, & aliis id genus annuis. *c. cum canonicis. 26. c. ex parte. 18. h. t.*

6. Debet eſſe moderatus; vt non maiorem tertia partem beneficii deducat: id eſt, vt quantitas fructuum, quae ex beneficio in penſionem detrahitur, tertiae partis reditus beneficii onerati ſummam non excedat: vt poſt eum ſolutum tantum beneficiato remaneat, vnde commode poſſit viuere,

(d) Hunc dicunt, qui poſt *fundationem* imponitur, id quod regulariter fieri nequit. *c. 3. X. h.* Facilius admittitur impoſitio certi cenſus temporalis in gratiam decrepiti paſtoris &c. Eſt in effectu haec impoſitio inſtar alicuius *tributi*, quo reſpublica eccleſiaſtica carere nequit.

(e) Si monetae promiſſae ſpecies deficit, aeſtimatio eius ſecundum tempus impoſitionis praeſtanda. *c. 20. & 26. X. h. t.* Si in *menſura*, quae a multis annis variauit, cenſus ſoluendus, in *minori* ſoluendus eſt. *c. 18. X. h. t.*

re, iura Epiſcopalia ſoluere, beneficii onera ferre. *c. de monachis. 12. c. vacante. 26. c. cum cauſam. 36. de praebend. c. 1. h. t.*

7. Conſtituitur vel *tempore fundationis*, aut *donationis*, ob remunerationem; vel *tempore conſecrationis*, aut *immunitatis indultae*, in ſignum ſubiectionis.

8. Cenſu conſtituto, naſcitur obligatio; (f) cuius vigore cenſus debetur, & rerum cenſualium annua perceptio.

9. Cenſum qui debet, ſi neget, actio naſcitur in factum, aut interdictum recuperandae vel retinendae poſſeſſionis. Specul. *de cenſib.* §. *1.*

TIT. XXXV.

DE EXACTIONIBVS.

CEnſui valde affines ſunt, *Exactio, Procuratio, Canonica portio.*

2. *Exactio*, hoc loco, vocatur grauamen, quod extra ordinem, ratione perſonae, facultatum, negotii, vel alterius cuiusdam rei gratia, ex iuſta cauſa imponitur. (g)

3. Fi-

(f) Imo etiam *ius in re*, vi cuius a quolibet poſſeſſore rerum cenſus ſolui debet ad inſtar *tributorum* ceterorumque onerum publicorum. Inde non actio perſonalis, ſed *realis* potius, *confeſſoria* & *negatoria* inſtituenda.

(g) Dici alias ſolet *charitatiuum ſubſidium*; die Bede, mol-

3. Fieri debet rei licitae modo, & lege vel conſuetudine permiſſis. (h) *c. ea quae. 12. c. innouamus, 10. de cenſibus & exaction.*

4. Modum ſi Exactores excedant, officio priuantur, *d. c. ea quae.* &, niſi deſiſtant, excommunicantur. *d. c. innouamus.*

TIT. XXXVI.

DE PROCVRATIONIBVS.

PRocuratio, neceſſariorum ſumtuum exhibitio, Praelatis eccleſias ſubiectas viſitantibus, (i) facta, *c. cum Apoſtolus. 6. c. ea quae. 12. de cenſib. & c.*

2. Eam

---

molliori vocabulo, quod hoc tributum cum charitate a clero ſubiecto exigatur, *c. 6. v. prohibemus. X. b.* Interim haec *charitas vel quaſi obligationem perfectam* in clero operatur, adeo, vt etiam inuiti ad hoc compelli poſſint. Retinuit hoc nomen ſine dubio a primaeua impoſitione, quae *precibus* facta eſt, ſicuti *preces Caeſarum primariae* nomen primaeuum retinuere, quamuis hodie magis mandata, quam *preces* ſint.

(h) Soluitur tantum a perſonis eccleſiaſticis ratione ſuorum beneficiorum, quorum *ordinarius collator* Epiſcopus eſt, non vero a *laicis*. Sed poſtquam hodie Epiſcopi ſunt territoriorum domini, *iure territoriali* a laicis tributum exigunt.

(i) vulgo viſitations-gebühren. Ex hoc fonte olim legati papales *procurationes* exegerunt, quod papae cura vniuerſalis eccleſiae impoſita eſſet, ob quam maiores ec-

2. Eam debent, qui inuiſuntur, licet ad alium locum a domo ſua ſint euocati: (k) Gl. *in c. 1. verſ. viſitatus. de cenſib. in 6. vbi* Inn. Hoſt. oratoria ordinarium ſacerdotem habentia; *c. 12. placuit. & c. 11. Epiſcopum. C. 10. qu. 1.* Innoc. *in c. fin. de cenſib.* capellae in collegiatis eccleſiis poſitae; Maria *in tract. de viſit. n. 85. verſ. 5.* monaſteria; *d. c. 1. & fin. de cenſib. in 6.* non laici (l) ſuo nomine; ſacerdotis Parochi nomine, ſi is ſit inops, tenentur. Gl. *in d. c. verſ. laicos. & in d. c. 12. placuit. C. 10. qu. 1.*

3. Debetur non minus Epiſcopo, vbi ciuitatis ipſius eccleſias circuit, quam ſi extra vrbem poſitas remotasque inuiſeret; quia non tantum in victus neceſſitatem, ſed & in ſubiectionis & obedientiae ſignum praeſtanda. (m) *c. venerabili. 24.* vbi Abb. *no. 2. de cenſib.*

4. Tam-

---

ecleſias potiſſimum inuiſere per legatos debet. Praetextus erat, latebat vero anguis in herba, non diffitente MARCA *lib. V. de C. S. & I. c.* 47. Hi ipſi legati in *procurationum* exactione adeo rapaces & ſaeui fuere, vt breui tempore totas prouincias exhaurirent, quod pluribus documentis probatum dedit MARCA *cit. l. c. 49. ſeqq.*

(k) eccleſiis impoſitae ſunt ſimpliciter, adeoque ab illis ſolvendae, vbicunque demum viſitatio inſtituatur.

(l) laici non conſtituunt *eccleſiam*, quae tantum has procurationes debet, h. e. vel *aerarium* eccleſiaſticum, vel *clerici.*

(m) Haec ratio ficulnea, ne dicam falſa eſt: introductae

4. Tamdiu dari debet, quoad viſitationis officium eſt perfectum.

5. Debet eſſe moderata, habita perſonae & dignitatis viſitantis, *c. cum Apoſtolus. 6. eod. c. 1. §. procurationis. eod. in 6.* & opum eius, qui viſitatur, Gloſſ. *in d. c. cum Apoſtolus. verb. ſumtuoſus.* & conſuetudinis, ratione. Ioann. Andr. Goffr. *in c. cum ſecundum. 16. de præbend.*

6. Solui olim poterat in pecunia, Gloſſ. *in c. felicis. 3. verb. concedimus. de cenſib. in 6.* per *c. 11. relata. C. 10. q. 1. & c. 9. relatum. C. 13. qu. 2.* quod poſtea vetitum, *c. 1. §. procurationes de cenſib. in 6.* deinde rurſus permiſſum. (n) *c. felicis. eod. in 6.*

7. Viſitator non niſi unam, licet plura loca viſitet, eadem die accipere poteſt. *d. c. felicis. 3.*

8. Si eccleſia viſitata procurationi ſoluendae ſola non ſufficit, vicinarum eccleſiarum ſuppetiis pro cuiusque eccleſiae reditibus vtetur; *c. cum inſtantia. 1. & c. procurationis. 23. eod. Clem. 2. de cen-*

ctae ſunt procurationes, in compenſationem expenſarum in viſitationem factarum, vid. concil. Trid. *ſeſſ. XXIV. c. 3.*

(n) in *concil. Trid. c. 1.* ita temperatum, vt ſit in optione eorum, qui viſitantur, malintne ſoluere pecuniam, an victualia praeſtare. Sed vbique abuſus. Si in pecunia ſoluuntur procurationes, citiſſime expediuntur viſitationes; lento gradu vero, ſi victualia praeſtantur.

cenſib. vbi Imol. ſi nullis vicinorum ſymbolis, aut paucis adiuuari poſſit, viſitantis erunt partes, ſuis ſumtibus hoc munus abſoluere; ſi modo & ipſe hoc praeſtare poſſit. Gloſſ. Io. And. & alii *in d. c. procurationes. 23.*

9. A procurationis onere immunem (o) ſe eſſe, nullus ſubditus praeſcriptione ſe tueri poteſt. *c. cum ex officio. 16. de praeſcript. d. c. cum inſtantia. 17. de cenſib.* Poteſt, priuilegio Apoſtolico, *c. accedentes. 11. c. cum ex officii. 19. de praeſcr. d. c. cum inſtantia 17. Clem. 1. eod.* viſitatione iam ſemel eo anno ab eodem Praelato facta, nec alteram vlla neceſſitate vrgente; Marian. *tr. de viſitat. num. 66.* fructuum enormi ſterilitate. *d. c. relatum. vbi* Archidiac. *in Gloſſ. fin.*

TIT. XXXVII.

DE CANONICA PORTIONE.

Canonica portio eſt, quae de relictis, & prouentibus eccleſiae obuenientibus detrahitur, & Praelatis debetur. Lancelot. *hic.*

2. Eſt vel *Parochialis*, vel *Epiſcopalis*.

3. *Il-*

(o) Multum vero *praeſcriptioni* datur, ſi de *modo & quantitate* procurationum quaeritur. Imo quamuis ipſa viſitatio impraeſcriptibilis ſit, non dubium tamen, quin immunitas ab hoc onere immemoriali tempore impetrari poſſit, exemplo ceterorum onerum publicorum.

(p)

3. *Illa eſt*, quae Parochiali eccleſiae vel ipſius Curato & Rectori debetur.

4. Detrahitur ex rebus, ſiue corporalibus, ſiue incorporalibus, mobilibus, ſiue immobilibus, quae quis aegritudine correptus, in alia eccleſia, quam in qua officia diuina audit & eccleſiaſtica percipit ſacramenta, ſepulturam ſibi eligens, ei reliquit.

5. Ratio eſt, ne Rectores Parochialis eccleſiae, vel ii, quibus cura animarum eſt commiſſa, debitis fraudentur ſubſidiis. (p) *Clem. 2. & c. cum ſuper. 8. et c. ſeq. de ſepult. c. 23. vobis. C. 12. qu. 2.*

6. Eſt vel quarta pars eius, quod relictum, vel tertia, vel dimidia, ſi eam legitima conſuetudo praefixit. *d. c. cum ſuper. 8. et c. certificaſti. 9. eod. d. c. 23. vobis. C. 12. qu. 2.*

7. Ea tamen de rebus alteri eccleſiae quam Parochiali relictis non detrahitur; nec ſi ſanus eas reliquit; aut adverſa valetudine laborans pro fabrica, anniverſario, pro equis, armis, contra infideles exercendis, vel ad perpetuum cultum diuinum. *c. in noſtra. 10. de ſepult. c. fin. de teſtam.*

8. *Canonica Epiſcopalis portio* eſt, quae de relictis alicui eccleſiae pro anima, ab Epiſcopo, propter onus Epiſcopale, quod ei incumbit, (q) deducitur. *c. requiſiſti in princ. 15. de teſtam.*

9. De-

(p) maxime cum quaeſitum ius in *funeralia* habeant, reſpectu parochianorum, qui, ſi alibi ſepulturam eligunt, indemnes tamen praeſtare tenentur parochos ſuos.

(q) Originem traxit ex antiqua bonorum diuiſione, quae

in

9. Debetur ei, niſi quadragenaria obſtet praeſcriptio, *c. de quarta. 4. de praeſcript.* licet teſtator expreſſerit, ſe velle eccleſiae, non Epiſcopo, eſſe relictum. *d. c. requiſiſti. verſ. ſecus autem.*

10. Deducit etiam eam eccleſia, ſi extraneus, (r) non ſi propinquus, ſimpliciter rem aliquam *d. c. requiſiſti. §. vero.* Epiſcopo relinquat. Niſi is expreſſe voluerit, Epiſcopi illud eſſe, non eccleſiae. *d. c. requiſiſti. §. ſi ab extraneo.*

11. Si quid epiſcopo & eccleſiae Cathedrali coniunctim legatum, ſit inter ipſos Canonica diuiſio, etiamſi teſtator hoc reliquerit Epiſcopo, illud eccleſiae, niſi teſtatoris voluntati ſtare velint. *d. c. requiſiſti. §. quid ſi. & ſeq.*

12. Ea non fit, ſi quid Epiſcopo, cum capellis, monaſteriis, & aliis locis coniunctim legatum, ſed de ea portionem Canonicam detrahet; *d. c. requiſiſti. §. ſecus autem.* ſi quidem ſimpliciter (s) ſit re-

in quatuor partes fiebat, & quarta ex iis Epiſcopo debebatur. Quamuis itaque pedetentim parochis certa aſſignarent bona, *quartam* tamen ſuam etiam ex his iure antiquo debitam, ſibi reſeruarunt. Hodie fere in vſu eſſe deſiit, poſtquam aliunde Epiſcopi ſat pingues reditus habent. WAGNERECK *ad c.* 14. *X. de teſtam.*

(r) Ratio differentiae eſt, quod extraneus magis intuitu *eccleſiae*, quam epiſcopus repraeſentare dicitur, quam *perſonae* reliquiſſe videatur, propinquus vero magis ex caritate ſanguinis

(s) non adiecta cauſa, quod legatum hoc pro portione cano-

relictum; non ſi conditione adiecta, vt epiſcopus ſuo legato ſit contentus. *c. officii. & infra. 14. eod.*

13. Eſt Canonica Epiſcopalis portio, quarta redituum & oblationum.

14. Reditus enim & oblationes fidelium quatuor in partes diuiduntur. Quarum *prima* Epiſcopo, eiusque familiae, propter hoſpitalitatem & ſuſceptionem debetur; *Altera* Clericis, pro officiorum ſuorum ſedulitate, diſtribuitur: *Tertia* fabricae & eccleſiae religioſisque domibus reparandis impenditur. *Quarta* in pauperes & peregrinos erogatur. *c. 26. conceſſo. c. 25. Vulturanae. c. 30. mos eſt, c. 23. vobis. c. 28. de reditibus. C. 12. q. 2.*

15. Portio haec pari paſſu cum Parochiali ambulat, vt, de quibus hæc non detrahitur, nec illa detrahatur.

TIT. XXXVIII. III. x. 30.

DE DECIMIS.

Explicatis rebus ſpiritualibus, corporalibus & incorporalibus, ſupereſt, vt *de rebus eccleſiaſticis temporalibus* agamus: ſed quia *decimae, primitiae, oblationes*, mixtam quandam inter ſpi-

nonica eſſe debeat: aiunt in dubio animo compenſandi legatum non praeſumi relictum.

ſpirituales,(t) & temporales naturam obtinent (ius enim decimandi, primitias, oblationes exigendi, ſpirituale eſt, fructus vero ipſi temporales,) de his primo tractabimus.

2. *Decima*, eſt quota fructuum, vel lucri portio, Deo debita. *c. parochianos. 14. & c. tua nobis. 26. verſ. cum Deo debita. hic.*

3. Sunt decimae vel *perſonales*, vel *praediales*.

4. *Perſonales* ſunt, quae ex lucro, quod quis ſua induſtria ſeu negotiatione fecit, (u) deducuntur. *c. ex transmiſſa. 23. h. t.*

5. *Praediales*, ſeu *reales*, ſunt, quae de fructibus,

(t) ideo quod quodammodo iuris diuini eſſe videantur. Decimae ſpeciatim iam apud Gentiles in vſu fuere. vid. BASNAGE *tom. 1. annal p.* 505 §. 5. Eundem morem etiam obſeruarunt Patriarchae: poſt DEVS inter iudaeos ſibi easdem reſeruauit, & leuitis aſſignauit. Ergo in V. T. ſacerdotibus & leuitis in illas fuit ius quaeſitum ex Dei donatione. Sed quo titulo debentur presbyteris in N. T.? eodem, vt volunt, quo in V. T. ſacerdotibus, in quorum locum ſucceſſere. Verum id ipſum eſt, de quo quaeritur. Sacerdotium veteris teſtamenti dudum extinctum, nec presbyterio hodierno tribui poteſt. Latius hac de materia dixi in *iure paroch. ſect. 7. c. 1. §. 3. ſqq.*

(u) Rarius hodie frequentantur. Presbyteri ciuitatenſes hanc nouam ſpeciem excogitarunt, ut quoque ſuos reditus augerent, nec deterioris eſſent conditionis rurallium parochorum.

(x)

bus, vt frumento, vuis, pomis, ſumuntur. *c. ex multiplici. 3. c. 4. ſqq. C. 16. qu. 1.*

6. Inter quas plures ſunt differentiae. Nam *praediales decimas* (niſi ſpeciali privilegio, *c. ex parte tua ad nos. 10. hoc tit. c. 2. §. pen. eod. in 6. c. quod per nouale. 12. de verb. ſignif.* a Papa, *d. c. ex parte tua ad nos.* non Imperatore, *c. tua 25. hoc tit.* conceſſo, ſint exemti) debent Iudaei, (x) *c. de terris. 16. eod. c. pen. in fin. de vſur.* nec non clerici regulares, atque monachi; non decimas *perſonales. c. decimas. 47. C. 16. qu. 1.*

7. *Perſonales* ei Parochiae debentur, in qua quis Sacramenta percipit, quamuis alibi lucrum ſit factum; *c. ad Apoſtolicae. 20. verſ. noueris. b. t. praediales* ei eccleſiae, in cuius territorio ipſa praedia ſita ſunt, niſi conſuetudine aliud ſit introductum. (y) *c. cum ſint homines. 18. c. ad Apoſtolicae. 20. in fin. eod. c. vlt. de paroeciis.*

8. *Per-*

(x) Cum ſimpliciter bonis inhaereant, & a quocunque poſſeſſore praeſtari debeant, nec attendendum ſit, vtrum religioni dominanti addictus ſit nec ne?

(y) et praeſcriptione, ius extra diſtrictum parochialem decimas accipiendi quaeſitum, vbi ſufficiunt quidem 40. anni, ſed non *ſine titulo*, cum praeſumtio iuris poſſidenti reſiſtat. *c. 1. de praeſcript. in 6.* conf. *I. P. art. V.* §. 43. §. 47. Sunt etiam decimae *laicis* debitae, quas iuſtis titulis ab eccleſiis acquiſiuerunt, quae etiam adhuc hodie durant, vtut in *c. 19. X. b. t.* ſtatutum ſit, eccleſiis reddendas eſſe decimas.

(z)

8. *Perſonales* debentur deductis impenſis: *praediales* praeſtantur ſine deductione impenſarum. *c. paſtoralis 28. h. t.* vt & ſine deductione cenſuum ac tributorum. *c. cum non ſit. 33. eod.*

9. Tam *perſonalibus*, quam *praedialibus* commune eſt, quod impenſae, pro inſtaurandis rebus, de quibus decimae ſunt ſoluendae, factae, non deducantur. *d. c. paſtoralis. 28. §. nec pro.*

10. Decimas ſoluere tenentur regulariter omnes; (z) *d. c. a nobis 24. hic.* niſi ſint ab iis ſoluendis *immunes*, aut *ſpeciali priuilegio exemti.*

11. *Immunes* ſunt Clerici, vel alii Religioſi: (a) *c. nouum. 2. eod. c. 45. de decimis. §. fin. c. 46. queſtis. c. 47. decimas. §. caeterum. C. 16. qu. 1.* niſi praedia non

(z) etiam principes, qui reſpectu clericorum iure ceterorum *laicorum* fruuntur, praeſertim obligatione ſoluendi decimas adeo extenſa, vt quilibet parochus quoad omnia praedia, intra diſtrictum parochialem ſita, intentionem fundatam habeat, niſi immunitas probetur.

(a) iuxta vulgatum illud: *clericus clericum non decimat.* Verum haec regula magis de quibusdam privilegiatis & ſic de *exceptione* intelligenda eſt, non regulam generalem conſtituit. Nam etiam monachi ad ſoluendas decimas obligantur, ſi bona decimis obnoxia acquiſiuerint, *c. 10. X. h. t.* exceptis tantum noualibus, hortis & nutrimentis animalium, *c. cit.* quorſum etiam adductae limitationes ſpectant, quae indicant, etiam clericos a clericis regulariter poſſe exigere decimas. Sunt enim plures exceptiones, quam exempla ſub regula, vnde *a potiori* potius regula formanda eſt.

(b)

non propriis laboribus, ſed per colonos colant; *d. c. queſti. in fin. c. vlt. in fin. C. 16. qu. 1.* niſi ſint coniugati, qui ab aliis Clericis ſpiritualia recipiunt: *d. c. nouum 2. verſ. illi profecto.* & ibi Gl. niſi praedia a laicis comparauerint: *d. c. 41. cunctis. §. fin. cum c. ſeq. c. commiſſum. 4. c. nuper. 54. hic. c. ſtatuto. 2. §. caeterum. eod. in 6.* niſi praedia conduxerint: *c. dilecti. 8. hic* niſi praedia ſint vetera, *c. ex parte 10. eod.*

12. De veteribus tamen praediis decimas Clerici non debent; ſi ſint Ciſtercienſes, Templarii vel Hoſpitalarii, (b) *d. c. ex parte. verſ. ſed. praedeceſſor noſter. et c. ad audientiam. 12. eod.* aliis puta quam ſui ordinis Clericis. *c. 1. §. caeterum. de verb. ſignif. in 6.* & ibi Gl. Si ſint horti veteres. *d. c. ex parte. verſ. et de nutrimentis.* Si nouale vetus ſit factum. (c) *c. vlt. de privil.*

13. Eſt *nouale*, ager nunc primum ad culturam redactus, de quo, quod aliquando cultus fuerit, memoria non extat. *c. 1. de verb. ſignif.*

14. Qui

(d) Data eſt his ordinibus eo tempore haec immunitas, quo omnium rerum inopia premebantur, adeoque intuitu *paupertatis*, quod ipſe Pontifex innuit in *c. 9. X. h. t.* Poſtquam vero poſſeſſionibus ampliſſimis ditati ſunt, merito hoc privilegium ceſſare debet, quod INNOCENTII III. conſtitutione in *c. 34. X. h. t.* firmatum eſt.

(c) verum expreſſe in *cit. c. f.* dicitur, quod *nouale* ſemper immunitate de non ſoluendis decimis gaudere debeat.

(d)

14. Qui ſpeciali priuilegio ſunt exemti, decimas nec de *veteribus* nec *nouis* praediis ſoluunt. (d) *d. c. ex parte, d. c. a nobis. 24. verſ. niſi a praeſtatione. h. t.* (α) Niſi, cum priuilegium eſſet impetratum de immunitate noualium, agatur de decimis noualium tempore impetrati priuilegii poſſeſſis. *c. dudum. 31. de priuileg. c. ſtatuto. 2. in princ. hic. in 6.* (ϐ) niſi agatur de decimis ante impetratum priuilegium promiſſis. *c. ex multiplici. 3. hic.* (γ) niſi priuilegiati per triginta vel quadraginta annos decimas ſoluerint. *c. ſi terra. 6. de priuil.* (δ) niſi certis in rebus priuilegiati, de aliis conueniantur. *d. c. ſtatuto. §. dioeceſani.* (ε) niſi praedia aliena conduxerint. *c. in aliquibus. 32. h. t. c. vlt. §. fin. C. 25. qu. 2.* (ζ) niſi eorum bona nimium creuerint. *c. ſuggeſtum. 9. hic.* (η) niſi laicus priuilegium conceſſerit. *c. tua. 25. in princ. eod.* (e)

15. So-

(d) alias parochi intentionem fundatam habeant, etiam quoad *noualia*, intra diſtrictum parochialem ſita: minime vero illi, qui extra parochiam ſuam ius decimarum praeſcripſerunt, in quibus obtinet regula: *tantum praeſcriptum, quantum poſſeſſum.* Ceterum hodie in decimis extra territorium debitis per *I. P. art. 5. §. 46. ſq.* reſpiciendum ad *d. 1. Ian. 1624.* ſi res eſt inter catholicos & Proteſtantes: non ſi inter eiusdem religionis conſortes.

(e) Hae limitationes potiſſimum Ciſtertienſes & ordines militares reſpiciunt, quos ſingulariter priuilegiatos eſſe Autor 5. 12. dixerat.

(f)

15. Solus enim Pontifex tale priuilegium concedere poteſt: *c. tua. 26. eod.* non Princeps laicus; quia vt ius decimandi nequit conferre, ita nec ab obligatione praeſtandae decimae poteſt eximere. *c. dudum. 31. eod. c. cum plantare. 3. de priuileg.*

16. Poteſt priuilegium Pontificis, ſi eccleſiae laeſionem inferat, reuocari. *d. c. ſuggeſtum 9.*

17. Quia priuilegia ita ſunt interpretanda, ne cui ius ſuum, & potiſſimum eccleſiae, auferatur. *c. 1. C. 21. qu. 1.*

18. Solui debent decimae de fructibus & lucris quarumlibet rerum; (f) *c. ex transmiſſa. 23. c. peruenit. 5. c. nuncios. 6. c. ex parte. 21. c. non eſt. 22. hic. c. 4. quinque. c. 5. omnes. C. 16. qu. 7.* ſtatim cum collecti ſunt fructus; (g) *c. cum homines. 7. eod.* ante cenſuum ac tributorum ſolutionem; *c. cum non ſit. 33. eod.* aut expenſarum in ſeruos, vel mercenarios, pro agris colendis, fructibus colligendis, factarum deductionem; *c. tua nobis. 26. eod.* iis, quibus debentur; non aliis. *c. 4. nullus. C. 16. qu. 2.*

19. Sunt

(f) niſi quaedam ſpeciatim eximantur, quales ſunt *fructus arborum* in Saxonia, teſte CARPZOVIO. *lib. 2. I. E. def.* 134.

(g) h. e. poſtquam ſolo ſeparati ſunt: in plerisque enim locis prohibentur ruſtici, in horrea colligere fruges, antequam decimae fuerint ſolutae, niſi forſan non *mergitum*, ſed *granorum* decimae debeantur.

(h)

19. Sunt regulariter decima pars fructuum: niſi alia ſit conſuetudo; quae attendenda *c. 1. eod. c. quoniam. fin. C. 16. qu. 1. Clem. ſi beneficiorum. 2. princ. eod.*

20. Si decimae non ſoluantur, actio competit confeſſoria, ad eas petendas, imo detrectans excommunicationis ſententia ad ſolutionem poteſt compelli, *c. peruenit. eod.*

TIT. XXXIX. III. x. 30.

DE PRIMITIIS.

PRimitiae, (h) ſunt primae fructuum obuentiones, Domino offerendae, *vt cautum Exod. 22.* antequam vſibus noſtris ſecundae deputentur, *c. cauſa Carpenſis. 13. de verb. ſignif.*

2. Parocho, ſeu Sacerdoti proprio, *c. 1. doctos. c. 23. moderamine C. 16. qu. 1.* aut Clericis, qui pro offerentibus preces fundunt. *c. Eccleſias §. item cum. C. 13. qu. 1. d. can. doctos. d. can. moderamine*, debentur; licet Deo offerantur, *can. 65. reuertimini. C. 16. qu. 1.*

3. Earum nomine ad ſummum datur pars quadra-

(h) De vſu *primitiarum* antiquo gentilibus etiam vſitato, agit SPENCER *de LL. Hebr. ritual. lib. 3. c. 9 p. m.* 890. DEVS in V. T. etiam has ſibi vindicauit, ſed vnde clerici N. T.? quia putant, ſe ſucceſſiſſe in locum ſacerdotii V. T. (i)

dragesima; ad minimum sexagesima : inter has duas portiones plus aut minus datur, quantum requirit consuetudo, vel quantumlibet ei, qui soluit. (i) *c. 1. de decim. primit. & oblat.* Gloss. *ad can. Ecclesias. ad verb. & primitias. C. 13. qu. 1.*

4. Sunt primitiae in dispositione Episcopi. *c. 6. praeter hoc. §. deinde. vers. et vt ipsae. dist. 31.*

5. Debent inter Diaconos & Clericos alios diuidi. *Apost. can. omnium. 37. c. manifestae. 39.*

TIT. XL. III. x. 30.
DE OBLATIONIBVS.

OBlatio, est voluntaria & spontanea praestatio, quam Christiani Sacerdotibus pro peccatis (k) suis ad altare offerunt. *c. 13. quia Sacerdotes. C. 10. qu. 1.*

2. Qui

(i) Neque enim hae ita, vt quidem decimae, *perfectam obligationem* habent, nisi consuetudine inueterata debitae ostendantur.

(k) Hac esca laici capti sunt, ut frequentiores facerent oblationes. Olim fiebant vel *eucharistiae* vel *pauperum* sustentandorum gratia, inter quos etiam erant clerici, qui olim potissimum his alebantur oblationibus, quae vel singulis mensibus vel diebus diuidebantur, vnde has CYPRIANUS vocat *diurnas & mensurnas.* Nemo olim communicabat, qui non offerebat, nec monachi excepti erant, quia olim *laicorum* statui annumerabantur. Conf. ALBASPINAEVS *de rit. vet. eccl. lib. I. obs. 6.*

T (l)

2. Qui non debent oblationes accipere (l) fratrum diſſidentium; *c. oblationes. 2. c. neque. 3. diſt. 90.* eorum, qui pauperes opprimunt; *d. c. oblationes et c. eorum. 7. diſt. 90.* qui liberos exheredarunt; *c. vlt. in princ. C. 17. qu. 4.* excommunicatorum, *c. 11. ſi aliquis. C. 26. qu. 6. c. Sacerdos. 6. §. poenitentes. C. 26. qu. 7.* ſacrilegorum, *c. 17. de viro. C. 12. qu. 2.* inuitos ab eccleſia, ad quam confugerunt, extrahentium, *c. 8. miror. C. 17. qu. 4.* raptorum, *c. ſuper eo. 2. de raptor.* vſurariorum, *c. quia in omnibus. 3. de vſur.* meritricum. Gl. *in c. oblationes. 2. diſt. 90.* Gl. *ad princ. C. 14. qu. 5.*

3. Nec accipere debent oblationes ex rebus turpiter quaeſitis. *c. 2. immolans. c. 11. ſcriptum. C. 14. qu. 5.*

4. Modus offerendi non in certa quantitate conſiſtit, *c. 28. odi. C. 24. qu. 1.* ſed in bona ſinceraque offerentis voluntate, *d. c. 28. odi*, in fide Chriſtiana, & caritate. (m) *c. odit Deus 62. & c. ſeq. illi offerunt. C. 1. qu. 1.*

5. Quod ſemel Deo oblatum, non reuocandum, nec

(l) generatim quibus denegabatur *communio*, ab illis oblationes haud accipiebantur, quia hae communionem praecedebant. ALBASPINAEVS *tr. cit. lib. I. obſ. 6. in f.*

(m) Ergo non habent oblationes *perfectam obligationem*, niſi rebus ipſis impoſitae, & tractu temporis determinatae ſint, quorſum pertinent *nummi miſſales*, die Opfer-Pfennige.

(n)

nec retinendum eſt. *c. 3. ſunt qui opes. cum c. ſeq. C. 17. qu. 4.*

6. Oblata ad diſpoſitionem Epiſcopi pertinent, ſine cuius conſenſu ab aliis non debent vſurpari. *c. 57. in canonibus. c. 59. quia iuxta. §. cum ergo, C. 16. qu. 1.*

Tit. XLI. III. x. 13.

DE REBUS ECCLESIAE TEMPORALIBUS, ET QVANDO, ET QVIBVS SOLENNITATIBUS ALIENARI POSSUNT.

HActenus de rebus ſpiritualibus: conſequenter agendum de *rebus eccleſiae temporalibus.*

2. Circa quas, an, quomodo, & quibus modis alienari poſſint? conſiderabimus.

3. Res eccleſiae regulariter alienari nequeunt; ſiue Praelatus, (u) ſiue Capitulum, ſiue quidam ex Ca-

(u) An ergo Epiſcopi proteſtantes, qui ſimul *domini territorii* ſunt, ita conſtringuntur, vt Epiſcopi Catholici? Non arbitror, cum ſi principes noſtri cum Epiſcopis conferendi ſunt, magis *iure papali*, quam *Epiſcopali* fruantur: auctoritate autem papali interueniente, valida eſt alienatio. CARPZ. *lib.* 5. *reſp.* 52. Conf. *ius eccl. proteſt. lib.* 1. *tit.* 31. §. 57. Ceterum hanc materiam ex profeſſo illuſtrarunt inter Catholicos REDOANVS & TVRRICELLIVS.

Capitulo, ſine Praelatorum auctoritate, eas diſtrahant; in tantum, vt alienantes, niſi res reſtituantur, excommunicationis ſententiam incurrant. *c. ſi quis. 6. de reb. eccleſ. alien.*

4. Ex cauſis tamen iuſtis, & debitis ſolennitatibus adhibitis, hoc permittitur.

5. Iuſtae cauſae ſunt: 1) *neceſſitas aeris alieni*; quod ex fructibus eccleſiae non poteſt diſſolui. *c. 2. hoc ius C. 10. qu. 2.* 2) *Pietas*; vt ad redimendos captiuos, vel pro alendis pauperibus, tempore carae annonae: *c. 68. cum redemtor. c. 71. gloria. c. 70. aurum. C. 12. qu. 2.* 3) *Vtilitas*; vt quia alienatur res, quae ſeruando ſeruari non poteſt, aut quae magis oneri eſt quam emolumento. *c. 52. ſine exceptione. c. 53. terrulas. C. 12. qu. 2. c. ad aures 7. de reb. eccl. alien.*

6. Res quae ſeruari non poſſunt, ſine vllis ſolennitatibus alienari poſſunt. *d. c. terrulas*: Hoſtienſ. *in §. quis ex cauſ. verſ. res autem. tit. de reb. eccleſ. alien.* Quae ſeruari poſſunt, ſed ſunt exiguae & parum vtiles, a ſolo Epiſcopo, ſine Clerici conſenſu; *d. c. terrulas.* quae non tales, non ſine ſolennitatibus requiſitis.

7. Eae ſunt, vt alienatio fiat cum totius Cleri tractatu, (o) conſenſu & ſubſcriptione, aut ſaltem tracta-

(o) cauſae arduae tractandae in capitulo: inde *ſingulorum* capitularium conſenſus non ſufficit, ſed de alienatione *capitulariter* h. e. in collegio ſeu conuentu capitularium deliberandum. Multo minus ſimplex ſufficit confirmatio. MEV. 5. *dec.* 34. (p)

ſtatu praecedente, ac Praelato cum Capitulo auctoritatem interponente. (p) *c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. c. 20. non liceat. c. 52. ſine exceptione. c. 37. alienationes. C. 12. qu. 2.*

8. Quae ſi non obſeruentur, alienatio nullius eſt momenti. *d. c. 1. d. c. non liceat. d. c. ſine exceptione. d. c. alienationes.* alienans officio priuatur, deponitur, & damnum eccleſiae illatum reſtituere compellitur; *c. 18. monemus. c. 35. Diaconi. C. 12. qu. 2.* recipiens, rem cum omnibus fructibus perceptis reſtituit; pretium non recipit, (q) regreſſum tamen aduerſus alienantem habet. *c. 2. hoc ius porrectum. C. 10. qu. 2. d. c. aures. c. 25. Vulteranae. C. 12. qu. 2.*

9. Alienationis hic vox non ſolum dominii translationem, ſed & iuris alicuius conſtitutionem complectitur. *c. nulli liceat. 5. d. reb. eccleſ. alien.*

10. Proinde alienare hic dicitur; non tantum qui

(p) Proinde ſi bona monaſterii alienanda, praeter Abbatis & conuentus conſenſum auctoritas Epiſcopi, in cuius dioeceſi ſita ſunt, deſideratur; niſi 1) in eccleſiam fiat alienatio, quae in eadem eſt ſita dioeceſi. TAMBVRINVS *de iur. abb. P. 3. diſp. 13. q. 2. n. 19.* 2) monaſterium ſit exemtum. 3) praeſcriptio 40. annorum alienationem confirmauerit. 4) denique res tales ſint, quae ab antiquo alienari ſolitae fuerint.

(q) niſi in bona fide fuerit, probaueritque, pretium in vſum eccleſiae verſum fuiſſe.

qui rem vendit, permutat, donat; ſed & qui in precarias, emphyteuſin, feudum, hypothecam dat. (r)

II. De quibus omnibus alienandi modis, cum nobis tantum ſit propoſitum explicare ea, quae iuris Pontificii inprimis ſunt propria, non agemus; ſed tantum de precariis: vtpote quarum non in iure Ciuili, ſed tantum Canonico fiat mentio, & ſpectentur tantum in rebus eccleſiaſticis. Pac. *Iſag. Decret. tit. de precar.*

TIT. XLII. III. x. 14.
DE PRECARIIS.

PRecariae ſunt contractus, quo praedium perpetuo vel ad longum tempus fruendum conceditur, *c. 4. precariae. C. 10. qu. 1.* ita vt annua penſio præſtetur, vt colligitur *ex Nou. Leon. 13.* & de

(r) Res hoc modo *in perpetuum* alienatae, ſi modo non transferantur in aliam eccleſiam, *ſecularisari* dicuntur, quod rurſus in commercium veniant, oneribus ſubiiciantur, & immunitates eccleſiaſticas amittant. Ipſa ſecularisatio eſt vel *diœceſium*, vel *rerum eccleſiaſticarum.* Illa ſtatum ſecularem inducit in regimine, facitque ex dioeceſibus, ducatus & principatus, quales in I. P. referuntur. Haec vero rebus ſingularibus eccleſiaſticis priſtinam qualitatem adimit, facitque, vt *iure allodiorum* ceterorum cenſeantur. vid. Dn. THOMAS. *de qualit. bonor. ſecularis.*

(s)

de quinquennio in quinquennium contractus renouetur. (s) *c. 1. hic. c. 5. C. 10. qu. 2.*

2. Pro qua renouatione is, qui precariae nomine tenet, quid ſoluere tenetur; *Laudemium* Doctores vocant.

3. Eſt duplum canonis emphyteutici. *d. Nouell. Leon. 13.*

4. Verti debet in rem eccleſiae, non lucro Praelati cedere. *d. Nouell. Leon. 13.*

5. Qui hunc contractum cum eccleſiae Oeconomo, vt fieri ſolet, init, pro re eccleſiae, quam accipit, viciſſim rem aliam eccleſiae donare debet, vſufructu quoad vixerit ad certum tempus ſibi retento, vt eo finito proprietas ad eccleſiam tranſeat. *d. c. precariae. C. 10. qu. 2.*

6. Differt hic contractus ab emphyteuſi, vt ſpecies a genere; quoniam emphyteuſis dicitur, etiamſi non debeat ſingulis luſtris renouari; precariae vero omnino.

7. Differt a precario: quia hoc tamdiu conce-di-

(s) Non vniformis *precariarum* natura fuit; nonnunquam enim gratis, quandoque ſub certo cenſu, aliquando etiam ob bona eccleſiae oblata conceſſae fuere, *vſufructuario iure*, vt liquet ex variis exemplis, congeſtis a MABILLONIO *tom. III. analect. p. 84. ſqq. & 237.* CANGIO *in gloſſar. voc. precariae*, & ZIEGLERO *tr. de Epiſc. lib. 3. c. 28. §. 13. ſqq.* Praecedebant ordinarie ſolennes *preces*, & ad has bona in vſumfructum praeſtabantur, inde etiam *praeſtariae* dictae.

ditur, quod is, qui conceſſit, patitur; precariae vero pro voluntate concedentis non reuocantur, niſi ſint irrationabiles, *c. fin. h. t.*

TIT. XLIII. III. x. 25.

DE PECVLIO CLERICORVM, RELICTIS ET SVCCESSIONIBVS EORVM.

Sequitur, vt videamus *de rebus Clericorum propriis*, de proprio eorum patrimonio, quod non, quatenus ſunt Clerici, habent.

2. Quae ex prouentibus ſacerdotiorum conquiſita, eius cenſentur eſſe naturae, cuius iure ciuili bona peculii quaſi caſtrenſis.

3. Ea Clericus in vita ſua, prout vult, adminiſtrare & diſtrahere poteſt, non autem teſtamentario vel ſucceſſorio nomine alicui heredum relinquere. (t) Niſi forſan cui Epiſcopus, pro ſeruitiis ac praeſta-

(t) Id primo quoad *Epiſcopos* conſtitutum in legibus ciuilibus, *l. 2. C. de Epiſc. & cler. l. 42. §. 2. C. eod.* aliis clericis adhuc ſalua manſit poteſtas diſponendi, *Nou. 123. c. 19.* quod iuri antiquo canonico quoque conueniens eſt. *c. 1. 2. C. 12. qu. 5. c. 1. C. 12. q. 4.* Poſtea vero, vbi bona eccleſiaſtica poſſidere ceperunt, *iure beneficiario*, eadem diſpoſitio quoque ad eos extenſa; ſed tamen conſuetudini contrariae quoque non omnis vis detracta, *c. 12. X. h. t.* quae hodie in plerisque locis iis facultatem teſtandi praebet. SPERELLVS *deciſ. for. eccl. 82. n. 5. ſqq.*

(u)

ſtatione eccleſiae, largiri voluerit, *c. ſi quis ſane. vlt. hic.*

4. Quia de rebus eccleſiae, vel eccleſiae intuitu quaeſitis, teſtari prohibetur, cum illa eccleſiae, vnde prouenerunt, debeant remanere. (u) *c. 1. de teſtam.*

5. Niſi ex priuilegio, conſuetudine, vel alia rationabili cauſa, ea ad Clericum pertineant *c. praeſenti. §. porro. de offic. ordin. in 6.*

6. Praeſumitur de bonis eccleſiae quaeſitum, quicquid a Rectore eccleſiae, tempore promotionis nihil habente, quaeſitum eſt. *d. c. 1.*

7. Contra quam praeſumtionem admittitur probatio. *can. 21. ſint manifeſta. C. 12. qu. 1. c. 1. & 2. cauſ. 12. qu. 3.*

8. De his, quae aut paternae ſucceſſionis, vel cognationis intuitu, ſeu conſanguineorum vel amicorum munere, reſpectu non habito ad eccleſiam, ad Clericum peruenerunt, libere teſtari poteſt. *c. quia nou. 9. de teſtam.*

9. Si ſine teſtamento deceſſerit, ea deferuntur cogna-

(u) acceſſit haec ratio, quod Epiſcoporum praelatorumque *mobilia bona* Imperatores Regesque *iure ſpolii* ſibi vindicarent, illi vero eodem iure vterentur intuitu mobilium inferiorum clericorum, ſub hoc praetextu, quod ex reditibus eccleſiaſticis acquiſita praeſumerentur, vid. *diſſ. de ſucceſſ. in bona cleric. c. 1. §. 6. ſqq.* & Epiſcopi ſe nomine *eccleſiae* venire arbitrarentur, *c. 12. X. de teſtam. c. 9. de offic. ordin. in 6.*

cognatis ſecundum legitimae ſucceſſionis ordinem: *c fin. C. 12. qu. 5.* Si vero cognatos non habuerit, eccleſiae vindicantur. (x) *d. c. fin.*

10. Si omnia Clerici bona ita ſunt confuſa, vt quid patrimoniale, vel ab eccleſia ſit, ſecerni non poſſit; in quatuor partes ea diuidentur: & vna pars eccleſiae, altera Epiſcopo, tertia pauperibus, quarta parentibus idoneis aſſignabitur. *c. ſanct. 2. de ſucceſſ. ab inteſt.*

11. In beneficia & alia bona eccleſiaſtica nullo conſanguinitatis iure ſucceditur. *c. 1. de praebend. can. 7. Apoſtolica. C. 8. qu. 1. c. conquerente. 4. c. praeſentium. 3. c. ex transmiſſa. 7. de filiis presbyt.* beneficiati enim tantum cenſentur vſurarii, vel ad ſummum vſufructuarii, (y) *d. c. praeſenti. de offic. ordin. in 6.*

12. Quod

(x) Id iam olim *iure ciuili* cautum eſt. *l. 20. C. de Epiſc. & cler. auth. licentia. C. eod. in f. Nou.* 131. *c.* 13. Inter proteſtantes deferuntur bona illi eccleſiae, in qua clericus defunctus conſtitutus fuit, non magiſtratui loci, vt putat CARPZ. *lib.* 3. *Iurispr. Conſ. def.* 9. cum nec hic, nec princeps *eccleſiam* conſtituit, cui ſucceſſio eſt delata.

(y) vel potius *beneficiario iure* bona poſſident, quod nec *vſus* nec *vſusfructus* eſt, ſed *ſalarii* rationem habet, quod ob *officium ſacrum* datur, & hoc extincto exſpirat. Nec enim clericis *ius in re* proprie tribuere poſſumus.

(z)

12. Quod diximus, Clericum de rebus patrimonialibus teſtari poſſe; non trahendum ad Religioſos, tria ſubſtantialia, ſcilicet paupertatem, obedientiam, & caſtitatem, profeſſos: *c. 2. de teſtam. & c. 11. non dicatis. C. 12. qu. 1.* etiamſi ſint Abbates, *d. c. & d. can.* Quia qui monaſterium ingrediuntur, ſe & ſua Deo & monaſterio dedicant, *can. 7. quia ingredientibus. C. 19. qu. 3.* (z)

13. Eremitae tamen, qui nulli monaſterio & regulae ſe dedicarunt, teſtari, quia proprium habent, poſſunt. *can. perlatum. §. e contr. C. 19. qu. 3.*

TIT. LXIV. III. x. 26.

DE TESTAMENTIS.

OCcaſione eius, quod ſuperiori titulo diximus, Cle-

(z) Ante IVSTINIANI tempora teſtamenti factionem habebant, qui eis demum illam ademit in *Nou.* 5. *c.* 5. & *Nou.* 76. excepto caſu *Nou.* 123. *c.* 38. vt inter liberos adhuc diſponere poſſent. Si *ante ingreſſum* diſponunt, valide diſponunt, quamuis hoc teſtamentum non ſtatim *ab ingreſſu* in monaſterium, ſed demum a *tempore mortis* valere incipiat, adeoque interim monaſterium fructus, quos monachus acquiſiuiſſet, percipit. Nec ordines militares ob votum *paupertatis* teſtamenta condunt, niſi a *magiſtro ordinis* indultum impetrauerint. Equidem inter proteſtantes *Sonnenburgici* libere teſtantur, non item *Teutonici* ordinis qui ſunt, vtpote qui adhuc voto hoc obſtringuntur.

(a)

Clericum poſſe de rebus patrimonialibus teſtari, propria quaedam circa materiam teſtamenti praecepta, iure hoc Canonico, contra leges ciuiles introducta, enarrabimus.

2. Eſt teſtamentum nouiſſima voluntas, quae tempore mortis ſuprema inuenitur.

3. Valet hoc iure coram proprio Presbytero, & duabus vel tribus aliis perſonis idoneis factum. *c. cum eſſet. 10. h. t.* contral. 12. *C. de teſtam.* (a)

4. Qui extremam voluntatem ſuam in alterius diſpoſitionem confert, non decedit inteſtatus, (b) *c. cum*

(a) Verum haec forma nequidem inter ipſos Pontificios vſu recepta eſt, ſed ius ciuile potius attenditur. GONZALEZ *ad c. 11. cit. n. 19.* CARPZOV. *p. 3. C. 4. def. 40.*

(b) Inde concludunt, hoc iure ſimpliciter permiſſum eſſe, voluntatem ſuam in alterius arbitrium conferre. Sed notandum eſt 1) in cit. *c. 13.* agi *de teſtamentis clericorum de bonis non-patrimonialibus*, vt recte cenſet GONZALEZ. *in not.* 2) ſi *ab inteſtato* decedebant clerici, Epiſcopi de bonis ex eccleſiae reditibus quaeſitis diſponere poterant, niſi forſan ad *pias cauſas* de iis diſpoſuiſſent; id quod demum iis integrum erat. Poterant autem vel ipſimet *ſpecifice* de his ad *pias cauſas* diſponere, vel alicui mandare, vt *pro anima ſua* de iis diſponeret; id quod ſi factum erat, non videbatur clericus *inteſtatus* eſſe mortuus, vt Epiſcopus de eo diſponere poſſet. Hic eſt ſimpliciſſimus huius textus ſenſus, adeoque minime inde fluit, hoc iure *quemlibet* teſtatorem poſſe voluntatem ſuam in *arbitrium tertii* conferre.

(c)

c. cum tibi. 13. eod. contral, *illa inſtitutio.* vbi Gloſſ. *ff. de hered. inſt.*

5. Res aliena legari non poteſt. *c. filius noſter. 5. hic.* vbi Abb. *contra §. 4. Inſt. de legat.* (c)

6. Liberi fideicommiſſo grauati, & legitimam & quartam Senatus conſulto Trebelliano debitam detrahunt. *c. Raynutius. 16. c. Raynaldus. 18. hic.* (cc)

FINIS LIBRI SECVNDI.

IVRIS

(c) Non intellexit Papa iuris ciuilis diſpoſitionem, adeoque id correxit, quod nequidem ius ciuile ſtatuit: quod autem illud ſtatuit, non correxit.

(cc) valet teſtamentum *ad pias cauſas* ſine vllis teſtibus, ſi modo conſtat de *voluntatis certitudine.* vid. diſſ. *de privileg. legat. prior. genuin. et ſpur.*

(d) poſt

IVRIS CANONICI, PER APHORISMOS *Strictim* EXPLICATI

LIBER TERTIVS.

TIT. I. II. x. 1. *DE IVDICIIS.*

ABSOLVTIS duobus huius iuris obiectis, *perſonis* puta & *rebus*; reſtat explicandum tertium, puto *iudicia*.

2. *Iudicium* eſt legitima controuerſiae apud iudicem tractatio & diiudicatio. *arg. c. forus. 10. de verb. ſignif.*

3. Eſt vel *eccleſiaſticum*, vel *ſeculare*; *ordinarium* vel *extraordinarium* ſeu *ſummarium*.

4. *Eccleſiaſticum* eſt, quod coram iudice eccleſiaſtico, (d) inter perſonas eccleſiaſticas, vel ſaltem con-

(d) poſtquam eccleſia in peculiarem rempublicam, a ſeculari independentem, euecta eſt, propriam quoque debuit ha-

contra perſonam eccleſiaſticam (ſiquidem actor ſequitur forum rei), aut de cauſa eccleſiaſtica agitatur. *c. decernimus. 2. hic. c. cauſam matrimonii. 16. de offic. deleg. c. fin. de foro compet.*

5. *Seculare* eſt, quod coram iudice Laico, inter perſonas ſeculares, de cauſa ſeculari exercetur. *d. c. decernimus.*

6. *Ordinarium*, in quo exquiſito & ſolenni iuris ordine ſeruato proceditur; vt puta, *libellum porrigendo, litem conteſtando, & alia a iure praeſcripta faciendo.* De quibus infra latius.

7. *Extraordinarium* ſeu *ſummarium* eſt, quando non in figura iudicii, (e) ſed ex iudicis officio, per modum inquiſitionis, vel denunciationis, vel

habere iurisdictionem, quae ſane olim incognita fuit, prout oſtendi in *iure eccleſ. proteſt. lib.* 1. *tit.* 31. §. 17 *ſqq.* Omnis iurisdictio fluit ex *imperio ſupremo*, principi, non eccleſiae, competente, adeoque *iurisdictionem eccleſiaſticam* principes per conſiſtoria expediunt inter proteſtantes, qua tales, non qua Epiſcopi. HVGO GROTIVS *de ſtatu reg. Germ. c.* 3. §. 28. BERGER *in oecon. iur. lib.* 2. *tit.* 2. §. 2. *not.* 2. Inde a conſiſtoriis appellatur ad ſuprema principum tribunalia, ipſisque auocatio cauſarum integra eſt.

(e) h. e. non per modum *ordinis iudiciarii ſolennis*, ſed adhibitis tantum *ſubſtantialibus*: tumultuarius enim omni iure eſt prohibitus, quem tamen temere admittunt in *notorio. c.* 3. *X. de teſtib. cog. c.* 17. *C.* 2. *q.* 1. quod reprobaui *in iure eccleſ. proteſt. lib.* 2. *tit.* 1. § 8. *ſqq.*

(f)

vel alias de plano, ex aequitate, proceditur. *c. ſuper his. 16. & c. qualiter. 17. de accuſat.* de quo infra *tit. vlt.*

8. Eſt & iudicium aliud *ciuile*; cuius finis priuatum commodum reſpicit: de quo hoc libro agemus: aliud *criminale*; quod publicum intereſſe, publicamque vindictam reſpicit. Dd. *in rubr. hic.* Et de hoc *lib. 4.* tractabimus.

9. Conſtituunt iudicium, *Iudex, Actor, Reus. d. c. forus. verb. in omni. 10. de verb. ſignif.*

10. Pro quibus aliae perſonae accedere poſſunt, ad tres tamen illas pertinentes, vt, *Procurator, Aduocatus, Teſtis*, &c. pro litigantibus; pro iudice, *Vicarii, Conſiliarii, Aſſeſſores, Notarii, Amanuenſes, Apparitores*, &c. (f)

TIT. II.

DE IVDICE.

I*Vdex*, eſt perſona, quae iurisdictioni praeeſt, ac populo, iuxta legis praeſcriptum, locique con-

(f) Potiſſimum ſeculo XII. *fora eccleſiaſtica* ad normam iuris ciuilis compoſita ſunt, a quo tempore in conciliis eccleſiaſticis proceſſus maxime excultus, & controuerſiae circa eum emergentes a Pontificibus, quamuis vtplurimum infeliciter, compoſitae ſunt. Antea iudicia Epiſcoporum *ſimplicia* erant, ſine *ordine iudiciario* compoſita, & pleraque ex *officio*, ſine aduocatis, ſcriptura, alioque apparatu expediebantur.

(g)

conſuetudinem, ius dicit. *c. forus. 10. §. iudex. de verbor. ſignif.*

2. Eſt vel *ordinarius*, vel *extraordinarius* ſiue *delegatus*.

3. *Ordinarius* eſt, qui iure ſuo, vel ſuperioris beneficio, iuriſdictionem vniuerſaliter poteſt exercere; vt Epiſcopus, Archiepiſcopus, Legatus & ſimiles iuriſdictionem a Papa habentes, *c. omnes. 1. diſt. 22.* (g)

4. Hic poteſt quocunque in diœceſis ſuae loco non exemto, per ſe, aut per alium, pro tribunali ſedere; cauſas ad forum eccleſiaſticum pertinentes audire; perſonas eccleſiaſticas, ſi earum merita expoſcant, capi, & in carcerem detrudi, iubere, caeteraque ad officium eius ſpectantia exercere. *c. cum Epiſcopus. 7. de offic. de ordin. in 6.*

5. Archiepiſcopus, etſi in omnes prouinciae ſuae Suffraganeos iuris habeat dictionem; in eorum tamen ſubditos, paucis articulis exceptis, poteſtatem non habet. *c. paſtoralis. it. in princ* vbi Gloſſ. *de offic. ordin.*

6. Sic & Patriarcha non poteſt de cauſis eorum cognoſcere, qui Archiepiſcopi ſui vel Epiſcopi ſub ditione ſunt. Niſi appellatione ad eum legitime

(g) Alias *ordinarios* vocant illos iudices, qui iuriſdictionem ex *lege* habent, eamque ideo Epiſcopis tribuunt, quod ex *lege diuina* eam illis tributam eſſe cenſeant, non ex beneficio papae, quod aegre *Epiſcopales* admittunt.

me interpoſita, aut conſuetudinis alicuius aut priuilegii iure. *c. ſimul. 9. eod.*

7. *Extraordinarius iudex* eſt, qui non iure ſuo, vel ſuperioris beneficio, ſed vel ex partium conſenſu, vt *Arbiter*, *de quo infra*, vel ex ſuperioris commiſſione, vt *delegatione*, alicuius cauſae iudicialem cognitionem recipit. *c. ſane quia. 91. c. cum olim. 33. de offic. deleg.*

8. Delegare Iudicem poſſunt, & ordinarii, & Papae delegati; (h) licet dati ſint ex officio, vel de partium conſenſu, vel cum clauſula, *Quod ſi non omnes*, (i) & *c. fin. eod.* non delegati ordinariorum; niſi cauſarum vniuerſitas delegetur. *c. in literis. 29. eod.* (k)

9. Qui delegantur, debent eſſe homines liberi, maſculi, aetatis legitimae, id eſt, viginti annorum, *c. cum*

(h) propter *dignitatem*, qua praefulgent; nec enim alios Papa, quam in dignitate eccleſiaſtica conſtitutos, delegare ſolet, *c. 11. reſcript. in 6.* adeoque hoc applicari nequit ad priuatas perſonas, quas principes delegant; bene tamen ad principes a Caeſare delegatos. Breuiter ius ſubdelegandi dependet vel a *dignitate* delegati, vel a *poteſtate* ei ſpeciatim tributa, vel a *ſtatu* peculiari delegatorum, vtpote ſi capitulum delegatum eſt.

(i) quia impeditus vices ſuas alii ſubdelegare poteſt.

(k) quales ſunt *mandatarii iudices*, vel *officiales*. Integra tamen eſt etiam magiſtratui inferiori delegatio, non quidem ad totam cauſam, ſed ad vnum vel alterum actum expediendum.

(l)

c. cum vigeſimum. 41. eod. ingenio & iudicio praediti, prouidi, periti, iurisdictioni delegantis ſubditi, perſonae eccleſiaſticae, (l) licet ſimplices ſint clerici, ſi ab ordinariis delegentur: ſi a Papa, aut eius Legato; debent aliqua in dignitate vel perſonatu eſſe conſtituti, aut ſaltem eccleſiae alicuius cathedralis eſſe Canonici. *c. ſtatutum. 11. verſ. ſancimus. &* ibi Gl. *de reſcript. in 6.*

10. Hinc eſt, quod principalis Epiſcopi Officialis, & Religioſus conuentualem Prioratum obtinens, a ſede Apoſtolica & eius legato delegari poſſit, non officialis foraneus, aut religioſus monaſterii ſui Prior clauſtralis. (m) *Clem. etſi 2. de reſcript.*

11. Delegari quidam impediuntur *natura*, quidam *lege*, quidam *moribus*.

12. *Natura*; ſurdi, muti, *c. 1. §. tria ſunt. C. 3. qu. 7.* perpetuo furioſi, *d. c. 1. verſ. & qui perpetuo.* minores viginti annis. *d. c. verſ. & impubes. d. c. cum vigeſimum 41.*

13. *Lege*; qui Senatu moti. *d. c. 1. verſ. Lege qui.* infames. *c. licet ex 47. de teſtibus. c. 2. infames. C. 3. qu. 7.*

14. In-

(l) ſcilicet quoad cauſas eccleſiaſticas. Sed etiam laici inter proteſtantes ad has delegari poſſunt.

(m) prior *conuentualis* apud Dominici ſodales ex inſtituto ordinis eſt loco *Abbatis*, & ſic dignitate praefulget: *clauſtralis* vero vicem abbatis gerit inter Benedictinos, *c. 9. X. d. V. S.* & abbatis imperio ſubeſt.

14. Infames ſunt haeretici, fures, ſacrilegi, capitalibus criminibus irretiti, ſepulcrorum violatores, & qui ſe Epiſcopis opponunt, inceſtuoſi, homicidae, periuri, raptores, malefici, venefici, adulteri, anathematizati, & omnes, quos eccleſiaſticae & ciuiles leges infames pronunciant. *c. 17. infames. C. 6. qu. 1. c. 9. hi qui Epiſcopos. C. 3. q. 4.*

15. *Moribus* impediuntur delegari; feminae, ſerui. Quia receptum, ne ciuilibus officiis fungantur. *d. c. 1. verſ. moribus. c. ad probandum. 24. de ſentent. & re iud. c. 17. mulierem. C. 33. qu. 5.*

16. Non tantum vnus, ſed & duo, tres, vel plures, ad eandem cauſam iudices dari poſſunt; idque vel *ſimpliciter*, vel *clauſula aliqua adiecta.*

17. Si *ſimpliciter*, tum vnus, vel aliqui ex ipſis, ſine aliis, vel ſubdelegatione eorum, in delegatae cauſae cognitione, procedere, & ſententiam ferre non poſſunt; ſi fecerint, illa ipſo iure erit nulla. (n) *c. cum cauſa. 22. de offic. deleg.*

18. Dixi *ſine aliorum ſubdelegatione*; quia qui impediti, loco ſuo alios ſubdelegare poſſunt; quos ſi collegae non admiſerint, proceſſerintque, proceſ-

(n) ſi vel maxime vnus ex iis mortuus vel aliter impeditus, eſt, *c. 42. X. de offic. & pot. iud. del.* niſi forſan delegatio facta fuerit intuitu dignitatis, quae non moritur *c. 1. X. eod.*

(o)

ceſſus fiet irritus. *c. quamuis. 6.* Abb. *in c. coram, 34. eod.*

19. Si delegatio pluribus facta, cum clauſula; *ſi non omnes intereſſe potuerint, reliqui nihilominus exequantur*; vel cum clauſula, *ſi ambo intereſſe nequiuerint, vnus ex illis cognoſcat*; (o) tum, ſi vnus vel plures intereſſe non poſſint; vel non velint, dummodo per nuncium aut literas de hoc conſtet: caeteri ad cauſae cognitionem procedere poſſunt; nec impediti delegati ſubdelegatum admittere tenentur. (p) *c. cum cauſa. 22. c. cum ſuper. 23. c. prudentiam. 21. §. adiicimus. eod.*

20. Si

(o) Germanice exprimi ſolet: ſamt und ſonders, quae ſua natura *conditionalis*, & praeſupponit, alterum ex delegatis impediri. *c. 13. X. de reſcript.* Ab hac clauſula differt illa: *vt vnus aut duo, aut omnes procedant. c. 8. de offic. iud. deleg. in 6.* ſamt oder ſonders, quae disiunctiua eſt, liberumque praebet delegatis arbitrium, vtrum *coniunctim*, an vero alter absque altero procedere malit.

(p) idque ideo, quod ſecundum adductam clauſulam: *ſi non omnes*, reliqui tunc procedere demum poſſint, *ſi perſonaliter* vnus alterue commiſſioni intereſſe non poſſit. Id ipſum vero cum doctrina de *ſubdelegatione* minime cohaeret: Si enim eam exercet delegatus *ſimpliciter* datus, cur non etiam datus ſub hac clauſula? cur hoc caſu magis cenſeri debet in hunc datus finem, vt *perſonaliter* commisſioni interſit quam priori caſu?

20. Si vnus tamen negotium inchoauerit, alii ſe intromittere non poſſunt; niſi is, qui praeuenit, poſtmodum iuſta aliqua cauſa fuerit negotium finire impeditus, aut doloſe detrectet procedere. (q) *c. cum plures. 8. eod. in 6.*

21. Iurisdictio ab eo, viuo delegante, fundata, & aliis, eo, & mandatore mortuo, competit. (r) *d. c. cum plures 8,*

22. Fundatur hoc iure iurisdictio etiam ſola citatione. (s) *c. gratum. 20. eod. c. 28. anteriorem. C. 2. qu. 6.*

23. Delegari poſſunt, & *principium*, & *medium*, & *finis cauſae. c. ſuper quaeſtionum. 27. §. intentionis. eod.*

24. *Principium*; vt ſi citatio vel litis conteſtatio de-

(q) Confundit Autor effectum *clauſulae conditionalis* cum *disiunctiua* ſamt oder ſonders: ad hanc pertinent, quae *hoc* 5. adfert, vt *cit. c.* 8. docet. Si *conditionalis clauſula* adiecta, per ſe patet, quod, impedimento ceſſante, impeditus rurſus admittendus ſit. *c. 21. X. de offic. & pot. iud. deleg.*

(r) Id rurſus ad clauſulam, *in ſolidum*, pertinet, hoc ſenſu, vt ſi vnus ex pluribus tantum iurisdictione vti ceperit, & *litis pendentiam* conſtituerit, hoc ipſum etiam factum cenſeatur quoad reliquos, ſi vel maxime delegans mortuus ſit.

(s) quae iure canonico *litis pendentiam* inducit, *elem. 2. vt lite pend.* vt proinde nulla ratio ſit habenda diſpoſitionis *c.* 19. *X. de offic. & pot. iud. del.* ex iure veteri petitae, quae aperte pugnat cum *cit. c. 20.*

(t)

delegetur. *c. 28. paſtoralis. eod. & d. c. ſuper quaeſtionum.* §. *1.*

25. *Medium*; vt ſi totius cauſae examinatio, a tempore litis conteſtatae, vsque ad ſententiam, committitur. *c. cum, te conſulente. 19. & d. c. ſuper quaeſtionum. 27.* §. *nos autem. &* §. *intentionis. eod.*

26. *Finis*; cum diffinitiua ſententia, reſeruata executione, delegatur, *d. c. ſuperſtitionum.* §. *verum*

27. Debet delegatus mandati formam, (t) ſi praeſcripta; *c. venerabilis. 37. eod. c. cum dilecta. 22. de reſcript.* ſi non, iuris diligenter ſeruare. *c. ex parte tua. 13. & d. c. ſuper quaeſtionum. de offic. deleg.*

28. Eo tamen ipſo, cui aliqua cauſa committitur, & plena ei tributa cenſetur poteſtas ſuper omnibus, quae ad ipſam cauſam pertinent, & omnium, ſine quibus officium ſuum exercere non poteſt; licet delegationis literae hoc non contineant: vt partes compellere & ſeueritate eccleſiaſtica contumaces coercere poſſit; (u) *c. praeterea. 5. c. ſuſpicionis. 39. eod.* ſi nulla a iure in eos, qui iudicio

(t) veluti ſi clauſula adiecta: *Sola veritate facti inſpecta,* quo caſu ſummarie procedunt, etiamſi cauſa per ſe ſit ordinaria.

(u) hinc etiam de *reconuentione* cognoſcere poteſt, etiamſi tantum ad *conuentionem* nominatim datus eſt, ſi actor tantum commiſſionem impetrauit.

cio ipſius parere contemnunt, poena ſtatuta; eam arbitrio ſuo pro delicti & cauſae qualitate ſtatuere, *c. de cauſis. 4. in fin. eod.* alio, quam in mandato expreſſus, loco, mandatum executioni mandare, neceſſaria aut probabili ratione hoc ſuadente. *c. 13. eod. in 6.*

29. Si delegatus, ob abſentiam ſuam, cauſam aliis delegauerit, ſubdelegatus, & eo mortuo (cum & tunc abeſſe cenſeatur) eam, ſi delegato viuente iurisdictione vti coeperit, definire poteſt: vt & ſi ipſi vices demandatae, donec delegatus eas duxerit reuocandas. *c. ſi delegatus. 7. eod. in 6.*

30. Poteſt enim delegatus re adhuc integra, mandatum, quo cauſam alii delegauerit, pro arbitrio reuocare; *c quamuis. 6. eod. in 6.* & illo defuncto, cauſam reſumere. *d c. quamuis. 6.*

31. Delegatus Papae poteſtatem habet non ſolum in partes, ſed etiam in alios, qui iurisdictionem ſuam impediunt; etiamſi ſe ſint multo ſuperiores. (x) *c. 1. & c ſane quia 11. eod.*

32. Poteſt etiam ſubdelegatum, niſi malitioſe ſe exoneret, ad cauſam ſuſcipiendam compellere: in co-

(x) Delegatus pontificis habet dignitatem ex perſona delegantis, quoniam poteſtate pontificia agit, & ſic maiorem cenſetur habere iurisdictionem ſuper omnes. Verum hodie rarius *vniuerſa iurisdictio* a principibus delegatis ſolet concedi, ſed plerumque tantum actus quidam.

coactione tamen dignitatis & perſonae ratione habita. *c. paſtoralis. 21. eod.*

33. Sententiam a ſe latam exequitur; etiam vsque ad annum: Delegatus ordinarii ſententiam ſuam non exequitur, ſed ipſe ordinarius; licet ſententiam ſciat eſſe iniuſtam. (y) *d. c. paſtoralis. §. quia vero. c. quaerenti 16. c. ſignificaſti. 7. eod.*

34. Sententia diffinitiua, ubi executioni mandata, expirat delegati iurisdictio. *c. in literis 9. eod.*

35. Sed & ea aliis modis finitur; vt *reuocatione, morte, impedimento, temporis lapſu, contrario reſcripto, recuſatione.*

36. *Reuocatione*; vt, cum delegans, re integra, id eſt, antequam delegatus iurisdictione mandata vti coepit, mandatum reuocat, *c. quamuis. 6. eod. in 6.*

37. *Morte*; vt ſi re integra, delegans, aut delegatus, aut is qui reſcriptum impetrauit, aut is contra quem impetratum, decedant. *c. ſignificauit. de re-*

(y) Haec limitatio in *cit. c. 18.* refertur ad *delegatum pontificis*, qui, ſi ordinario iudici executionem *ſimpliciter* committit, in ea cauſa non *iudex*, ſed *executor merus* eſſe dicitur, vt de *iuſtitia ſententiae* decernere nequeat. Alias ſi *iudici* committitur *executio ſententiae*, non quidem de *iuſtitia ſententiae*, bene tamen de *exceptionibus*, quae executioni alias, ſalua ſententia, opponi poſſunt, cognoſcere poteſt.

reſcript. & ibi Gl. & Dd. *c. caeterum. de reſcript.* Gl. *in c. in literis. 9. c. licet. 30. de offic. iud. deleg.*

38. *Impedimento*; vt ſi delegatus, impedimento aliquo, ſiue iuris; vt, *quia infamis, c. ſciſcitatus. 13. de reſcript. c. 1. C. 3. qu. 7.* &c. ſiue facti, vt *quia infirmus*; delegationis negotio intereſſe impediatur. (z)

39. *Temporis lapſu*; vt ſi dies, intra quem cauſa ex mandati forma debuerat terminari, ſit lapſa, nec a partibus prorogata. (a) *c. de cauſis. 4. in princ. de offic. deleg.*

40. *Contrario reſcripto*; puta ſi in eo prioris expreſſa fiat mentio. *c. caeterum. 3. de reſcript.* Gl. *in d. c. in literis.*

41. *Recuſatione*; cum iudex datus (idem & hoc iure, in ordinario, *c. 4. de foro comp. c. cum ſpeciali. 61. in princ. de appell.*) ab altero litigatorum, non ex ſola ſuſpicione, vt iure Ciuili; *l. apertiſſimi 16. l. vlt. C. de iudic.* ſed iuſta ſuſpicionis cauſa, (b) remoueri poſtulatur, *d. c. 4. c. inter*

(z) ſi ſcilicet plures dati ſunt ſub clauſula: *ſi non omnes*: tunc impediti iurisdictio exſpirat, ſi impedimentum eſt perpetuum; ſi *ſimpliciter* plures dati, vno impedito vel mortuo, etiam reliquorum iurisdictio exſpirat. vid. §. 17. *lit. n.*

(a) modo facta ſit prorogatio, durante adhuc iurisdictione, non vero ea iam lapſu temporis finita.

(b) quae nequidem cenſetur excluſa per clauſulam: *remota*

ter monaſterium. de ſent. & re iud. d. c. cum ſpeciali. vide infra *de recuſat. tit. 36.*

42. Iurisdictio iudicis delegati, ſi expirat in termino peremtorio, quem partibus aſſignauit, poſt congruam peremtorii horam, contumacem non expectabit; ſi non expirat, poteſt expectare in diem alteram, & iterum citare. *c. conſuluit. de offic. iudic. deleg.*

TIT. III.

DE IN IVS VOCANDO.

Diximus in genere de iudiciis, & eius occaſione de iudice: reſtat, vt explicemus iudicii *praeparatoria, principium, media, finem.*

2. *Praeparatoria iudicii futuri* ſunt, *in ius vocatio, libelli oblatio, reconuentio,* ſeu *mutua petitio.*

3. Primo agendum de *in ius vocando*; ſeu *citationibus*; quia eae omnium iudiciorum inſtituendorum ſunt fundamentum; vtpote ſine quibus omnia, quae in negotio aut loco aduerſus abſentes agun-

mota recuſatione. c. 25. X. de offic. & pot. iud. deleg. Obiecta ſuſpicionis cauſa vel coram arbitris executitur, ſi plures ſimpliciter ſunt dati; vel concommiſſarii de ea cognoſcunt, ſi plures ſunt dati ſub clauſula: *Si non omnes. c. 6. eod. in 6.* Imo hodie, iuramento *perhorreſcentiae* praeſtito, nequidem cauſa alleganda aut probanda eſt. *c. 11. de reſcript. in 6.*

(c)

aguntur, viribus careant. Nam neque ciuilis, neque naturalis ratio quenquam indefenſum iudicari permittit. Gloſſ. *pen. can. eccleſiae Sanctae Mariae. 10. de conſtitut.* Vnde nullo modo tolli poſſunt. (c) *Clem. paſtoralis. de ſent. & re iudic. vbi Dd.*

4. Eſt *citatio*, actus iudicialis, ſeu iudicii praeparatorius, quo is, quem coram ſiſti opus eſt, iudicis mandato legitime vocatur, iuris experiundi gratia.

5. Partes eius ſunt tres; *praeceptio iudicis*; *c. 1. §. contrahentes. de foro comp. in 6.* Marant. *in ſpec. aur. de citat. num. 51.* de qua debet apparere; non enim praeſumitur: Felin. *ad c. quoniam. de prob.* niſi alia ſit conſuetudo: Corn. *conſil. 95. lib. 4. verbalis citatio*; quam nuncius exequitur; & eiusdem *nuncii relatio.* Marant. *d. loc. num. 55.* Felin. *ad c. gratum. col. 3. de off. deleg.*

6. Quae ex actis apparere debet: alioqui citatio nullius momenti eſt. Specul. *de citat. §. ſequitur. num. 11.*

7. Nuncio hac in re creditur, vtpote iurato, & de ſuo officio teſtificanti, donec contrarium oſtendatur. Gl. 2. *in c. cum a nobis. 21. de teſtib.*

8. Eſt

(c) An ergo in notoriis citatio omitti poteſt? id affirmant *per c. 8. X. de cohab. cler. c. 12. X. de ſent. & re iud. c. 18. de purgat. can.* Verum id fluit ex proceſſu, quem vt plurimum contra haereticos inauditos & indefenſos formarunt.

(d)

8. Eſt citatio *vel iuris*, *Clem. 2. de poen.* cum lex, vel canon, certum dierum terminum, intra quem quis ad actum aliquem exercendum ſe iudicio debeat ſiſtere vel adeſſe ſtatuit: (d) *vt in c. 1. & c. quam ſit. 6. verſ. cupientes. de elect. in 6. in c. quamuis de offic. ordin. c. 1. de appell. in 6.* vel *hominis*; cum mandato iudicis in ius vocatur. *vt in c. cum dilecti. 6. de dolo & cont. c. veniens. 15. de accuſ.*

9. Vtraque vel eſt *generalis*, qua quicunque ſua intereſſe putauerit, negotio vt adſit, & in ius veniat, admonetur; (e) *vt in c. 1. de electiom. in 6.* Hoſt. & Innoc. *in c. dilecti. de except.* vel *ſpecialis*, qua perſona certa, & vocandi cauſa exprimitur.

10. Haec eſt vel *verbalis*, eaque aut *publica*, aut *priuata*; vel *realis*.

11. *Verbalis* eſt, quae fit verbo; *publica*, cum publice, affixis citationis literis, Felin. *in c. quoniam.*

(d) Talis quoque eſt citatio, quae in *A. B. c. 1.* §. 21. occurrit, in qua electores iubentur ſua ſponte adeſſe electioni, ſi vel maxime per Moguntinum non fuerint vocati. Talis quoque eſt, quae in iure facta eſt ad electionem Pontificis.

(e) Talis occurrit in caſu *factae electionis*, contra quam quilibet excipere poteſt. Verum hoc iure adhuc alio ſenſu *generalis* datur, diciturque, quae fit ad totam cauſam, *ſpecialis* vero, quae fit ad ſingulos actus. Illa in ſupremis tribunalibus, haec in iudiciis inferioribus locum habet. *c. 5. in f. de reſtit. ſpoliat.*

am. ſ. porro. Vt lite non conteſt. (*Edictalis* dicitur) aut per praeconem, campanam, vel tubam; (f) Marant. *part. 6. cap. de citat. num. 98. Priuata*, cum quis priuatim per nuncium, partem, vel Notarium, ad domum citatur. *arg. c. Circumcelliones, 23. qu. 5. & c. cum parati. 19. de appellat.*

12. *Realis* eſt, cum fit perſonae citandae apprehenſio. *c. ſi clericus 15. de ſent. excomm. in 6.*

13. *Edictalis citatio* tum demum fieri poteſt, ſi quis alio modo citari nequeat; *c. cauſam quae. 3. de dolo & contum. Clem. 1. de iud.* vt ſi citandus per ſe, vel per alios efficiat, ne citatio poſſit ad ſe peruenire; *d. Clem. 1. & c. ex tuae. 11. de cleric. non reſid. c. Romana. 1. §. contrahentes. de foro compet. in 6.* ſi locus, vbi citari debet, non eſt tutus; *d. Clem. 1. c. ſtatuimus vt is. 13. de offic. deleg. in 6. Clem. vn. de foro comp. Clem. cauſam. 3. §. verum. de electiori.* ſi citentur omnes, quorum intereſt. *c. fin. de elect. in 6.* Felin. *d. c. quoniam. ſ. porro.*

14. Fieri debet in locis vicinis; *d. Clem. vn. & c. vbi*

(f) vel etiam publice ex ſuggeſtu, in cauſa *malitioſae deſertionis*, quando probabile eſt, citationem hoc modo in notitiam abſentis peruenire poſſe. *clem. vn. de for. com.* Rectius tamen in *proceſſu deſertionis* proceditur, ſi non tantum valuis eccleſiae citatio affigitur, *c. f. X. de dol. & contum.* ſed abſens quoque in locis vicinis edictaliter citatur.

(g)

vbi periculum. 3. §. porro de elect. in 6. in locis remotioribus affixa citatum non arctat. *d. Clem. cauſam §. fin.*

15. Vicina loca intelliguntur, quae domicilio citandi ita vicina ſunt, vt veriſimiliter citationis notitiam habere poſſit. *l. dies cautioni. 4. §. toties. 6. ff. de damno infect.*

16. Fit omnis citatio iuſſu Iudicis, per apparitorem, ad inſtantiam & poſtulationem litigatoris; citra quam Iudex neminem citare debet in cauſis priuatis, *c. ſignificaſti. 18. verb. petitionem. de foro comp.* poteſt in publicis *c. qualiter. 24. de accuſ.* Socin. *de citat. art. 6. num. 2.*

17. Citare poſſunt, ſed non extra locum, vbi iudicare tenentur; *c. fin. §. conſeruatores. & c. ſtatutum 11. §. in nullo. de reſcript. in 6.* Iudices ordinarii; & delegati, *c. 1. de cauſſ. poſſ.* non tamen hi per edictum; niſi hoc aut ex conſuetudine, aut ſpeciali conceſſione habeant. (g) *c. cum contingat. 13. in fin. de foro compet.* vbi Gl. *in verb. vel conſuetudine. c. dilecti. 14. de arbitr.* vbi Gl. *in verb. conſuetudinem.* Gail. *1. obſ. 57. num. 13.*

18. Citari debent omnes, quorum intereſt, quorumque cauſa agitur: Marant. *d. loc. num. 2. 3. 4.* praeſentes perſonaliter, abſentes ad domum habitationis *c. cauſam quae 3. de dolo & contum.* vbi Gl.

(g) Sed quid ſi ad totam cauſam ſunt delegati? ſane poteſtate *iudicis ordinarii* fruuntur.

(h)

Gl. *in verb. ad domum.* & *commun. Canoniſtae.* Non tamen, niſi venia prius impetrata, perſonae, quibus reuerentia debetur; ſub poena quinquaginta aureorum. *c. 58. Epiſcopus, qui mancipium. C. 12. qu. 2.* (h)

19. Citatio facienda non modo in ſingulis cauſis, ſed ſingulis etiam cauſarum actibus & partibus expediendis; ſi quidem in iis cognitione opus ſit. *c. 1. de cauſ. poſſ. c. inter. de maior.* & *obed. Clem. paſtoralis. de ſent.* & *re iud.*

20. Certis tamen caſibus ad totam cauſam fieri poteſt citatio, vt ſi fiat ad locum remotum, (i) non ſi ad propinquum. *c. cum dilecti. 6. de dolo* & *contum. vbi* Panorm. *num. 5.* & *c. auditis 8. num. de procur. c. tum ex literis. 5.* ... *fin. de in int. reſt.* vbi Gl. *in verb. locorum diſtantiam.*

21. Citatio vt valeat, debet committi a iudice, *c. ex parte. 33. de reſcript.* Felin. *in c. 1. de iudic.* competente; *d. Clem. Paſtoralis.* Panorm. *in c. praeterea. 2. num. 16. de dilat.* eam nuncius, iuxta praeſcriptum ſuae commiſſionis, exequi; *c. venerabili. 37. de off. deleg. d. c. cum dilecti.* in perſo-

(h) Id quidem ex *iure veteri* autor repetit, ſed ſine ſolida iuris ratione, quae nequidem in *cit. text.* occurrit, multo minus hodie attenditur.

(i) Ideo videlicet introducta eſt haec *citatio generalis*, in curia Romana viſitata, vt nimii ſumtus, quos citatio ſpecialis quoad ſingulos actus deſiderat, euitentur.

(k)

ſonam, ſi illa haberi & inueniri poteſt, ſi non, ad domum, aut affixa citationis ſcriptura.

22. Ea continere debet; 1. *Nomen iudicis citantis.* 2. *Nomen & cognomen eius qui citatur.* 3. *Illius ad cuius petitionem fit.* 4. *Cauſam propter quam fit citatio.* 5. *Locum iudicii.* 6. *Diem & terminum comparendi.*

23. *Nomen iudicis citantis*; vt citatus poſſit cognoſcere, vtrum a competente iudice ſit citatus: citatio iuſſu iudicis ſit facta; iudex ſit delegatus, an ordinarius.

24. Delegati enim citatio, ad hoc vt citatum ad comparendum arctet, non valet; niſi literas, tenorem commiſſionis ſuae continentes, inſeruerit. (k) *c. cum in iure. 31. de off. deleg.* & Innoc. *num. 4.* Panorm. *num. 5.* Felin. *num. 5.*

25. *Nomen & cognomen citandi* (l) exprimi debet: vt aequiuocatio euitetur; vt citatus cogno-

(k) quia his demum ſe legitimat ad citationem: neque enim *iuriſdictio delegata* praeſumitur, quae *in facto* conſiſtit. Accedit quod eius, qui citatur, intereſt, vt ſciat, quousque delegati poteſtas ſe extendat, quia poteſtas eius ſtricta eſt. *c. 15. & 31. X. de off. & poteſt. iudic. deleg.*

(l) Ergo ſi plures ſint citandi, ſingulorum nomina, maxime in prima citatione, ſunt exprimenda, ſi modo vt *ſinguli* citentur: ſi *collectiue*, vt collegium, v. c. *miniſterium*, ſufficit exprimere nomen collectiuum, & citationem inſinuare ſeniori miniſterii, vel directori collegii.

gnoſcat, vtrum citatio ipſum concernat; vt actor amplius variare nequeat. *c. cum in multis. 2. in fin. de reſcript. in 6.* vbi Gloſſ. *in verb. quorum. & verb. nomina. c. paſtoralis. 13. c. ſignificante. 34. de reſcript.*

26. Nomen & cognomen citantis, vt citatus de eo, qui ipſum citari curauit, ſit certus, adhuc vt deliberare ſecum poſſit, an contendere vel cedere velit: *c. fin. de reſcript.* vbi Gl. *in verb. eiusdem nominis*, vt intelligere queat, citationem non ex officio iudicis, (m) ſed ad inſtantiam citantis, eſſe factam. *vid.* Panorm. *in c. prout 4. n. 9. de dolo contum. & in c. pen. n. 2. 4. de foro compet.* Ratio eſt *in c. bonae memoriae. 3. de poſt. prael. &* Gl. *ibid. in verb. curauimus.*

27. *Cauſa ob quam quis citatur*, (n) exprimenda,

(m) in cauſis ſcilicet *priuati arbitrii:* in cauſis ſponſalium, quas *priuati arbitrii* eſſe negant, *ex officio* conſiſtoria citant, vbi hoc requiſitum non attenditur, poſtquam ſententia de *indiſſolubilitate eorum*, & quidem ex iure diuino, plurimorum mentes occupauit. Eadem eſt ratio *piarum cauſarum*, in quibus non tantum quilibet ex populo, ſed iudex etiam *ex officio*, nemine vrgente, procedere poteſt *l. 46. C. de Epiſc. & cleric.* De aliis cauſis eccleſiaſticis, quae non ſunt *priuati arbitrii*, idem iudicium eſto, quaedam enim *priuati* ſunt *arbitrii*, vt ſepulchrorum, ſubſelliorum, iuris patronatus &c.

(n) Haec hodie ex ipſo *libello*, qui cum *citatione* reo communicatur, ſatis cognoſcitur, quo ipſo *induciae* ci-

da, vt, ſuper quo conuenitur, ſe poſſit inſtruere, *c. praeterea. 2. de dilat.* vbi Gl. *in verb. plene potuit. c. cum dilecti 6. de dol. & contum.* vbi Gl. *in verb. quaedam. Clem. 2. vt lite pend.* et ibi Gl. *in verb. plene.*

28. *Locus iudicii* exprimi debet; vt intelligere citatus poſſit, an iudex fines iurisdictionis excedat; *c. ſtatutum. 11. §. in nullo. de reſcript. in 6. c. pen. de off. Vicar.* an locus, vt eſſe debet, ſitutus, *Clem. paſtoralis. §. notorium. de ſent. et re iud. c. accepimus. 6. de fid. inſtr.* vbi Gl. *verb. ſecuro. c. ex parte 47. de appell. c. accedens. 2. vt lit. non cont. c. cum perſonae. 7. de priuil. in 6.* non peſtiferus. Gl. *in Clem. 1. §. ſane prioratus. in verb. rationabilis. de ſtatu monach.* Felin. *d. c. accedens. 2.*

29. Sed hoc intellige de citatione iudicis delegati, non ordinarii; quia certum tribunal habet. Philipp. Franc. *in c. cum. pardt. 19. de appell.*

30. *Dies et terminus comparendi* debet exprimi; vt citatus ſciat, an dies iuridica ſit, an feriata; ad quam comparere non tenetur; ſed demum die ſequente: (o) *c. cum dilecti. 6. de dol. & cont. vbi* Pa-

citatoriae ceſſant, *c. 2. X. de dilat.* Vbi vero in conſiſtorio *ex officio* proceditur, exceptio non communicati libelli ceſſat.

(o) niſi diſerte ad diem feriatum ſacrum, v. c. diem Michaelis citatus fuerit, quae citatio adeo nulla eſt, vt ne quidem die ſequente iuridica comparere teneatur.

Panorm. *num. 4. & in c. veniens. 15. de accuſat. n. 5.* an ſit congruus, vt ad locum deſtinatum peruenire commode poſſit. *d. c. cum dilecti. 6.*

31. Fieri debet citatio tribus edictis, interuallo decem dierum diſcriminatis; vel vno peremtorio, tantum temporis, quantum tria edicta, continente; ſiquidem id ſit neceſſarium; puta propter viarum diſtantiam, vel res celeritatem deſideret. *c. tum ex literis. 5. §. fin. de in int. reſt. c. cum dilecti. 6. de dol. & cont. c. 1. de dilat.*

32. Quod tempus peremtorium iudex non niſi ex iuſta cauſa, in citatione exprimenda, Abb. *in c. 1. in vlt. not. de dilat.* Lanfr. *in c. quoniam in verb. citationis. verſ. ſed quaero de probation.* Innoc. *in c. ad petitionem. 22. de accuſ.* abbreuiare poteſt, aut debet. Dd. *in c. 1. de dilat.*

33. Citatione facta legitime, reus in iudicium debet comparere, & cauſam ſuam defendere; (p) *c. propoſuiſti. 19. de foro compet.* non tenetur, ſi illegitime; *c. fin. de feriis.* Gl. *in c. de cauſis. 4. ſ. illis. in verb. venire. de offic. deleg. et in c. veniens.*

WIESTNER *ad ius canon. tit. de feriis n. 28. ſeq.* Debet autem iudex non tantum ferias ſibi dictas, ſed etiam *actoris & rei* obſeruare, nec contrarium ex *c. f. in f. X. de fer.* euincitur, vbi agitur de feriis humanis, deciditurque, quod iudex in iis, volentibus partibus, procedere poſſit.

[p] non comparens, etiam de iure canon. in expenſas condemnatur, *c. 6. X. de dol. & contum.*

(q)

cns. 15. in verb. propter de accuſ. Felin. *in c. illud. de praeſumt.* Conualidatur tamen ea citatio, ſi id ſponte faciat. *Clem. cauſam. §. fin. de elect.* Felin. *in c. illud. 8. num. 8. de praeſcript.*

34. Nonnunquam, etiam legitime citatus comparere non tenetur; vt ſi ſpoliatus, nec reſtitutus; (q) *c. 1. & c. 6. prius ergo. C. 3. qu. 2.* ſi facto aduerſarii impeditus; ad maius tribunal vocatus; vinculis, aut infirmitate detentus; aut aliis ſimilibus cauſis implicatus. (r) *c. quoniam. 5. §. ſi autem de carnali. vt lite non conteſt.* Impedimento tamen ceſſante, ſui copiam iudici, quando citius potuerit, facere debet. *c. cum dilecti. 6. de dolo & contum.*

35. Qui citatos ad Curiam Romanam, ne ſedibus conuenientibus ibi ſe ſiſtere poſſint, detinent; & qui citati, ne ibi tempore ſtatuto venirent, ſe capi curant, beneficiis Eccleſiaſticis priuantur. *Clem. multorum. 2. de poenis.*

36. Operatur citatio praeuentionem *c. propoſuiſti. 19. vbi* Socin. *de foro comp.* Gl. *in Clem. 1. de iudic.* perpetuat iuriſdictionem, (s) *c. gratum. 20. c. re-*

(q) hoc caſu comparere quidem, ſed reſpondere non tenetur, donec reſtitutus ſit, modo *intra* 15. dies exceptio probata fuerit.

(r) iuſta impedimenta a *contumacia* excuſant & operantur, ne in poenam non comparentium condemnari queat.

(s) adeo vt ſi vel maxime poſtea forum mutauerit, litem, vbi ſemel coepta eſt, abſoluere teneatur. Preinde qui ci:

c. relatum. 19. de offic. deleg. Clem. 2. vt lite pend. & actionem, (t) *d. c. gratum 20. cum ſeq. Clem. 1. et 2. vt lit. pend.* ſuſpendit iudicis poteſtatem per interuallum termino datum; *c. cum inter. 16. de elect.* inducit litis pendentiam.

37. Litem pendere dicimus, poſtquam a iudice competente citatio emanauit, & ad partem citatam peruenit, vel per eum factum fuit, quo minus ad notitiam eius peruenerit. (u) Mynſ. *cent. 4. obſ. 26. per Clem. cum lite. vt lite pend.*

Tit. IV. II. x. 2.

DE FORO COMPETENTE.

Vocari Reus, vt ſupra diximus, debet ad *iudicem ſuum competentem.*

2. Actor enim ſequi debet forum Rei. (x) *c. cum ſit.*

---

citatione facta, clericus factus eſt, litem ad conſiſtorium trahete, aut fori priuilegium allegare nequit. *c. 19. X. de for. compet.*

(t) hoc magis adſcribendum *litis conteſtationi*, quae *quaſi contractum* inducit, & ex hoc cauſas temporales perpetuat.

(u) in *edictali citatione*, vel quae ex cathedra ſacra fit, litis pendentia naſcitur, ſtatim poſt affixionem vel publicam citationis recitationem, poſtquam alia ratione citationis inſinuatio fieri nequit.

(x) et ſic non reſpicitur ad *qualitatem*, ſub qua actor rem petit, ſed ſub qua reus illam poſſidet. Si ergo eccleſia fundum vindicat, quem reus non vt *eccleſiaſti-*

ſit. 8. c. ſi clericus. 5. hic. c. 15. experientia. 11. qu. 1.

3. *Forum*, eſt locus vel ſedes, in qua lites & controuerſiae iudiciales exercentur, *c. forus. 10. de verb. ſignif.*

4. Illud quis ſortitur, vel *ratione domicilii*, vel *priuilegii*, vel *rei controuerſae ſitus*, vel *delicti*, vel *contractus*, vel *cauſae*, vel *continentiae*, & *cauſarum affinitatis*.

5. *Ratione domicilii*, originis, (y) ſi ibi reperiatur; Canon. Dd. *in c. fin. hic.* habitationis, *c. cum ſit generale. 8. eod.* ſiue ibi reperiatur, ſiue non: (z) *Gloſſ. in c. cauſam. 3. in verb. ad domum. de dol. & cont.* &, licet domicilium poſt iudicium coeptum immutetur. (a) text. & Gl. *in c. propoſuiſti. 19. verb. praeuentus. hic.*

6. *Ratione priuilegii*, Clerici etiam in minoribus ordinibus conſtituti, *c. 2. eod.* vbi Dd. *c. clerici.*

ſticum tenet, ſed tanquam ſuum; in *foro ſeculari* de eo concertatur: vbi de *qualitate eccleſiaſtica* haud eſt controuerſia, in conſiſtorio de ea agendum eſt.

(y) Roma olim erat *forum originis generale*, quod illa eſſet mater iuris ciuici Romani. Hodie Roma *communis mater eccleſia*, vt olim *communis patria*, eſſe creditur, & inde quilibet clericus Romae ſtatim in prima inſtantia conueniri poteſt. *c. f. X. h.*

(z) h. e. ſi forſan ex *accidente* abeſſe cogatur, vt tamen animum reuertendi non depoſuerit.

(a) Haec immutatio eſt neceſſitatis, in caſu mutatae religionis, quo *emigratio* ſubditis imperari poteſt per *I. P. art. V. §. 36. ſq.*

ci. 8. de iudic. regulariter coram iudice eccleſiaſtico tam a Clerico quam Laico conueniri debent: *c. cum nobis ab homine. 10. de iudic. c. cum ſit generale. 8. c. ſi diligenti. 12. cum contingat. 13. h. t.* nec ei poſſunt renunciare, (b) *d. c. ſi diligenti 12. §. fin.* vbi Gl. *in verb. manifeſtae. c. ſignificaſti. 18. in verb. Clerici. eod.*

7. Forum tamen ſeculare nonnullis caſibus ſortiuntur, vt, ſi lis ſit de feudo: *d. c. ſi diligenti. ſ. fin.* tum enim conueniri poſſunt coram iudice Laico, puta feudi Domino, aut Curiae paribus: *c. verum. 7. c. ex transmiſſa. 6. h. t. c. caeterum. 5. de iudic.* Si res, de qua inter Clericum & laicum quaeſtio, ſub iudice laico ſita: *c. fin. hic.* Socin. *in c. ſane ſi Epiſcopi. 3. n. 3. eod.* Si ſuper poſſeſſorio vel quaſi agatur, (c) Guid. Pap. *deciſ. num. 1. & 2.* Couarr. *reſol. pract. cap. 35. cum ſeq.* Si Clericus ratione officii, vt quia tutor, curator, procurator Laici fuit, conueniatur: Socin. *ad rubr. hic num. 1. et 15. et in c. 1. eod. num. 52. c. ſeq.* Si

(b) neque *in totum*, neque per *prorogationem*, quod tamen licuit tempore IVSTINIANI per *l. 51. C. d. Epiſc. & cler.* & hoc iure in caſu poſteriori quoque vtimur inter proteſtantes, cum rationes Pontificis in *cit. c. 12.* adductae haud ſtringant, ſed prorſus eo tendant, vt magiſtratus ciuilis auctoritas deſtruatur. Accedit, quod in noſtris foris conſiſtorium aeque vt alia iudicia a principe dependeat.

(c) etiamſi *poſſeſſorium* cauſae eccleſiaſticae motum ſit, veluti iuris patronatus, niſi forſan reus clericus ſit. GAIL. 1. *obſ. 37. n. 5.*

(d)

Si laico in lite ſuccedat. (d) Panorm. & Felin. *in c. quia de iudic.* Boer. *deciſ. 69. per c. propoſuiſti. 19. hic. vid.* Gail. *1. obſ. 37.*

8. Ratione rei controuerſae forum quis ſortitur, vbi ea ſita. (e) *c. fin. hic. c. 6. vbicunque. 13. qu. 2.*

9. Ratione delicti, in loco vbi reperitur & deprehenditur. *d. c. fin.* & ibi Canon. & praecipue Panorm. *num. 29. cum ſeq. et* Socin. *in c. poſtulaſti. 14. eod.*

10. Ratione contractus, ſi, vbi contraxit, reperiatur. *c. 1. ſ. contrahente. hic. in 6.* (f)

11. Ratione cauſarum, quia cauſae eccleſiaſticae & ſpirituales in foro eccleſiaſtico (g) tractandae; *c. con-*

(d) Similiter clericus actor reconueniri poteſt coram iudice ſeculari in cauſa *ciuili.* FELICIANUS DE OLIVA *P.* 3. *for. eccleſ. q.* 31. Quodſi clericus ſimul cum laico conueniendus, immediate princeps adeundus eſt per *t. t. D. ex quib. cauſ. ad eund. iud. eat.* non vero, vt putat BERLICH. *P.* 2. *dec.* 210. *n.* 24. Conſiſtorium, quaſi hoc ſit forum praeſtantius.

(e) et vbi contra poſſeſſorem, qua talem, agitur, et ſic etiam clericus in hoc foro actione in rem ſcripta conueniri poteſt. *c. f. X. h. t.* Attenditur hoc forum etiam in rebus *mobilibus*, MEV. *p.* 4. *deciſ.* 74.

(f) Hinc etiam clericos in foro ſeculari *contractus* conueniri poſſe cenſent. *c.* 17. *& f. X. h. t. c. 1. de priuil. in 6. c. 1. h. t. in 6.* Verum hi textus tantum oſtendunt, exemtos priuilegium ſuum coram ordinario, qui eſt eccleſiaſticus, allegare non poſſe, cui accedit, quod, quando in *perſonam* contra Clericum agitur, in conſiſtorio agi debeat, niſi alibi ſolutionem promiſerit.

(g) quae tales ſint, etiam inter proteſtantes vnice fere ex

 iure

contingit. 8. vbi Dd. *de arbitr. c. ſi clericus. c. 5. c. quod clericis 9. c. ex tenore. hic.* temporales, ſiue ciuiles, ſiue criminales, in foro ſeculari, *c. licet. 10. eod.* niſi ſecularis iuſtitiam facere negligat: (h) Socin. *in d. c. licet.* feudales in iudicio feudali. *c. verum. 7. c. ex transmiſſa. 6. eod.*

12. *Ratione continentis cauſae*, quia ea non eſt diuidenda. *c. pen. de in int. reſt. c. de prudentia. 3. et ſeq. de don. inter vir. et vx.*

13. Continentes cauſae dicuntur, quae communem iudicationis rationem habent, vt vna ſine altera non facile poſſit definiri. Iaſ. *in l. nulli. 10. C. de iudic.*

14. Ad fundandum iudicium ſufficit allegaſſe cauſas & qualitates iurisdictionem tribuentes, etiamſi non ſint verae, modo de falſitate euidenter non conſtet, Felin. *in c. ſi Clericus Laicum. 5. n. 2. hic.* Mynſ. *cent. 1. obſ. 9.*

TIT.

iure canonico aeſtimatur, vnde etiam *cauſa ſponſalium* & *iuris patronatus* ex hac ſola ratione huc referuntur, ſi modo de *iure* non de *nudo facto* agatur.

(h) ſub praetextu peccati euitandi, omnes cauſae ciuiles laicorum ad eccleſiaſticum forum trahuntur, & quidem per modum *denunciationis euangelicae, c. 13. X. de iudic.* de cuius praxi *libro IV.* agendum.

(i)

TIT. V. l. x. 35.

DE PACTIS.

AD forum competens vocati, quia nonnunquam, iudiciorum metu, ad *pacta* & *tranſactiones* veniunt, aut ad *arbitros* declinant, paucis de iis & pro ratione inſtituti noſtri, videamus.

2. Pactum, hoc iure, *c. pactum. 11. de verb. ſignif.* dicitur, inter partes ex pace conueniens ſcriptura, vel ſine ea, Gl. *in d. c. pactum verb. ſcriptura.* legibus ac moribus comprobata ſententia.

3. Paciſci de rebus eccleſiaſticis poſſunt ii, quibus eas, ſine conſenſu Capituli vel ſuperioris Praelati, alienare conceſſum. *c. fin. hic in 6.*

4. Paciſci poteſt de dignitatibus, praelaturis, & omnibus beneficiis, tam curatis quam non curatis: de rebus quae in commercio ſunt, ſiue ſint praeſentes, ſiue abſentes; modo ex earum conuentione nec *periculum animae*, nec *turpitudo*, nec *impoſſibilitas*, nec *eccleſiae damnum* inferatur: tunc enim pacta non valent.

5. *Periculum animae* infertur; ſi pacto beneficium pro pecunia reſignetur; quia committitur ſimonia: *c. cum pridem. 4. hic.* ſi fiat de ſuccedendo poſt mortem Praelati in ipſius eccleſia; *c. accepimus. 5. eod.* aut aliis ſpiritualibus obtinendis. *c. fin. eod.*

6. *Turpitudo* infertur; cum quis promittit, ſe crimen aliquod commiſſurum; aut de crimine com-

commiſſo non acturum. *c. vnusquisq; c. 5. in malis promiſſis. c. 12. non ſemper promiſſa. c. 17. diffinitio. c. 20. ſi ad peccatum c. 21. mulier. C. 22. qu. 4.*

7. *Impoſſibilitas*; cum rei in pactum deductae commercium per rerum naturam haberi non poteſt. *c. fin. hic.*

8. *Eccleſiae damnum* infertur; cum quid eccleſiae reditibus detrahitur, vel ei grauamen adiicitur, vel aliquod praeiudicium fit. (i) *c. plerique 7. eod. c. 42. ſi quis Laicus. 16. qu. 1.*

9. Caetera pacta, etiam nuda, (k) quae haec vitia non incurrunt, hoc iure obligant, & ad agendum & excipiendum ſunt efficacia. *c. 66. quicunque. C. 12. qu. 2. c. 1. & 2. hic. c. 8. puellae. C. 20. qu. 1. c. 23. innocens. C. 22. qu. 4. c. 30. Eleutherius. C. 18. qu. 2.*

10. Niſi conditio pacti defecerit; *c. peruenit. 3. & c. ſicut. 29. in fin. de iureiur.* Pontifex ex cauſa a promiſſione abſoluerit; *vt in c. 2. auctoritatem. c. 3.*

(i) Sic itaque omnia pacta, contra datam fidem, ab eccleſia, quae *cultrix iuſtitiae* eſſe debebat, facile infringi poſſunt; quia ſalus eccleſiae, proh dolor! vtplurimum in quaeſtu ponitur.

(k) Nam hoc iure ceſſat ratio, ob quam de iure Romano vis obligandi *pactis nudis* erat ademta, quod ſtipulationem ad eorum validitatem deſiderabat, modo ſint pacta *determinata*: in determinatae promiſſiones potius *tractatus* ſunt.

(l)

c. 3. alius. & c. 4. nos ſanctorum. C. 15. qu. 6. c. 2. de voto. qui pactum vult impleri, ex ſua parte non impleuerit. *d. c. peruenit. d. c. ſicut. §. fin. c. quemadmodum. 25. de iureiur.*

11. Derogant etiam pacta Apoſtolicis priuilegiis & indultis in fauorem paciſcentium & renunciantium; *c. ex multiplici. 3. de decimis. c. Clem. dudum. 2. de ſepult.* nocent tantum paciſcentibus, non aliis; *c. praeterea. 8. de cenſib. c. veniens. 8. c. de caetero. 5. de transact.* nec faciunt praeiudicium ſuperioribus.

12. Semper enim in omni pacto & iuramento excepta cenſetur ſuperioris auctoritas. *c. venientes 19. ea te credimus. 22. de iureiur. c. conſtitutus. 19. de reſcript.*

TIT. IV. I. x. 36.

DE TRANSACTIONIBUS.

TRanſactio, eſt rei dubiae et litis incertae, neque finitae, aliquo dato vel remiſſo, conventa deciſio. (l)

2. Trans-

(l) De hac iudex ante omnia debet eſſe ſollicitus, & litigantes ad eam omnibus modis componere, maxime in cauſa ſponſalium, *c. 7. D. 90. c. f. X. h. t.* vel ſi ex cauſa maximum metuendum eſt ſcandalum, quod, vbi inter miniſtros eccleſiae rixae ſunt, omnino metuendum eſt, CARPZOV. *lib. 3. I. C. def. 4.* vel etiam inter paſtorem & parochianos, IDEM *tit. l. def. 99.*

(m)

2. Tranſigere de rebus eccleſiaſticis poſſunt, qui paciſci; vt Praelati, ſed cum conſenſu Capituli, Superioris. *c. contingit. 3. c. de caetero. 5. c. veniens. 8. hic.*

3. Tranſigi de rebus temporalibus et ſpiritualibus, de quibus lis eſt, vel futura eſſe poſſit. (m) *c. ſuper eo 7. eod.* ita tamen quoad has, ſi vt proprietates in litigium deducantur. *c. ad quaeſtiones. 6. de rer. permut. c. ſtatuimus. 2. hic.* (Et res proprie amicabiliter componi dicitur. *d. c. ſuper eo.*) Non, ſi vt pro rebus ſpiritualibus dentur temporales, (n) *c. praeterea. 10. c. ſuper eo. 7. eod.* aut quidem ſpirituales, ſed vt quis ad beneficium eccleſiae recipiatur,

(m) maxime quatenus ſunt *priuati arbitrii*, vel in praeiudicium *tranſigentis*, non *eccleſiae* aut *ſucceſſoris* in officio. *c. 5. X. h. t.* Quid ni ergo valeret tranſactio de ſponſalibus? ſed aiunt, eam non eſſe priuati arbitrii, quod de matrimonio, quatenus ad eius *diſſolutionem* tenderet, admitto, imo in hoc quoque tranſactionem noſtrates admittunt, ſi de ipſo matrimonii vinculo non conſtat. HEIGIVS *lib 2. qu. 16. n. 8. ſqq.* Aſt ſponſalium cauſa cum *matrimonio* conferri nequit.

(n) ergo in effectu tantum *amicabilem compoſitionem* non *tranſactionem* admittunt, quod haec *ſimoniam* inuoluat, quae ratio vana eſt. Inde non dubium eſt, quin litigantes de *vicariatu* vel *canonicatu*, dato aliquo, tranſigere inter proteſtantes poſſint. De aliis officiis vere eccleſiaſticis aliud dicendum eſt, cum conſiſtoria noſtra etiam praecauere debeant, ne vitioſus ad officia ſacra detur ingreſſus. *c. 1. de R. I. in 6.*

(o)

atur, vel praeferatur: *c. ex frequentibus. 3. inſtit. c. admonet. 4. de renunc. c. 11. nullus omnino. C. 16. qu. 7.* cum vtraque in vitium ſimoniae recideret. *dd. cc.*

4. Habet transſactio, hoc iure, ſimilem firmitatem, quam pactum. *c. 1. h. t.*

TIT. VII. l. x. 43.
DE ARBITRIS.

ARbitri hoc loco ſunt, qui nullam poteſtatem in eligentes habentes, conſenſu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, vt eorum ſententiae ſtetur. *c. 4. a iudicibus. 33. in princ. & §. 1. C. 2. qu. 6.*

2. Sunt vel *ordinarii arbitri*, vel *ſimpliciter arbitri* ſeu *arbitrarii.*

3. *Ordinarii* ſunt, qui poteſtatem quidem habent iudicandi; ſed non in eos, qui ſuae ſe iurisdictioni ſubiiciunt ad iudicium accipiendum, eos eligendo. *d. c. a iudicibus.*

4. *Arbitrarii tantum* ſunt, qui aliunde nullam legitimam poteſtatem acceperunt, quam a compromittentibus, ad iudicandum de quaeſtione, quam inter ſe habent, eos eligentibus. (o) *c. ſi quis Epiſco-*

(o) His quodammodo olim accedebant Epiſcopi, ad controuerſias componendas ex praxi primitiuae eccleſiae a litigantibus, poſtmodum etiam ab actore tantum electi vid. *tit. C. de Epiſcop. aud.* BASNAGE *tom. II. annal. diſſ. de tribunal. eccleſ.* Procedebant de ſimplici & pla-

ſcopus. 36. §. arbitrarii tantum. C. 2. qu. 6. c. perue- nit. 3. hic.

5. Compromittere in arbitros poſſunt, qui nominatim non prohibentur, & qui liberam rerum ſuarum habent adminiſtrationem.

6. Compromitti poteſt in omnes, qui ſpecialiter non prohibentur; cuiuscunque ſint dignitatis vel aeſtimationis.

7. Parui enim refert, ſint integrae famae, an ignominioſi; *c. infames. 2. §. cognitores. 3. qu. 7.* in poteſtate eligentium, an extra; *d. c. infames. §. filius.* libertini, an ingenui; magiſtratus, an priuati; (p) modo ſpecialiter in eos compromitti non prohibeatur.

8. Prohibetur in ſeruos; *c. infamis. 1. §. tria. C. 3. qu. 7.* mulieres; *c. dilecti. 4. hic.* quae iurisdictionem in ſubditos non habent; (q) *d. c. dilecti.* fac. *c. 7. Mennam. C. 2. qu. 5. c. 8. cum. deuotiſſimam. C. 12. qu. 2.* manifeſte, fac. *c. ad probandum. 24. de ſent. et re iud. c. exceptionem. 12. de* ex-

plano, forma proceſſus omiſſa, quod ſeculo XII. non leues dedit motus, quo cauſas quascunque epiſcopalia iudicia, nouiter exſtructa, ſibi vindicare ſtuduerunt; quae controuerſia tandem anſam dedit, vt cum magiſtratu ſeculari tranſigerent, & cauſas pro diuerſa earum qualitate inter ſe diſtribuerent.

(p) deſumta haec ſunt ex iure ciuili, quo ſufficiebat, litigantes in eos conſenſiſſe.

(q) Abbatiſſae ergo, & quae *patrimoniali* gaudent iuriſdictione, aſſumi poſſunt.

(r)

except, (non occulte, *c. vn. vt eccleſiaſt. benef. ſin. dim. conf.*) excommunicatos; monachos; maxime ſine ſuperiorum licentia; *arg. c. 20. de praeſentium. C. 16. qu. 1. &* ibi Gl. iudicem ordinarium ea de re, de qua cognoſcere coepit; (r) *d. c. infames. §. ſi quis vero iudex* alias poteſt; *c. quis membrorum. C. 23. qu. 8. c. ſi primates. C. 5. qu. 2.* in laicum (niſi cum clerico, *c. per tuas. 9. hic.*) de rebus ſpiritualibus; (s) *c. conting. 8. hic. c. cauſam. 7. de praeſcript. c. tua nobis. 26. de decim. c. de iud.* niſi auctoritate Papae, vel ſuperioris, vel delegati, *c. 6. praeter. §. verum.* & ibi Gl. *diſt. 32. c. per tuas. 9. hic.* omnino de rebus eccleſiae temporalibus. *d. c. contigit. 8.* & ibi Can.

9. Compromitti poteſt de omni controuerſia, *c. fin. de transact.* nominatim non prohibita.

10. Talis eſt, ſuper beneficio: *c. non ſine. 2. de arbitr. c. 21. niſi eſſent. de praeb.* decimis; *c. cum Apoſtolica. 7. de his quae fiunt a Prael. ſin. conſ. cap.* electione, *c. cum dilectus. 32. c. cum in iure. 33. de elect.*

(r) **Hoc ius Romanum ſtatuerat de iudicibus pedaneis, quoad eas cauſas, in quibus ſemel a Praetore, voluntate partium, aſſumti erant, quem cauſae ſtatum poſtea mutare non poterant. Proinde ad Magiſtratum hodiernum ordinarium hoc applicari nequit. *c. 5. X. h. t. c. 21. X. de praebend.***

(s) **quatenus hae ſunt *priuati arbitrii*, inter proteſtantes etiam ad arbitrorum iudicium deferri poſſunt.**

elect, matrimonio, (t) *c. cauſa reſtitutionis. 9. §. fin. de reſt. in int.* ſtatu perſonae, *d. c. cauſa reſtitutionis.* crimine famoſo; *d. c. cauſa reſtitutionis. vid.* Dd. *ad c. quinta vallis. 23. de iureiur.* re eccleſiaſtica, in praeiudicium eccleſiae; *c. cum tempore. 5. hic.* vbi Panorm. cauſa iam ſententia legitimi iudicis ſopita; aut dubiis ex ea ſententia prouenientibus, quae ſententiam poſſent peruertere. (u) *c. expoſita 11. hic.*

11. Eligi in arbitros poſſunt, vnus, vel plures; ſed numero potius impari, quam pari: *c. 1. hic.* propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem; *l. item ſi vnus. 17. §. 6. ff. de recept. qui arbitr.* vt orta diſſenſione plurium ſententia praeualere poſſit. *c. 1. hic. in 6.*

12. Nam alii absque aliis, licet diſcrepare ſententiis poſſint, *d. l. item ſi vnus. 17. §. 4. cum l. ſeq. d. c. 1. hic. in 6.* nequeunt arbitrari.

13. Niſi in compromiſſo ſit adiectum, vt, ſi vnus vel

(t) quatenus de eo non valet *transactio*, eatenus nec arbitrium valet. An ergo de nudis ſponſalibus? quod negant plerique, ſi ſunt *de praeſenti*: affirmant, ſi ſunt *de futuro. c. 2. X. de ſponſal.* Sed iam ſupra oſtendi, *tit. de ſponſal.* in foris proteſtantium, quae *de praeſenti* dicuntur, de iure canonico eſſe illa ipſa, quae *de futuro* h. e. pure contracta vocant.

(u) Sed hic tantum exceſſus prohibetur, ne arbiter poſſit cauſam ipſam principalem iam finitam *per indirectum* euertere et ſententiam corrigere.

vel alter abeſſet, reliqui nihilominus procederent; *c. vno delegatorum. 42. de offic. iud. deleg. l. non diſtinguemus. 32. §. cum in plures. 13. ff. de recept. qui arbitr.* aut niſi abſens legitime requiſitus cauſae cognitioni aut definitioni adeſſe nolit. (x) *c. 2. hic. in 6.* contra *l. litem ſi vnus. 17. §. fin. ff. eod.*

14. Si compromiſſum ſit in duos, & diſſentiant, tertium concorditer eligere poſſunt, *vt in c. ſuſpicionis. 39. de offic. deleg.*

15. Quod vt poſſint, etiam compromiſſo inſeri poteſt: modo certa & nominata perſona exprimatur; non incerta. (y) *c. innotuit. 12. hic.*

16. Com-

(x) ſi vel maxime plures arbitri *ſimpliciter* dati fuerint, quod tamen cum doctrina de pluribus delegatis aut procuratoribus ſimpliciter datis non cohaeret. Rationem *diuerſitatis* in eo collocat Pontifex, *vt quaeſtionibus ſeu controuerſiis finis celerius imponatur.* Verum eadem ratio quoque obſeruari debuiſſet in delegatis pluribus *ſimpliciter* datis.

(y) Haec non ſatis cohaerent. Si duo *ſimpliciter* dati ſunt, & diſſentiunt, poſſunt eligere tertium per *cit. c. 39.* Si vero addita eſt clauſula, vt in caſu diſſenſus eligant tertium, non nominatum, compromiſſum eſſe nullum, ait Pontifex in *c. 12. cit.* Et tamen in hoc poſteriori caſu id tantum exprimitur, quod ei *tacite* ineſſe, deciditur in *c. 39. cit.* Vnde hodie valet tale compromiſſum, ſi modo *de tertio* inter ſe conuenire poſſunt. Equidem pro hac ſententia quidam etiam prouocant ad *c. 13. X. h.* vbi tamen aperte tantum de *facultate ſubſtituendi* agitur.

16. Compromiſſo, vt arbitrium teneat, vel poena aduerſus non ſeruantem, vel iuramentum de ſeruando, debet adiici, (z) *c. 2. per tuas. 9. hic.* licet & nudum pactum ſufficiat. *c. 1. de pact.*

17. Tenentur arbitri arbitrium in ſe compromiſſum recipere, nec illud ſine peccato renunciare poſſunt; ſi quidem ſint liti iudicandae idonei. *c. 30. ſicut enim.* vbi Gl. *ad verb. vſum. C. 11. qu. 1.* per *c. praecipimus. diſt. 90.*

18. Poſſunt tantum de his iudicare, ſuper quibus in eos fuit compromiſſum. *c. cum dilectus. 6. hic.*

19. Eorum ſententia, ſiue aequa ſit, ſiue iniqua, ab vtraque parte, *c. 2. in fin. hic. c. ſi quis Epiſcopus. 36. §. arbitrarii. C. 2. qu. 6.* appellatione remota, *c. 2. hic. c. a iudicibus. 33. & c. ſeq. qu. 6.* ſeruari debet: (a) Niſi 1) contineat peccatum per partes non remiſſibile; *d. c. 2. hic.* vt ſimoniam, *vt ibi & c. cum pridem. 4. de pact. c. praeterea. 9. & 10. de transact.* aut 2) illicitum praeceptum; vt puta filium exheredari, vxorem dimitti; *c. quinta vallis.*

(z) quod reprobauit IVSTINIANVS in *Nov.* 82. *c.* 11. & *auth. decernit c. tit.* ſed iure canonico vel ideo admiſſum eſt, quia plus roboris actui conciliat.

(a) Nec hoc iure, vt & moribus, amplius deſideratur, vt laudum ſit *homologatum*, quod iure ciuili in caſu, ſi compromiſſum *nudo pacto* initum erat, deſiderabatur, ob pactorum inefficaciam, quae hoc iure & moribus ceſſat.

(b)

lis. 23. de iureiur. c. 3. hic. aut (3) ſi contra formam iuris, vel compromiſſi, ſententia ſit dicta; *c. examinata. 7. de confirm. vtil. vel inutil. c. cum olim. 7. hic. c. cum in veteri. 52. de elect.* aut (4) contra prius rem iudicatam. *c. expoſita. 11. hic.*

20. Si ex pluribus arbitris pares numero, diuerſas dicant ſententias, eorum ſententiae non neceſſe ſtare; maior tamen pars ſi in vnam conueniat, ei, ne poena committatur, ſtari debet. *c. fin. de re iud. c. 1. hic.*

21. Compromiſſo pendente, iudicis ordinarii iurisdictio & cognitio, etiam in cauſa principali & appellationis, *Clem. quamdiu. 3. de appell.* ſuſpenditur. (b)

22. Per arbitrium comprobatum & homelogatum (c) lis finitur. *l. ne in arbitris. 4. C. de rec. arbitr. vid.* Anchar. *in c. 1. de lit. conteſt. in 6.*

23. Tempus compromiſſi, in tempore alioqui litis finiendae, vel appellationem proſequendi, vel teſtes audiendi, non computatur: *d. Clem. quamdiu.* quia nulla eſt negligentia in eo, & ideo nulla

(b) hoc effectu, vt fatalia *iuſtificandae appellationis* interim non currant.

(c) verum hoc *ſilentium dierum decem*, quo *homologatum* dicebatur fieri laudum, tantum iure ciuili neceſſarium erat, non iure canonico, vt *lit. a.* dixi.

la poena. *c. quia diuerſitatem. 5. de conceſſ. praebend.*

24. Acta coram arbitris, fidem faciunt coram iudice. (d) *c. cauſam. 11. c. praeſentata. 50. de teſtib. & atteſtat.*

25. Arbitrorum poteſtas finitur; morte omnium vel alterius ipſorum: *c. ex parte. 10. hic.* morte litigantium, aut alterius: *c. fin. eod.* lapſu temporis compromiſſo inſerti; *l. quid tamen. 21. ſ. ſi cum dies. 5. l. arbiter ex compromiſſo. 50. ff. de recept. qui arbitr.* ſententiae prolatione; definitiuae puta; *l. qualem. 19. ſ. 1. ff. eod.* & aliis modis, de quibus conſule Specul. *tit. de arbitris & arbitr. §. finitur.*

TIT. VIII. l. x. 37.

DE POSTVLANDO.

QVod ſi neque pactionibus, neque transactionibus, neque compromiſſis res componi potuerit, partes vel per ſe, vel per patronum,

(d) ad quem forſan cauſa *ex accidente* deuoluitur, tum quod, arbitro altero ex pluribus mortuo, ceterorum poteſtas exſpirauerit, vt ad finem plene deduci non potuerit, *c.* 50. *X de teſtib.* tum ſi alia via in loco, vbi compromiſſum factum eſt, recepta cauſa ad iudicem ordinarium delata eſt.

(e)

num, (e) iudicem accedunt, & deſideria ſua exponunt; quod dicitur poſtulare.

2. Eſt enim *poſtulare*, deſiderium ſuum, vel amici ſui, in iure, apud eum, qui iuriſdictioni praeeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. *c. infames. 2. §. eſt autem. C. 3. qu. 7.*

3. Poſtulare poſſunt omnes, qui aut edicto, aut lege, aut ſententia iudicis, aut Canone non prohibentur.

4. Canone prohibentur poſtulare clerici regulares; (niſi pro vtilitate eccleſiae, vel ſui monaſterii, & praecepto Abbatis; *c. ex parte. 2. hic. c. 8. placuit. C. 16. qu. 1.*) Praelati eccleſiarum ſecularium, *c. 11. quia Epiſcopus. C. 5. qu. 3.* Ratio *in c. 4. perlatum. diſt. 88. c. 16. denique. C. 14. qu. 5. c. 29. te quidem. C. 11. qu. 1.* excommunicati. *c. intelleximus. 7. de iudic. c. decernimus. 8. de ſent. excom. in 6.* (f)

5. Alia

(e) etiam in *cauſis eccleſiaſticis*, quamuis olim parcius in iudiciis eccleſiaſticis, *c. 14. X. de iudic.* id quod adhuc priſcae praxi eccleſiaſticae, ante ſeculum XII. vſitatae, adſcribendum, vbi Epiſcopi adeo *de plano* procedebant, vt figuram nullam proceſſus admitterent. Nec hodie vbique in *matrimonialibus* aduocati admittuntur in primo termino, ſed litigantes ipſimet comparere tenentur, & aduocati ſaepe ſecedere iubentur.

(f) qui tamen vnam ex tribus in imperio approbatis religionem profitentur, a praxi excludi nequeunt; imo qui proteſtantes non admittunt in ſuis foris, horum aduocatos quoque *iure retorſionis* nos excludimus.

5. Alia quae huc pertinent, & iuri canonico nou ſunt propria, ſed ex iure ciuili deſumta, vt patet ex *d. t. infames, 2. per tot.* in aphoriſmis noſtris ad digeſta, [& quos breui publici iuris facturi, ad codicem] ad hunc titulum latius explicauimus.

TIT. IX. I. x. 38.

DE PROCVRATORIBVS.

POſtulationi valde affinis eſt *procuratio*; quapropter hunc titulum de *procuratoribus* titulo de poſtulando ſubnectimus; in quo idem faciemus, quod in praecedenti: nempe ea, quae huius iuris maxime ſunt propria, referemus; quoad alia, quae cum iure ciuili habet communia, ad aphoriſmos, ad digeſta & codicem, lectorem remittentes.

2. *Procurator* eſt, qui aliena negotia mandato Domini, aut Praelati, alteriuſue clerici, Domini vicem gerentis, (g) *c. 1. & paſſim. hic, c. olim cauſam. 12. de reſt. ſpoliat.* adminiſtrat.

3. Neg-

Ceterum *excommunicatos* proteſtantes non arcent a poſtulando, ſcientes, excommunicationem *effectus ciuiles* haud habere.

(g) h. e. qui *ius circa ſacra*, quod *ius dioeceſanum & iurisdictionem eccleſiaſticam* vocant, exercent ex dignitate officii ſui; neque enim hodie, vt olim, ſunt nudi rerum eccleſiaſticarum adminiſtratores, ſed magis quodammodo domini.

(h)

3. Negotia intellige iudicialia; in quibus procurator ad lites dicitur. De quo nobis tantum hic ſermo.

4. Talis conſtitui poteſt omnis, qui ſpecialiter non prohibetur.

5. Prohibetur hoc iure, excommunicatus, *c. intelleximus 7. de iudic.* infamis, ſi detur pro perſonis eccleſiaſticis; non ſi pro laicis: Panorm. *in c. imperatorem. 4. num. 9. de iuram. calumn.* monachi & clerici tam regulares, quam ſeculares in quolibet gradu conſtituti in temporalibus: non in ſpiritualibus: *c. vn. de ſynd. c. ſed nec procuratores. 4. ne cler. vel monach.* minor viginti quinque annis. (h) *c. qui generali. 5. fin. h. t. in 6.*

6. Conſtitui poteſt procurator, tam in cauſa ſpirituali, *vt in c. cum veniſſent. 2. de in int. reſt.* quam ciuili: imo & criminali, ſi ciuiliter ad poenam agatur; *c. veniens. 15. cum ſeq. c. ſuper his. 16. de accuſat. c. tuae fraternitati. 5. hic. c. 1. vt lite*

(h) De iure Romano etiam minores 25. annis, modo maiores eſſent 17. annis, admitti potuiſſe, euidens eſt ex §. 3. *I. qui & ex quib. cauſ. manum* & *l. 28. de minor.* Neque enim in cauſis alienis metuendum erat vllum fruſtrationis periculum, cum reſtitutione non indigerent, & ſibi imputare deberet, qui tali ſua negotia commiſerat. *c. 23. eit.* Sed pontifex, infelix iuris ciuilis interpres, in alia omnia iuit, cuius ſententiam in praxi fere ſequimur.

lite non cont. non, ſi criminaliter. (i) *d. c. veniens. 15. de accuſ. d. c. tuae fraternitati. c. 40. ſi quando. C. 2. qu. 6. c. 2. in criminalibus. C. 5. qu. 3.* Niſi in crimine iniuriarum, & perſona ſit illuſtris; *c. 18. abſens. verſ. niſi. C. 3. qu. 9.* & ſuſpecti Praelati accuſatione. *ſec.* Innoc. *in c. veritatis. 3. de dolo & cont.*

7. Conſtitui poſſunt vnus, vel plures: ita tamen, vt non ſeorſim ſinguli, ſed omnes ſimul gerant, (k) praeterquam ſi in ſolidum ſint dati; tum enim melior eſt conditio occupantis: lite puta per eum conteſtata (l): niſi mandato aliud contineatur. *c. ſi duo. 6. hic. in 6.*

8. In cauſis tamen ſpiritualibus; vt *electionum, poſtulationum, prouiſionum; &c.* cum hae celeriorem deſiderent expeditionem, ex pluribus procuratoribus non in ſolidum datis iudex magis idoneum poteſt eligere. *d. c. ſi duo. §. fin.* (m)

9. Duo

(i) etiam a parte *accuſatoris* de iure canonico, quo adhuc *vinculum inſcriptionis* retentum eſt, quod in praxi tamen ceſſat, adeoque facilius procurator admitti poteſt.

(k) quando ſcilicet *indefinite & ſimpliciter* ſunt dati, quippe qui cenſentur dari *coniunctim*. Rurſus infelix fuit Pontifex in iuris ciuilis interpretatione, ſecundum quod potius cenſentur dati *in ſolidum*. *l. 32. D. h. t.*

(l) quod per hanc alter ex pluribus *litis dominus* factus ſit, quae ratio ad praxin hodiernam applicari nequit, ſecundum quam non *domini litis* fiunt, ſed nudi ſunt adminiſtratores.

(m) Idem etiam in *electione Caeſaris* obſeruari, oſtendi in

9. Duo procuratores diuerſo tempore ſi dentur, poſterioris datione prior reuocatus cenſetur; niſi litem fuerit conteſtatus. *c. penult. hic.*

10. Conſtituitur procurator *conſenſu* domini, vel Capituli, (quod loco domini eſt), vel *expreſſo*, (puta per pactum, nuncium, literas), vel *tacito*, (puta, ſi dominus praeſens patiatur rem ſuam agere,) *in iudicio*, aut *extra illud. Clem. 1. hic.*

11. *In iudicio*; cum dominus mandatum actis inſinuat; hoc eſt, literas procurationis parti, vel iudici dirigit, offert & mittit, & ad acta redigi curat, aut coram iudice procuratorem eligit, eiusque perſonam confirmat, & quicquid ille geſſerit, ſe ratum habiturum cauet. Specul. *in tit. de procur. §. ratione formae. num. 13. & 19.*

12. *Extra iudicium*; coram notario & teſtibus, ſi is haberi non poteſt, literis, priuato, vel publico ſigillo conſignatis.

13. Mandatum procuratorium continere debet *nomen Iudicis, coram quo litigatur, conſtituentis, conſtituti, & eius, contra quem, in qua cauſa, & ad quid* (puta an ad agendum, an defendendum) *conſtituitur, & quod Dominus id, quod cum eo erit actum, ratum habebit: & potiſſimum, ſi a Reo detur, ſatisdationem*, qua dominus ſub hypotheca rerum ſuarum procuratoris fideiuſſor iudicatum ſolui exiſtit, *c. accedens. 10. c. conſtitutis. 12. hic. c. Nicolao. 64. de appell. l. vn. c. de ſatisdand.*

14. Pro-

14. Procurator ad lites (n) conſtitutus, alium ſubſtituere non poteſt; niſi litem ſit conteſtatus, vel in mandato ſuo contineatur; *c. is qui. 3. hic. in 6.* vel niſi in rem ſuam ſit datus, *d. c. 1. §. 1. eod. in 6.*

15. Ad lites intelligitur etiam procurator conſtitutus, qui generaliter ad negotia; non tamen ad actus, qui ſpeciale deſiderant mandatum; vt *iuramentum deferre, tranſigere, paciſci. c. qui ad agendum. 4. cum. c. ſeq. eod. in 6.* (o)

16. Omnia quae procurator in iudicio facit, ſi de mandato appareat, nec illud ſit extinctum, rata ſunt;

---

in *iur. eccleſ. proteſt. lib.* 1. *tit.* 6. §. 48. ad quod A. B. *tit.* 19. reſpexiſſe videtur, vtut mentem ſuam non ſatis declarauerit.

(n) procurator *extraiudicialis* facilius ſubſtituere poteſt, niſi negotium commiſſum ita arduum eſſe appareat, vt perſonæ induſtria electa cenſeri debeat. *c.* 1. *inf. h. t. in* 6. *c. fin. ibid.*

(o) Et tamen vis *generalis mandati* tam late de iure ciuili ſe extendit, vt tales actus etiam procurator peragere queat, vt conſtat ex *l.* 17. *inf. de iurei. l.* 12. *de pact. l.* 12. *pr. de ſolut.* &c. Imo & alienare *iuſta de cauſa* non prohibetur, *l.* 9. §. 4. *de acquir. rerum dom.* §. 48. *I. de R. diuiſ.* Sed hoc reſtrinxit Pontifex ad caſum, ſi mandatum *cum libera adminiſtratione* conceſſum, putauitque, hoc modo egregie nodum, quem interpretes in *l.* 63. *D. h. t.* deprehenderunt, diſſolui poſſe. Inde vſus huius *clauſulae* inualuit, ſed in praxi non adeo ratio eius habetur intuitu actuum, ſpeciale mandatum requirentium.

(p)

ſunt; *c. 1. eod.* poteſt enim domino & nocere & prodeſſe, *c. 2. de confeſſ. in 6.* non tamen poſt reuocationem.

17. Reuocari ante litem conteſtatam ſemper poteſt; (p) poſt, cum iam dominus litis factus; non, niſi volens; ſi quidem iuſta cauſa reuocationem non ſuadeat.

18. Iuſta cauſa eſt, ſi procurator ſit ſuſpectus; affinis, heres aduerſarii; valetudine aut alia re impediatur. *c. quamuis. 2. hic. in 6.*

19. Reuocatio iudici vel aduerſario inſinuari debet; alioqui, ſi eam hi ignorant, quae geſta, rata non habentur. *c. mandato 13. c. in noſtra. 4. hic.* vbi Dd. (q)

20. Poſt concluſionem in cauſa ſi appareat, procuratorem reuocatum, nihilominus fertur ſententia. *c. auditis. 8. eod.*

TIT.

(p) a domino: non eadem facilitate a procuratore, qui ſubſtituit, niſi hanc quoque poteſtatem nactus fuerit. *c. 3. h. t. in 6.*

(q) Ipſa *reuocatio* poteſt etiam fieri *tacite*, quae facta cenſetur, ſi dominus ipſemet in iudicio comparuerit, quod late declarat papa in *c. 8. h. t in 6.* Sed quae inde oriantur incommoda, adducta ſunt *in iur. eccleſ. prot. lib. 1. tit. 38. §. 38. ſq.* & in *diſſ.* Dn. THOMASII de *tacita reuocat. procurat.*

(r)

TIT. X. I. x. 3.

DE LIBELLI OBLATIONE.

Siue per ſe, ſiue per procuratorem compareat reus; actor reo, quid petat, coram iudice exponere debet.

2. Quod facere poteſt in cauſis ſummariis & aliis nonnullis; quas enarrat Speculator *de libell. concept.* §. *in quibus.* verbo tantum, ſine ſcriptura, (r) per ſe, vel per Aduocatum; *c. paſtoralis.* 14. *de iudic.* Lanfr. *in Clem. ſaepe. de verb. ſignif. ad verbum libellum.* factum & quaeſtionem proponendo; in plenariis cauſis ſcriptura; quae *libellus* dicitur. *c. 1. hic.*

3. Eſt *libellus*, breuis ſcriptura, claram actoris petitionem, ſeu intentionem continens, contra reum neceſſario concludens. *c. fin. hic.*

4. Eſt vel *conuentionalis*, ſeu *poſtulatorius*; qui in ciuilibus negotiis; *c. 1. & fin. hic.* vel *accuſatorius*, ſeu *querimonialis*, qui in criminalibus datur. *c. 5. perſcripta.* §. *libellorum. C. 2. qu. 8. c. 9. legum. 2. qu. 1.*

5. *Hic*, ſiue crimen publicum proſequatur, ſiue priuatum; ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur, continere debet diem & annum; nomen & cognomen

(r) vt tamen deſiderium actoris actis inferatur, & copia protocolli reo deſideranti communicetur.

men accuſantis & accuſati, & iudicis, coram quo accuſatio fit; crimen, & tempus, quo commiſſum fuit; cum inſcriptione interdum. *c. tuae fraternitati. 5. de procurat. d. c. 5. perſcripta. §. libellorum. C. 2. qu. 8.*

6. *Libellus conuentionalis* eadem fere continere debet; Nempe non ſolum agentis & conuenti nomen, ſed & ius dicentis, & petitae rei, *c. 2. hic.* & actionis qualitatem (nomen vt exprimatur non neceſſe. (s) *c. dilecti. 6.* vbi Dd. *de iudic.*) &, ſi perſonali actione agatur, petendi cauſam. *c. fin. eod.*

7. Quae requiruntur & *rei* & *iudicis gratia: Rei*; vt deliberare poſſit, contendere, an cedere debeat: *d. c. fin. c. peruenit. 5. de cenſib.* cui propterea certae indulgentur induciae: *can. induciae. 4. §. offeratur. C. 3. qu. 5. Iudicis*; vt ſciat, qualiter debeat formare ſententiam; Ea enim ſecundum petionis formam ferenda eſt. *c. qualiter. 24. §. debet. de accuſat. c. examinata. 15. de iudic. Clem. ſaepe. §. verum quia. verb. pronunciatio. de verb. ſign.* vbi Gl. Bald. *in l. 1. C. ſi plures vna ſent. cond.* & *c.* Iaſ. *l. 22. cum ſeq. ff. ſi cert. pet.*

8. V-

(s) Textus hic referendus ad annum 1160. quo omnia componebantur ad *iuris ciuilis* regulas, & ſubtiliter inueſtigabatur: *qualis actio eſſet inſtituta.* Id quod ALEXANDER III. adhuc a foris eccleſiaſticis remouendum eſſe cenſuit, mox tamen approbatum eſt in *c. 15. X. de iudic.*

(t)

8. Vtrique proinde ab actore libellus offerri debet, & quidem vltro. *c. 1. hic.* Specul. *d. tit. §. reſtat videre. num. 8. & §. vtrum. num. 4.*

9. Eo nullo exiſtente, proceſſus nullus redditur: *d. c. examinata. 15.* vbi Felin. *de iudic. d. c. 1. vbi Can. b.* recte ſi conceptus, & reo oblatus, ſi is reſpondeat, vel partem negauerit, partem autem defendendo confiteatur, lis cenſetur conteſtata. *c. vn. delit. cont. c. dudum. 54. de elect. c. prout nobis. 4. de dolo & cont.*

TIT. XI. II. x. 4.

DE MVTVIS PETITIONIBVS.

Reus conuentus, ſi ei nulla ſuppetat exceptio, qua iudicium vel differat, vel litis ingreſſum impediat, poteſt actorem, quem vel ratione rei, vel alicuius negotii habet obligatum, viciſſim apud eundem iudicem reconuenire. (t)

2. Cuius enim in agendo quis obſeruat arbitrium, eundem habere contra ſe iudicem in eodem negotio dedignari non debet, *can. 1. §. nullum. verſ. cuius. C. 3. qu. 8. c. 1. & 2. hic.*

3. Eſt

(t) vt tamen reo integrum ſit, contra actorem ſeparato proceſſu, in foro proprio, per modum *conuentionis* principalis agere, *c. 3. de reſcript. in 6.* quo caſu ſi contra clericum agendum, in conſiſtorio conueniendus eſt, qui alias per *modum reconuentionis* ad *forum ſeculare* trahi poſſet.

(u)

3. Eſt *reconuentio*, mutua petitio, contra conuenientem, vel agentem, in eodem iudicio conſtituta.

4. Eſt vel *propria*; quae ita ab initio inſtituta, vt pari paſſu cum conuentione procedat; Socin. *in rubr. art. 1. num. 1. & in c. prudentiam. 2. num. 3. & num. 19. hic.* vel *impropria*; quae non ita inſtituta.

5. *Haec* vsque ad concluſionem in cauſa locum habet; (u) Marant. *par. 4. diſt. 6. num. 5. de ord. iud.* *Illa* ante litis conteſtationem, vel ſtatim poſt, vt vtraque petitio mutua viciſſitudine, eodem ordine & forma iudiciorum, ſimul tractari poſſit. Gl. *in d. c. prudentiam. 2. verb. eo modo.* Gl. *in Clem. ſaepe. §. verum. verb. exordio. de verb. ſignif.*

6. Reconuenire regulariter quilibet aduerſarium ſuum poteſt, coram eodem iudice, coram quo fit conuentio: ſiue is ſit ordinarius, ſiue delegatus: *c. diſpendia. 3. de reſcript. 6.* non arbitro; *c. cum dilectus. 6. de arbitr.* non iudice appellationis; (x) puta tali, qui tantum de cauſa appellationis

(u) ad hunc effectum, vt *prorogetur* iurisdictio, & actor cautionem pro *reconuentione* conſtituat, non item vt ſimultaneo proceſſu vtraque cauſa peragatur; debet enim reconuentio vsque ad finem cauſae principalis quieſcere.

(x) Neque enim habet *beneficium primae inſtantiae*, quae ratio euidentior eſt, quam auctoris. Ceterum ſi a ſim-

nis poteſt cognoſcere; cum antequam pronunciet, dubium ſit, an iudex ſit inter partes. *c. vt debitus. 59. de appellat.* omnino coram eo, qui cognoſcit de pronunciatione, vel tali appellatione *extraiudiciali*, in qua venit negotii principalis cognitio; vt cum ſuper huiusmodi proviſione appellatur; *c. ſtatuimus. 1. de electlion. in 6.* quia certum, eum partium eſſe iudicem; *c. 1. accuſatores. §. nullum. verſ. cuius. in agendo. C. 3. qu. 8.* talis enim appellatio eſt citatio ad cauſam.

7. Fieri poteſt *reconuentio* in omni cauſa, ſiue in rem, ſiue in perſonam agatur; niſi iure prohibeatur. *d. Clem. ſaepe c. 1. & 2. hic.*

8. Prohibetur in cauſis criminalibus; *c. 1. neganda. C. 3. qu. 11.* praeiudicialibus; *c. 1. de ord. cogn. c. 4. prius eſt vt. 4. §. aliquando. C. 3. qu. 11.* ſpiritualibus, coram laico; *c. decernimus. 2. de iudic. c. tua. 25. de decim. c. relatum. 21. §. ad hoc. de iur. patron. c. grauem. 15. de exceſſ. prael.* cauſa ſpoliationis, niſi de alia; *c. fin. de ord. cognit.* depoſiti: *c. bona fides. 2. de depoſ.* cauſis executiuis; Socin. *in d. c. ex literis. art. 5. num. 57.* ſimplici, non in modum actionis, iudicis imploratione, Socin. *in c. ex literis. 1. n. 92. hic.* momentanea poſ-

a ſimplici interlocutoria appellatur, reconuentioni adhuc locum tribuunt, vid. *ius eccleſ. prot. lib. 2. tit. 4. §. 4.*

poſſeſſione. (y) Gl. *in c. fin. de ord. cogn.* Gl. & Hoſtienſ. *in d. c. cum dilectus 6. de arbitr.*

9. Proponi debet *reconuentio*, libello comprehenſa, ante litem conteſtatam, vel ſtatim poſt, & deinde cum conuentione ſimultaneo proceſſu, eodemque iudiciorum ordine & figura procedere; Gl. *in c. prudentiam. 2. verb. eod. modo. hic.* ita tamen, vt prius in conuentione actoris, deinde in reconuentione, & ita deinceps ſingulis actibus vno quaſi curſu ad metam litis procedatur, Gl. Felin. & Dd. *in d. c. ex literis. hic.* Gloſſ. *in Clem. ſaepe. de verb. ſign.* modo de vtraque cauſa pariter conſtet: ſi non, in negotio liquido iudex procedere, in non liquido, ſuperſedere poteſt. Dd. *in c. cum dilectus. 2. de ord. cognit.* Spec. *tit. de reconuent.* §. *videndum num. 5.*

10. Cauſa conuentionis & reconuentionis eadem cauſa dici poteſt, eo quod idem iudex, iidem litigatores, eadem inſtantia, & vna ſententia determinanda. Accedit, quod prohibita appellatione in conuentione, prohibita etiam in reconuentione cenſeatur. *d. c. cum dilectus. 2. de eod. cogn. c. fin. hic.* (z) TIT.

(y) Talis moram non admittit, quae per *reconuentionem* iniici ſolet, admittitur tamen ſaltim ad hunc effectum, vt prorogatio locum habeat.

(z) Hinc quoque nequidem actor renunciare poteſt conuentioni, ad hunc effectum, vt reconuentio ſemel fundata ſimul pereat, cum ſemel ex prorogatione reo ius quaeſitum ſit.

TIT. XII. II. x. 5.

DE LITIS CONTESTATIONE.

ABſolutis praeparatoriis, ſequitur ipſius iudicii principium & fundamentum; quod eſt *litis conteſtatio.*

2. Eſt iudicii fundamentum: quia ſi a partibus fuerit omiſſa, nec teſtes recipi, nec ad ſententiam definitiuam deueniri poteſt, adeoque iudicii proceſſus corruit. *tot. tit. vt lite non cont. c. dudum eccleſia. 54. §. licet. de electio*n.

3. Fit per actoris intentionem in iure propoſitam, & reſponſionem (a) rei, animo litem conteſtandi ſubſecutam. *d. c. dudum. §. licet. c. vn. hic. c. prout. 4. de dolo & cont.*

4. Is animus ex verbis propoſitis ad litem conteſtandam aptis praeſumitur, *arg. c. 9. humanae aures. C. 22. qu. 5.*

5. Nuda facti narratio, & reſponſo in negando non

(a) etiam *generalem contradictionem*, quae & *iure ciuili* & *iure canonico* ſufficit. Inde iudicis erat, pro huius declaratione reum interrogare; *l. 21. D. de interrog. in iur. fac.* vnde praxis *poſitionum* poſtea inualuit, quibus *iuramenta malitiae* acceſſere, dicta *dandorum* & *reſpondendorum*. Et quia haec iuramenta quoque in *matrimonialibus* locum habent, poſitionum vſus quoque ab iis excludi nequit.

(b)

non conſiſtens, non inducit litis conteſtationem. (b) *c. 2. hic in 6.* & Dd. comm.

6. Litem conteſtantur vel ipſae perſonae principales, ſi habent perſonam ſtandi in iudicio, vel eorum procuratores, tutores, ſyndici, actores, *c. cum ad ſedem. 15. de reſt. ſpoliat. d. c. prout. 4. c. cum cauſam. 6. de iuram. calumn. c. 1. vn. hic.* aduocati. *c. cum cauſam 62. de appell.*

7. Hoc facere debent in iure, id eſt, coram iudice competente; *c. at ſi. 4. in princ. de iudic. c. ad noſtram. 3. de conſuet.* tempore ad agendum legitimo.

8. Litis conteſtatio regulariter in omni cauſa neceſſaria, de qua non de plano absque figura iudicii, (c) ſed proceſſu iuris habito, ordinarie cognoſcitur. Socin. *ad c. quoniam. num. 8. vt lite non cont.* vbi cauſas exceptas vide.

9. Nec ſolum neceſſaria, cum per *actionem* iudicium inſtituitur, verum etiam vbicunque iudicis offi-

(b) quando nude refertur factum pro *informatione iudicis*, vt de ſtatu cauſae eo rectius ei conſtare, ipſeque iudicare poſſit, an exceptio ſimpliciter oppoſita, qua litem a ſe prorſus declinare intendit, ſit fundata.

(c) an ergo etiam in cauſis matrimonialibus? Diſtinguo, aut agitur ad diſſoluendum matrimonium, aut ad conſummandum: hoc caſu *qualiscunque contradictio* ſufficit, ex natura cauſarum ſummariarum, non item priori, qui maiori opus habet praecautione. *c. 1. X. vt lite non conteſt.*

officium pro *actione* proponitur: (d) veluti, cum in integrum reſtitutio non incidenter, ſed principaliter poſtulatur. *c. fin. de offic. iudic.*

10. Litis conteſtationis effectus eſt varius. Alius *a parte iudicis*, alius *a parte actoris*, alius *a parte rei*, alius *communis*.

11. *A parte iudicis*; quod iurisdictionem ipſi demandatam perpetuet: (e) *c. relatum. 19. de offic. deleg.* quod in praeiudicium vnius litigantis nihil innouare queat. *tot. tit. C. vt lit. pend. nihil innou.*

12. *A parte actoris*; quod actiones temporales perpetuet: *l. vlt. ff. de fideiuſſ. tut. l. vlt. C. de praeſcr. 30. ann.* quamlibet praeſcriptionem, etiamſi facta ſit litis conteſtatio coram arbitro, interrumpat; *c. 9. poſt. C. 16. qu. 3.* Panorm. *in c. illud. num. 11. cum ſeq. de praeſcript.* & Felin. *ibid. n. 3.* quod rem petitam litigioſam faciat; *l. 2. C. de reb. litig.* quod actor libellum mutare nequeat. Gail. *1. obſ. 74. num. 4.*

13. *Ex parte rei*; quod res petita poſt litem conteſtatam reo pereat; Hotom. *4. obſ. 5.* puta ſi fur, praedo, &c. ſit. (f) *l. 40. ff. de petit. hered. l. 49. ff. de*

(d) h. e. vbi illa, quae *incidenter* in aliacauſa *officio iudicis* decidi poterant, principaliter ſeparato proceſſu peraguntur.

(e) Sed hic effectus potius *citationi* adſcribendus.

(f) Imo his quoque perit ante motam litem, cum in perpetua mora ſint. Tunc demum ſingularem moram inducit,

ff. de furt. l. 1. §. rectiſſime. l. 19. ff. de vi & vi arm. quod poſt eam poſſeſſores in mala fide conſtituantur. *l. 25. §. 7. ff. de pet. hered.*

14. *Communis* effectus eſt: quod litis conteſtatio nouationem inducat; *l. 11. l. 29. ff. de nouat. l. 3. C. eod.* quod ab ea iudicium incipiat. Cuiac. *ad C. 1. de iuram. calumn.* Gail. *1. obſ. 74. num. 1.* Fac. *c. ſuper quaeſtionem. 27. in princ. de offic. iud. deleg.*

TIT. XIII. II. x. 6.

VT LITE NON CONTESTATA NON PROCEDATVR AD TESTIVM RECEPTIONEM, VEL AD SENTENTIAM DEFINITIVAM.

QVod diximus titulo praecedenti, lite non conteſtata nec teſtes poſſe recipi, nec ad ſententiam definitiuam poſſe procedi, quoad teſtium receptionem, non eſt perpetuum.

2. Eam enim aliquando (g) iudex, tam *ordinarius*, quam *delegatus*, perſpecta negotii & perſona-

cit, quando huic *interpellationi iudiciali* peculiaris eſt tributus effectus, qui datus eſt legatis ad pias cauſas §. 26. *I. de action.*

(g) vocari alias ſolet ad *perpetuam rei memoriam*, de qua materia ex profeſſo agit B. WERLHOFF. *de examin. teſtium extraord.*

narum qualitate, Myſ. *obſ. 72. cent. 4.* admittit, ſi de teſtium vel obitu, vel diuturna abſentia periculum ſit. *c. quoniam frequenter. 5. in princ. hic.* Idque tam in cauſa *ciuili*, quam *criminali :* (h) ita tamen, vt in *hac* eam, altera parte abſente, non admittat, Gloſſ. *in c. veritatis. 8. de dolo & cont.* in *ea* poteſt, ſi periculum ſit in mora : ſi non, pars aduerſa, ad videndum iurare teſtes, & dandum interrogatoria, debet citari. Socin. *in d. c. quoniam frequenter. 5.* Hoſtienſ. *in c. ſignificauit. 41. de teſtib.*

3. Sunt & alii caſus, in quibus ante litem conteſtatam teſtium receptio permittitur. Innoc. *in d. c. quoniam frequenter. 5. verb. procedendum.* Specul. *tit. de teſte. §. nunc tractemus.* Puta, (1) cum actor propter interpoſitum iuramentum nequit agere; (i) *c. ad noſtram. 20. de iureiur.* (2) cum cauſa eſt mere ſpiritualis, & ſine alterius commodo; vt eſt

(h) Et tamen Pontifex in cit. *c. 5. h. t.* hoc reſtringit ad eum caſum, *cum ciuiliter eſt agendum.* Scilicet pontifex tantum excludere videtur *proceſſum accuſatorium :* inquiſitorius ordini iudiciario non adeo ſubiacet, & in hoc facilius admitti hoc teſtimonium poteſt, quippe quod etiam recipi ſolet, inquiſito abſente, cuius interrogatoria nequidem deſiderantur. Deinde in *cit. c. 5.* vnice ad *accuſatorem* haec limitatio reſtringitur, ergo *accuſato* hoc examen haud denegandum.

(i) Sic enim recipiuntur teſtes, vt appareat, an iuſta ſit *relaxationis* cauſa, ad effectum agendi.

(k)

eſt haereſis crimen; *c. 6. ſane profertur. C. 24. qu. 2. c. ab infirmis. C. 26. qu. 7. c. a nobis. 28. de ſent. excommun.* 3) cum publicum commodum offenditur; *c. 9. quia ea. C. 3. qu. 2.* (k) 4) de ſtatu eccleſiae agitur; *c. cum olim. 34. de teſtib. & atteſt.* (l) 5) in cauſa denunciationis. *c. veritatis. 8. de dolo & cont. c. nouit. 23. de iud.* 6) in cauſa appellationis, cum appellatus eſt contumax; (m) *c. interpoſita. 70. §. ſane. de appell.* 7) in cauſa matrimonii carnalis, cum alter ſe malitioſe abſentat. *d. c. quoniam frequenter.* 8) in dilapidatione. *arg. d. c. quia ea. C. 3. qu. 2.* 9) in cauſa purgationis, (n) *c. cum. P. 7. de purg. can.* 10) vbi aliquid officio iudicis actioni ſeruiente petitur; vt in expenſis lite pendente factis. *c. 2. de off. iud. c. ex literis. 1. de conſ. & affin.* 11) in omnibus, in quibus ſimpliciter & de plano proceditur. Spec. *d. loc.* qui plures vsque ad 36. enumerat.

4. Te-

(k) vt *ex officio* procedi poſſit, maxime in adminiſtratione bonorum eccleſiaſticorum, vbi ſaepe, cauſa cognita, quis ſuſpenditur.

(l) In *cit. c.* 34. quidem occurrit caſus, vbi de *ſtatu eccleſiae* agitur, ſed ſimul *contumacia rei*, quae pro lite negatiue conteſtata accipitur, adeſt, propter quam pontifex receptionem teſtium decernit.

(m) In hac inſtantia agitur de *iniquitate* ſententiae latae corrigenda, de qua ex actis prioris inſtantiae, in qua lis iam conteſtata eſt, conſtare poteſt, ſi reus eſt contumax.

(n) Sed de hoc caſu nulla exceptio in *cit. tx.* apparet.

4. Teſtes ſic producere ante litis conteſtationem non tantum *actor* poteſt, ſed & *reus*; diuerſo tamen modo. Mynſ. *cent. 4. obſ. 71.* Gail. *1. obſ. 92. n. 3.*

5. *Actor* eos producit, ſi teſtes ſint vel ſenes, vel valetudinarii, ita vt mortis ſubſit periculum; aut diu abſfuturi; *d. c. quoniam frequenter. 5. c. cum olim 34. ſignificauit. 41. de teſt. & atteſt. c. praeſentata. 5. de teſtib. & atteſt.* & in ipſius poteſtate non ſit, quod agat; Innoc. *in d. c. ſignificauit. & d. c. quoniam frequenter. in* Gl. *ſenex.* veluti ſi debitorem ſibi ſub conditione habeat obligatum.

6. Aetas, infirmitas, & abſentia teſtium, quomodo ſit aeſtimanda, iudicis committitur & relinquitur arbitrio. Innoc. *in d. c. quoniam frequenter.*

7. Actori, teſtium hac receptione conceſſa, neceſſe, vt intra annum, a quo agere potuit, actionem inſtituat: (o) aut ſaltem reo huiusmodi teſtium receptionem denunciet. *d. c. quoniam frequenter. §. ſed ſi noſter.* vbi Gloſſ. & Panorm. *num. 7.*

8. *Reus* indifferenter, & ſine aetatis, valetudinis,

(o) ſi *examen* hoc *extraordinarium* factum eſt, abſque praeuia aduerſarii citatione ad videndum iurare teſtes, quod fieri poteſt, ſi praeſentiſſimum eo tempore appareat in mora periculum, citandi copia haberi nequeat, &c.

(p)

nis, aut abſentiae diſcrimine, quoslibet teſtes producere poteſt, modo ipſi exceptio, vim actionis non habens, competat, qua actionem, quam metuit, elidere poſſit. (p) Lanfranc. *in c. quoniam contra. de probat. c. 8. num. 34.*

9. Fieri debet haec teſtium productio coram ipſius ſeu cauſae principalis competente iudice, Panorm. *in d. c. ſignificauit. num. 10.* parte, vt dictum, citata: Hoſt. *in d. c. ſignificauit.* niſi praeſens, ob mortem teſtis, periculum verſetur; Tum enim & coram incompetente iudice, & parte aduerſa non citata, facta teſtis huius receptio valet. Felin. *in c. ſi qui teſtium. 8. num. 13. de teſtibus & atteſt.* (q)

TIT. XIV. II. x, 7.

DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

Lite conteſtata, varii actus ante ſententiam definitiuam interponuntur: qui ad tria genera re-

(p) tunc enim, ſi exceptio per modum *actionis* proponi poteſt, in ipſius eſt poteſtate, vt agat. Similiter ſi actor actionem iam mouit, reus itidem ad hoc examen non aliter admittendus, quam ſi iuſtam cauſam, hoc examen anticipandi, probet.

(q) Ipſa tamen *rotuli* publicatio non ſtatim, ſed tunc demum facienda, quo ordinaria via teſtes erant examinandi, h, e. poſt. L. C.

(r)

referri ſolent. In primo genere ponitur *iuiurandum calumniae :* in ſecundo *dilationes :* in tertio *progreſſus contra reum contumacem*, vel *fatentem*, vel *negantem*.

2. *Iuramentum calumniae* nihil aliud eſt, quam iuramentum a litigantibus ſuper cauſa bona fide ſuſcepta, & deinceps proſequenda, praeſtandum.

3. Illud, hoc iure, iudex non, niſi petitum ſit, (r) partibus imponere tenetur. *c. 1. §. propter omiſſum. vbi* Gl. *verb. annullandus. hic in 6.*

4. Impoſitum ſi quis praeſtare recuſauerit, actor ab inſtituta cadet actione, reus pro confeſſo habetur. *c. fin. §. fin. hic.*

5. Praeſtant hoc litigantes omnes, etiam vniuerſitas, municipium &c. *c. Imperatorem. 4. c. vlt. eod.* perſonae eccleſiaſticae; *c. caeterum. 5. c. vlt. eod.* in cauſis propriis (non in cauſis eccleſiae; *c. 1. & d. c. caeterum. 5. hic.*) ſiue ſuo, ſiue alieno nomine iudicium ſuſcipiant. *c. 3. 4. & c. cum cauſam. 6. eod. c. 2. §. 1. eod. in 6.*

6. Vtrum illud in propria perſona praeſtent, an per procuratorem, nihil intereſt. (s)

7. Pro-

(r) Id tantum ex *cit. tx.* liquet, quod omiſſio eius non vitiet proceſſum, ſi non ſit a partibus exactum: interim iudex *ex officio* illud partibus imponere non prohibetur, cum ſit *legale*, imo & *remittere*, ſi iuſta adſit cauſa.

(s) de iure canonico, quo hoc nouiter inualuit. Ex iure ciuili enim hoc probari nequit, cum iuramenti praeſtatio ſit *actus perſonaliſſimus.*

(k)

7. Procurator, hoc iuramentum vt praeſtet, debet ad hoc ſpeciale habere mandatum; *c. fin. eod. in 6.* & tum in animam Domini & ſuam iurat. Ioann. Andr. *in add. ad c. in pertractandis. 3. h. t.* text. *in c. 2. in princ. de teſtib. in 6.*

8. Praeſtatur in omnibus cauſis, (k) in quibus neceſſitas probationis incumbit, Petr. Greg. 48. *Syntagm. 6. num. 3.* tam in prima quam ſecunda appellationis inſtantia; *c. 1. in princ. hic in 6.* etiam cauſis criminalibus, *c. 2. ſſ. nos itaque. verb. criminali. hic.* Hoſtienſ. *in ſum. hic. num. 3.* ſpiritualibus. *c. 1. §. fin. eod. in 6.*

9. Et quidem hac forma. *Ab actore:* vt iuret, ſe non animo calumniandi litem intendere, ſed quod exiſtimet, ſe bonam cauſam habere. *A reo;* quod putet ſe iuſte reſiſtere, opinione iuris ſui. *l. 2. in pr. C. hic. Ab vtroque;* quod nihil penitus patrocinii gratia, iudicibus aut alteri cuicunque, in cauſa vel dederit, vel promiſerit, vel etiam daturus ſit per ſe, ſiue per alium, praeterquam aduocatis honoraria, caeteriſque, quibus a iure dari permittitur. *c. ſtatutum. 11. §. inſuper. de reſcript. in 6. Auth. principalis. C. hic.* Item quod neuter vllam probationem, quam non exiſtimauerit neceſſariam, exiget. *Auth. in iſto. C. eod.*

10. Iu-

(k) & quidem immediate poſt L. C. *l. 1. 2, pr. C. de iurei. propter calumn. c. 6. X. h. t.* quamuis rectius ſtatim in primo litis termino eſſet praeſtandum ante L. C.

(l)

10. Iurant Praelati propoſitis euangeliis, alii omnes tactis, *c. vlt. in princ. hic.*

TIT. XV. II. x. 8.

DE DILATIONIBVS.

SEquuntur *dilationes.* Quae ſunt temporum ad iudiciales actus perficiendos conceſſorum prorogationes. *c. 1. 2. & 3. hic.*

2. Sunt vel *iudiciales*, quae ob actum iudicialem; vel *extraiudiciales*, quae ob actum extraiudicialem expediendum dantur. De illis, non de his, nobis hic eſt ſermo.

3. Sunt illae vel *legales*, hoc eſt, certo iure conſtitutae; vel *arbitrariae*, id eſt, ab arbitrio iudicis pendentes.

4. Conceduntur, ad teſtes producendos, *c. licet cauſam. 19. de probat.* ad peremtorias proponendas, (l) *c. 1. & c. ſq. C. 3. qu. 3.* probationem per inſtrumenta, *Nouell. 115. c. ſed & hoc. 2.* ſolutionem faciendam, *l. 2. 3. C. de vſur.* ſe purgandum, *c. tam literis. 33. de teſtib. & atteſt.* ad accuſandum & agendum, *c. licet. 14. de accuſat. & c. fin. de cland. deſponſ.* Praelatum optandum, *c. cum in veteri. 52. de elect.* appellationem proſequendam, exceſſum puniendum, *c. irrefragabili. 13. de offic. iud.*

(l) maxime ſi ante L. C. ad litis ingreſſum impediendum opponuntur, quae non aliter, quam ſi *in continenti*, h. e. intra breuem terminum, a iudice praefigendum, probatae fuerint. (m)

iud.ord. negotium decidendum, (m) *c. de cauſis. 4. de offic. iud. deleg.* reſtitutionem petendam; *c. frequens. 1. de reſtit. ſpoliat. in 6.* excommunicationis exceptionem probandam, *c. pia. 1. de except. in 6.* litem conteſtandam. *c. 2. hic. &c.*

5. Earum ſpatia, hoc iure, ſiue a iudice propria auctoritate, ſiue a lege dentur (iudex enim ea, negotii qualitate, & partium vtilitate vel neceſſitate inſpecta, producit, vel arctat.) ſunt arbitraria. (n) *c. vlt. de transact. c. 1. ſi aegrotans. C. 5. qu. 3. c. 8. ſi Epiſcopus. C. 3. qu. 2. c. quid ad conſultationem. 15. de ſent. & re iud. c. oblatae. 57. §. licet. de appellat.* Exceptis iis, quae ad appellationem proſequendam, & reſtitutionem in integrum petendam a lege conceſſa. Gloſſ. *in c. cum ſit Romana. 5. eod.*

6. Iudex dilationes non debet concedere, niſi ſedens pro tribunali, praeuia cauſae cognitione, & vtraque parte praeſente. (o) *c. vlt. §. a iudice. C. 3. qu. 3.* Hoſtienſ. *in Sum. hic. num. vlt.* Spec. *de di-*

(m) In reſcripto nonnunquam delegatis praeſcribi ſolet certum tempus, vel etiam a partibus in compromiſſo.

(n) niſi a lege *praeciſe* praeſcripta fuerint, quorſum pertinet fatale *interponendae appellationis*, octiduum Saxonicum, iuramento praefixum.

(o) aliquando etiam, ſi ſcilicet tertia dilatio petitur, non aliter, quam praeſtito iuramento malitiae, *c. f. X. de teſtibus R. I. de anno* 1654. §. 50. niſi de impedimento notorie conſtet.

(p)

dilat. §. 2. *num.* 1. puta, quas ipſe ſua auctoritate concedit. Lege enim conceſſae, cunctis partibus abſque cauſae cognitione competunt; quamuis eas, qualitate perſonae & cauſae, aliisque circumſtantiis conſideratis, interdum iudex moderari poſſit: vt ſtatim diximus. *per iur. ibi all.*

7. Iudex ſua auctoritate dilationes concedit, vbi eae iure non proditae; vt ad ſiſtendum aliquem in iudicio, *l. ſancimus. 26. C. de fideiuſſor.* & opponendas exceptiones dilatorias. (p) *c. paſtoralis. 4. de exception.*

8. Et tum poteſt non tantum cuique exceptioni opponendae tempus praefigere, ſed & omnibus ſimul opponendis vnum terminum: *d. c. paſtoralis.* qui cenſetur tum, licet non ſit expreſſum, peremtorius. *arg. d. c. paſtoralis.*

9. Alioqui in aſſignandis dilationum terminis neceſſe, ſi iudex terminum velit eſſe peremtorium, illud euidentibus verbis exprimere. Niſi enim id fuerit factum, tres termini dandi ſunt: ſiue dilationes ante litem conteſtatam ſint conceſſae, ſiue poſt: (q) vt vult Lagus *meth. vtr. iur. hoc tit. per* Gl.

(p) Haec dilatio hodie minus eſt neceſſaria, cum omnes exceptiones dilatoriae ſub *poena praecluſi* ſtatim in primo termino proponi debeant.

(q) In *cauſis conſiſtorialibus* non adeo praeciſe his regulis inſiſtitur, nec iudex facilis eſſe debet ad praecludendum reum. CARPZ. *lib.* 3. *I. E. def.* 20, *n.* 8.

(h)

Gl. *in Clem. ſaepe. 2. verb. non peremtorie. de verb. ſignif.*

TIT. XVI. II. x. 9.
DE FERIIS.

PRaeter dilationum cauſas titulo praecedenti enarratas ſunt & aliae: Nempe *feriae*, *ordo iudiciorum*, *plus petitio*, *concurſus iudicii petitorii & poſſeſſorii*, de quibus hoc & ſequentibus titulis agemus.

2. *Feriae* (omnium, non vnius litis dilationes,) ſunt dies ab actibus iudicialibus vacui. *c. vlt. hic.*

3. Cum alias ſeptimanae dies ferias vocamus, feriarum nomine abutimur. (h) Cuiac. *ad c. 1. & 2. hic.* Couar. *4. reſol. 19. num. 1. verſ. eadem.*

4. Sunt *feriae* aut *ſolennes* ſeu *ordinariae*, quae ſcilicet certo ſpatio quotannis recurrunt; aut *repentinae* ſeu *extraordinariae*, quae ſubito pro re nata indicuntur.

5. *Solennes* aut ſunt *ſacrae*, aut *profanae*, ſeu *neceſſariae*.

6. *Sa-*

(h) In patrum ſcriptis hoc admodum ſolenne eſt, vt ſinguli *dies* feriarum nomine veniant, vt feria *tertia* & *ſexta*, forſan exemplo iudaeorum, qui *Sabbathi* appellationem non vnice diei ſeptimo, ſed toti hebdomadi tribuebant: vnde nota eſt appellatio *diei primae ſabbathorum*, qua *dies ſolis* denotatur.

6.* *Sacrae* ſunt, dies cultui & honori Dei, & ſanctorum reuerentiae dicati. *d. c. vlt. hic. vbi vide. c. 1. & 3. nullus. C. 15. qu. 4. in princ. diſt. 3. de conſecr.*

7. Quos ſingulis diebus dominicis Parochus populo praenunciare debet, (i) *cap. 1. de conſecr. diſt. 3.*

8. *Profanae* ſeu *neceſſariae* ſunt, quae non propter honorem Dei vel ſanctorum, ſed propter vtilitatem vel neceſſitatem hominum ſunt inſtitutae; vt ſunt meſſium & vindemiarum. *d. c. vlt. in fin. hic.*

9. *Repentinae feriae* ſunt, quas princeps aut magiſtratus, propter inaugurationem, triumphum, rem proſpere geſtam, Gl. *in verb. ob neceſſitates. in Clem. ſaepe. 2. de verb. ſignif.* vel hoſtilem incurſum, ſeditionem, peſtem, aliamue cauſam publicam extra ordinem euenientem indicit. (k)

10. Hiſce omnibus feriatis diebus expediri non poſſunt, quae ſunt iuriſdictionis contentioſae; vt eſt,

(i) & cum hae calendariis inſertae ibique determinatae ſint, hinc ius calendarii mutandi & reformandi eſſe *negotium eccleſiae*, a papa peragendum, olim exiſtimatum fuit, quod rationem non habet.

(k) Hoc ius adhuc magiſtratui concedunt; ſed eadem ratio ſuadet, vt in genere quoque ceterarum feriarum indictio eidem tribuatur, quippe quod ſit per modum *imperii*, ſoli principi competentis.

(l)

eſt, citatio ad cauſam dicendam, reſpondendum, iurandum, ſententiam audiendam, *c. vlt. hic. c. 1. & 2. C. 15. qu. 4. c. auditis. 29. de electione.* damnatio ad mortem vel aliam poenam: *c. 1. hic.* poſſunt, quae ſunt iurisdictionis voluntariae, vt tutorum vel curatorum datio, emancipatio, teſtamenti, aut donationis, aut contractus confirmatio. (l) Kling. *ad c. 1. num. 9. & 14. hic. l. actus. 8. C. eod.*

11. Poſſunt etiam hiſce feriis expediri eae cauſae, quarum diſceptationem *pietas* vel *neceſſitas* ſuadet. *c. vlt. hic.*

12. *Pietas* ſuadet, ſi ſint cauſae debilium & miſerabilium perſonarum, *arg. c. vtinam. 9. diſt. 76. c. nunquam. 33. diſt. 5. de conſecrat.* Hoſtienſ. *in ſum. hoc tit. num. 4.* Kling. *ad c. 1. num. 4. hic.* ſi de alimentis futuris officio iudicis debitis, Iaſ. *ad l. 1. ſ. ſed excipiuntur. num. 7. ff. hic.* cauſa ſpirituali, agatur, Innoc. *in c. vlt. num. 2.* de cauſa matrimoniali iudex ex officio ſtatuat. Hoſtienſ. *in d. ſumm. num. vlt.*

13. *Neceſſitas* ſuadet; ſi res, vel actio tempore vel morte ſit peritura, *c. fin. §. verum. cum. ſeq. de iudic.* (m)

14. Fe-

(l) Inde liquet, nos minime iudaico ritu ad ferias celebrandas obligari, quod etiam agnouit GREGORIVS in *c. 12. de conſecr. D. 3.* praeſertim cum nequidem primaeui Chriſtiani diem ſolis hoc modo celebrauerint, vt oſtendi in *diſſ. iur. eccleſ. antiq. ad Plin. & Tertull. diſſ. 1.*

(m) Imo vacatio ab operibus prorſus ceſſat intuitu eo-

 rum,

14. Feriis ſacris & repentinis partes renunciare non poſſunt: *c. fin. h. t.* poſſunt profanis ſeu neceſſariis. *d. c. fin. c. licet. 3. hic. & c. ſi deligenti. 12. de foro compet.*

15. Tacite id feciſſe intelliguntur partes, quibus praeſentibus & ſcientibus, nec contradicentibus, iudex diem, quam feriatam eſſe ſcit, aſſignat. *c. quod ad conſultationem. 15. de re iudic.*

16. His feriis, ſi non renunciatum, quod actum, non ſubſiſtit. *d. c. fin. hic. d. c. ſi diligenti. 12.*

17. Computantur feriae ſacrae vel de veſpera in veſperam; (n) *c. 1. & 2. hic.* vel potius ſecundum earum qualitatem, & regionum diuerſarum conſue-

rum, qui ſecundum religionis ſuae principia diem feriarum non celebrant, vtpote ſi proteſtantes ſub magiſtratu catholico viuunt, quibus imperari nequit, vt ferias catholicorum ſimul celebrent, per *I. P. art. 5. §. 48.* Annon vero ad minimum iis iniungi poſſit, vt ab opere eo die deſiſtant, plenius enucleaui in *iure eccl. proteſt. lib. 2. tit. 9 §. 10. ſqq.*

(n) Haec computatio imprimis attenditur iis in reditibus iuribusque, quae diem ſacrum pro *termino critico* habent. In capitulis vtplurimum feſta ſanctorum lucrum adferunt ex legatis maiorum ſuperſtitioſis: anniuerſaria recurrunt non ſine lucro, reſidentia inchoanda eſt certo die, ſancto cuidam deſtinato, imo non datur rubrum in Calendario, quod canonicis aliisue clericis gaudium non adferat. Quando itaque horum feſtorum dies cedit? Statim a veſpera feſti h. e. non a tempore veſpertino, ſondern wenn um 2. Uhr Nachmittags zur Veſper geleutet wird.

(o)

ſuetudinem; *d. c. 2. bie.* profanae & repentinae a media nocte in mediam noctem. Weſemb. *in com. c. hoc tit, num. 25.*

TIT. XVII. II. x. 20.

DE ORDINE COGNITIONVM.

Sequitur de ordine cognitionum; quia interdum accidit, vt aliqua cognitio differatur, donec altera terminetur.

2. *Ordo iudiciorum*, ſeu *cognitionum*, eſt diſpoſitio, qua vnum iudicium alteri iudicio anteponitur.

3. Spectatur is tum, cum plures actiones in iudicium veniunt.

4. Quod fit, cum mutuis petitionibus actor & reus ſe impediunt; & tum eae aut ſunt *principales*; aut *vna eſt principalis, altera incidens.*

5. *Si vtraque principalis* (o) & *ciuilis*; prius pro-

(o) h. e. vt neutra ab altera dependeat, tanquam *praeiudicialis*, interim tamen videndum, vtrum reus alteram per modum *reconuentionis*, an vero per modum *exceptionis* propoſuerit? Priori caſu ſi ante L. C. reconuentio eſt inſtituta, vtraque eadem ſententia finienda; ſi poſt, actio prius finienda, deinde reconuentio diſcutienda, quorſum forſan reſpexit Pontifex in *c. cit. 2. in verbis, qui prior appell. prior. agat*, *ex. l. 29. de iudic.* deſumtis, ſed imperite huc applicatis, Poſteriori caſu iuxta diuerſam eius indolem iudicandum eſt.

propoſita prius eſt tractanda, vna tamen ſententia ambae terminandae: modo ſe non contingant, *c. 2. hic.*

6. *Si* ſunt *criminales*; maior minori proponetur.

7. *Si vna ciuilis, altera criminalis*; prius criminalis tractabitur; (p) *c. 3. non eſt.* §. *ciuili. C. 3. qu. 11.* niſi ciuilis praeiudicet. *c. 4. prius.* §. *ſi crimen. C. 3. qu. 11.*

8. Si ambae actiones non ſunt principales, ſed *vna incidit alteri*, tum incidens, ſi talis ſit, vt principalis impediat cognitionem, prius terminari debet; (q) *c. tuam. 4. hic.* alias prius principalis, Bald. *tit. de incident.* Gloſſ. *1. in c. 1. hic.*

TIT. XIIX. II. x. 11.

DE PLVS PETITIONIBVS.

QVia plus petentis petitio aliquando differtur, ideo *de plus petitionibus* ſequitur.

2. Plus

(p) Ita vt altera ab *actore*, altera a *reo* propoſita ſit. *l. 33. C. ad L. Iul. de adult.*

(q) Et quidem in foro eccleſiaſtico, ſi praeiudicialis quaeſtio *eccleſiaſtica* ſit. *c. 3. X. h. t. c. 4. X. de appell.* E contrario ſi cauſae eccleſiaſticae incidat ciuilis, etiam de hac eccleſiaſticus cognoſcere poteſt. *c. 3. X. de donat. int. vir. & vx.*

(r)

2. Plus quis petere dicitur quatuor modis: *cauſa, tempore, re, loco. c. vn. hic.*

3. *Cauſa*; cum quis electionem aduerſario competentem ſibi arrogat; vt, cum id, quod vel in genere, vel alternatiue debetur, in ſpecie, vel praeciſe petit. *d. c. vn.*

4. *Tempore*; cum ante diem vel conditionem exiſtentem petit id, quod debetur, *d. c. vn. in fin.*

5. *Re*; cum maiorem ſummam vel quantitatem, quam debetur. *d. c. vn. verſ. re.*

6. *Loco*; ſi eo, quo conuenit ſoluere loco, non petit; ſed alio. *d. c. vn. verſ. loco.*

7. Hoc modo plus petens, tenetur, quanti rei inter eſt, conuento loco non ſoluiſſe. *d. c. vn.*

8. Re plus petens, in expenſis aduerſario condemnatur. *d. c. vn. in princ.*

9. Tempore plus petenti duplicantur induciae, (r) quibus finitis, reus litem non excipiet, niſi expenſis ipſi ſolutis. *d. c. vn. verſ. ei vero.*

10. Cauſa plus petens, ad omnes expenſas in triplum, & omne damnum, quod reus occaſione inſtitutae actionis tulit, condemnatur. *§. ſi quis agens. 33. verſ. & ſiquidem inſt. de action.*

11. Has tamen poenas effugiet, ſi ante litis con-

(r) In pleriſque iudiciis tantum reus abſoluitur ab inſtantia refuſis expenſis, nec amplius duplicantur induciae.

conteſtationem a plus petitione deſiſtat. Hoſtienſ. *hic.*

TIT. XIX. II. x. 12.

DE CAVSA POSSESIONIS ET PROPRIETATIS.

Diximus ſupra in genere de ordine cognitionum: videamus nunc in ſpecie de ordine cognoſcendi in concurſu petitorii & poſſeſſorii iudicii.

2. *Concurſus* fit, ſi actor, agens petitorio, a reo conquerente forte de ſpoliatione, conueniatur poſſeſſorio: idque vel *de eadem re*, vel *de diuerſa*.

3 Si vtrumque iudicium eſt *eadem de re*, prius ſuper poſſeſſorio eſt cognoſcendum, & pronunciandum; petitorio, prius propoſito, ſuſpenſo. (s) *c. ex conqueſtione. 10. c. literas. 13. de reſt. ſpoliat.* Et hoc ſiue poſſeſſorium praecedat, ſiue ſequatur. *c. in literis. 5. eod.*

4. Iudicium vtrumque ſi eſt *de re diuerſa*; ſubdiſtinguendum eſt. Nam aut *poſſeſſorium*, puta de ſpoliatione, proponitur *in modum reconuentionis*, aut *in modum actionis*, aut *in modum exceptionis*.

5. Si

(s) Sic quando maritus ad *diuortium* agit, & uxor excipit *de ſpolio* ſeu eiectione de domo mariti, prius de hac exceptione iudicandum, & uxor reſtituenda.

(t)

5. *Si in modum reconuentionis*; puta quia reus conuentus reconueniendo petit reſtitui; tunc viciſſim ſunt tractanda, & vna ſententia terminanda; *vid. ſupr. de mutuis petit.*

6. *Si in modum actionis*; (t) tunc ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter ſpoliatus ab actore conueniatur, poſſeſſorium prius excutiendum. Spoliatus enim ante omnia eſt reſtituendus. *c. in literis. 5. c. grauis. 11. de reſtit. ſpoliat.*

7. *Si in modum exceptionis*; primo exceptio ſpoliationis; (u) deinde petitorium, tractabitur. *c. 2. verſ. ſed quoniam. de ord. cogn.*

8. Qui petitorio agit, ante concluſionem in cauſa, & poſſeſſorio, adipiſcendae vel recuperandae; non retinendae agere poteſt: (x) non poſt concluſionem; niſi iuſta cauſa ſubſit. *c. paſtoralis 5. & 6.*

(t) ſeorſim ſcilicet & a reo inſtitutae, tunc non tenetur actori in cauſa ab eo mota reſpondere, donec reſtitutus ſit. Ex hac enim actione ſeparatim mota, etiam iuſta exceptio naſcitur contra actoris ſpoliatoris intentionem.

(u) per hanc non primario intenditur reſtitutio ſpolii, ſed excluſio actoris, donec reus reſtitutus fuerit. Vnde ſi pronunciatum fuerit, reum ante reſtitutionem non teneri ad reſponſionem, executio quoad *reſtitutionem* peti nequit. *c. 2. verſ. verum. de ord. cogn.*

(x) de iure ciuili non aliter, quam ſi renunciatum eſt petitorio; *l. 18. in f. de vi & vi arm. l. 3. C. de interdict.* ſed iure canonico per modum *cumulationis*, quod in praxi ſequimur.

5. & c. cum dilect. 6. hic. c. ſignificauerunt. 35. de teſtib. & atteſt.

9. Si petitorio & poſſeſſorio ſimul eſt actum, vna ſententia terminatur, & praemittitur poſſeſſorium in definiendo, licet prius in petitorio fieri debeat executio. (y) *c. cum dilect. 6. c. cum eccleſia. 3. c. ad vltimum 2. hic.*

10. Succumbens in poſſeſſorio, poteſt de proprietate agere. *c. cum olim 7. eod.*

TIT. XX. II. x. 13.

DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.

QVia ſtatim diximus, ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum, *c. 1. c. in literis. 5. hic. c. vlt. de ord. cognit.* nunc videndum, *quid ſit ſpolium, quomodo fiat, quis eius ſit effectus.*

2. *Spolium*, eſt violenta (z) poſſeſſionis priuatio. *c. 1. 2. 3 & paſſim hic.*

3. Cadit in omnes res mobiles, *c. grauis. 11. h. t.* immobiles, *c. 1. hic.* iura, *c. olim inter. 17. eod.*

(y) ſi forſan ex *definitione poſſeſſorii* peculiaris effectus quoad *praeteritum* fluat, vtpote ſi inde dependeat quaeſtio: vtrum electio facta ſubſiſtat.

(z) Imo de iure canonico & moribus ſufficit *qualiscunque iniuſta poſſeſſionis priuatio. c. 7. X. h. t. c. 9. X. h. t. c. 6. X. de ſepult. c. 3. C. 3. qu. 1.*

(a)

eod. beneficia. *c. ſolicite.* 2. *c. in literis.* 5. *c. accepta.* 3. *eod.*

4. Fit vel per vim expulſiuam. *c. item cum* 6. *eod.* vel ablatiuam, *d. c. grauis* 11. vel compulſiuam. (a) *d. c.* 2. *eod.*

5. Spoliaſſe etiam dicitur & iudex, qui praetermiſſo iuris ordine, vel cum non eſſet competens, aliquem iure ſuo, vel re ſua priuat: *c. conquerente.* 7. *eod.* & is, qui ſpolium mandauit, aut ſpoliationem ſuo nomine factam ratam habuit, *c. cum ad ſedem.* 15. *eod.* aut rem a ſpoliatore accepit. (b) *c. ſaepe.* 18. *eod.*

6. Effectus ſpolii eſt, quod de eo quis poteſt conqueri aut *agendo*, id eſt, conueniendo, vel reconueniendo; aut *excipiendo.*

7. Si conueniendo hoc faciat, eſt ante omnia reſtituendus. *c.* 1. & *c. fin. de ord. cogn. vbi* Abb.

8. *Si reconueniendo*, vtraque quaeſtio pariter eſt tractanda. *d. c.* 2.

9. Si

(a) vtpote ſi quis inique compulſus fuit ad aliquid dimittendum.

(b) ſcienter. Quid ſi bona fide? Etiam tunc agi poſſe cenſent ex *c. redintegranda.* 3. *C.* 3. *qu.* 1. quod tamen non ex illo textu, qui quisquiliis Pſeudo-Iſidori debetur, ſed ex inepta Dd. interpretatione in praxin eſt deductum. Vid. *ius eccl. proteſt. lib.* 2. *tit.* 13. §. 7. *ſqq.*

(c)

9. Si *excipiendo*, (c) non cogitur ante reſtitutionem actori reſpondere, *c. vlt. de mut. pet.*

10. Reſtitutio hic facienda, vna cum fructibus, damnis. *d. c. grauis. 11.*

TIT. XXI. II. x. 14.

DE CONTUMACIA.

AGitur deinceps de iudicii, in reum contumacem, vel confitentem, vel negantem, progreſſu.

2. *Contumax* eſt, qui dolo malo iudici vel Praelato non obtemperat. (d) Gl. *in c. ad aures. 5. de temp. ordin. c. cordi. 1. §. fin. de appell. in 6.*

3. Quare qui iuridice citatus, nec legitime impeditus, nec per ſe, nec per procuratorem comparet; *c. cum dilecti. 6. §. fin. de dolo & cont. c. quoniam. 5. vt lite non conteſt.* vel qui quidem comparet, ſed non obedit; vel ſine iudicis licentia recedit; *c. 43. certum. C. 11. qu. 3. c. ex literis. 10. de exceſſ.*

(c) Nec diſtinguitur, vtrum ſpolium connexionem cum cauſa principaliter in litem deducta habeat, nec ne? modo intra 15. dies probari poſſit, *c. 1. h. t. in 6.* quamuis hodie ſufficiat, intra hoc tempus offerre articulos probatoriales.

(d) & quidem α) vel non comparendo, β) non reſpondendo, γ) vel denique illa non faciendo, quae per *legem* vel *iudicem* iniuncta erant.

(e)

ceſſ. Prael. c. 6. de illicita, C. 24. qu. 3. contumax dicitur.

4. Iuridice citatus eſt, ſi trinis edictis, vel vno peremtorio, quod tantum temporis, quantum illa tria edicta, continere debet, in ius vocatus eſt. *l. contumacia. 53. §. 1. de re iud.*

5. Haec contumacia, ſiue *actoris* (nam & is poteſt eſſe contumax,) ſiue *rei*, varie, & quidem aliter ſi lis conteſtata, aliter ſi non, a iudice puniri poteſt: ita tamen, vt is non omnes poenas ſimul infligat, ſed ex eis vnam; qua ſi non corrigatur contumax, ad aliam procedere poterit, Lancel. *in inſt. iur. Canon. hic, in fin.*

6. *Actor*, ſi contumax, id eſt, ad terminum, ad quem reum citauit, non comparet, damnatur reo in expenſas, nec ad nouam citationem admittitur, niſi caueat, ſe aſſignato termino compariturum. *c. actor. 1. de dolo & contum. in 6.*

7. Poteſt etiam reus, ſi lis nondum conteſtata, petere, vt actor legitime citetur, & ſi non compareat, ipſe ad probationem admittatur, (e) ſententiaque feratur. *c. 3. eod. vbi* Panorm. *num. 15. & ſeq. vid. Nouell. 112. cap. 3.*

8. Quod ſi actor, lite conteſtata, contumaciter ab-

(e) poteſt enim hoc caſu reus litem conteſtari, & vltro ſe offerre ad probationem, oſtenſurus, actori nullum ius agendi competere, quo probato, abſoluitur a tota cauſa.

(f)

abſit, & tempus inſtantiae, puta triennium, (f) vsque ad ſemeſtre praeterlapſum ſit, poteſt ſimiliter iudex, ſi cauſa liquida ſit, ad *definitiuam* ſententiam progredi, etiam in fauorem actoris, ſi eum meliorem cauſam fouere videat: alioqui reum ab obſeruatione iudicii abſoluit, actore in expenſas condemnato. *l. properandum. 13. §. & ſi quidem. 2. C. de iudic.*

9. *Reus* ſi ſit contumax, ei aut mulcta infligitur a iudice, *l. 2. ff. ſi quis in ius voc.* aut actori in expenſas, aliaque damna condemnatur, (g) *l. ſancimus. 15. C. de iudic. & ibi* Bald. Salic. aut inuitus ad iudicium ducitur, Panorm. *ad c. 4. circa fin. hic. l. conſentaneum. 8. C. quom. & quand.* aut excommunicatur, (h) *c. fin. vt lite non cont.* aut miſſionem in bona patitur. *c. 1. 2. 3. c. fin. de eo qui mitt. in poſſ. rei ſeru.*

10. Contumax *reus* dicitur vel *verus*; qui perſonaliter citatus dicit, ſe nolle ad iudicium venire. *c. 2. de*

(f) hoc olim inſtantiae praeſcriptum, ſed hodie non receptum. Ergo iudex in pronunciando non ad hoc tempus praeciſe, ſed potius ad illud, an cauſa ſatis inſtructa ſit, vt definitiua ferri poſſit? reſpicere debet.

(g) maxime ſi citatio non fuit *peremtoria*, ſed *ſimplex*: imo ſi vel maxime peremtorie quis citatus, in conſiſtorio tamen, maxime in cauſa eccleſiaſtica, non ſtatim ſecundum rigorem proceditur. *c. 1. X. h.*

(h) Solenne & irregulare exemplum occurrit in *I. P. art. V. §. 48.*

(i)

2. *de dolo & cont.* & ibi Gloſſ. qui dicit ſe venturum; nec venit: *deciſ. Rota.3. cum iura.* qui venit, non tamen reſpondere vult: *c. 1. de iudic.* qui tribus edictis citatus non comparet. *can. 6. de illicita. 24. qu. 3.* vel *fictus*, qui ad domum tantum vocatus non comparet; Accurſ. Bart. *ad l. ſi tutor, 15. ff. de adm. & peric. tut.* Niſi, *ſecund.* Bald. *ad c. quoniam frequenter. 5. §. porro. vt lite non cont.* citatio ad domum facta ei ab amicis vel domeſticis fuerit denunciata. (i)

11. *Hic* appellare poteſt, Gloſſ. *approb. ad Clem. 1. de dolo & cont.* non *ille. l. ex conſenſu. 23. §. fin. ff. de appell.*

Tit. XXII.

DE MISSIONE IN POSSESSIONEM.

Reus contumax, (k) vt diximus, *miſſionem in bona* patitur; ſed aliter *lite conteſtata*, aliter ea *non conteſtata*.

(i) ſeu in genere, quando non conſtat de *dolo* contumacis. Contra contumaciam hanc non tam ſeuere proceditur, vti contra illam. *c. 1. X. h.* Imo haec admittit exceptionem iuſtorum impedimentorum, non illa.

(k) De iure Romano duplex erat miſſio: 1) *rei ſeruandae gratia*, quae locum habebat, etiamſi de contumacia haud conſtabat, interim nemo aderat, qui *abſentem* defendebat debitorem; intererat enim creditorum, bo-

na

2. *Lite conteſtata*; ſi de cauſa non liqueat, actorem iudex in poſſeſſionem bonorum rei immittit, ita vt ſtatim verus efficiatur poſſeſſor,(l) & reo abſenti ſola proprietatis quaeſtio relinquatur: *c. prout nobis. 4.* vbi Gl. *de dolo & cont.* ſi de ea liqueat, ſententiam definitiuam fert. *d. c. prout nobis* vbi Gl.

3. *Lite non conteſtata*, cum ad cauſae merita deueniri non poſſit, (m) *tot. tit. vt lite non conteſt.* ſolet admiſſionem in poſſesſionem deueniri. *c. quoniam. 5. §. in aliis. vt lite non conteſt. d. c. prout nob.*

4. Ea fieri debet per *decreti* modo *primi*, modo *ſecundi*, interpoſitionem.

5. Eſt *primum decretum*, prima a iudice iubente ob contumaciam *abſentis*, in poſſeſſionem bonorum eius *cuſtodiae cauſa* facta miſſio. *c. conſtitutis. 1. de eo qui mitt. in poſſ. & c.*

6. Il-

na conſeruari. *l. 6. §. 2. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 5. eod.* a) contra *fraudulenter latitantes. l. 7. §. 1. eod.* quorum bona tandem vendebantur. *l. 7. §. 2. eod* poſt annum ſcilicet. *l. pen. §. 3. C. de praeſcr. 30. vel 40. ann.* nec hic duplex miſſio erat neceſſaria. Verum haec omnia pontifex in iure canon. miſere miſcuit, & plures locorum leges eum ſequuntur.

(l) Si reali actione agitur: ſi *perſonali*, non poteſt conſtitui poſſeſſor verus, ſed iuxta *c. f. X. vt lite non conteſt. in f.* proceditur.

(m) forſan cum debitor vel reus abſit, nemoque ipſum defendat: atque hoc caſu miſſio de iure R, fiebat *rerum ſeruandarum cauſa.*

(n)

6. Illud interponunt iudices ordinarii, *d. c. conſtitutis. 1.* & delegati Papae & Principis & alii, *c. 1. & ibi* Goed. *num. 69. cum ſeq. de ſequeſtr. poſſeſſ.* ſaltem mixtum imperium habentes; *l. iubere. 4. ff. de iurisd.* ad inſtantiam partis obedientis, *c. quoniam. 5. vt lite non cont. l. dies cautioni. 4. ff. hic autem. ff. de damn. infect.* praeuia cauſae cognitione. Panorm. *in d. c. quoniam. §. vlt. num. 9. & 10. & c. 2. num. 28. de prohib. ſequeſtr.*

7. Ex eo miſſionem decerni petere poſſunt omnes, quibus aliquid debetur pure: non ſub conditione, (n) *l. 7. §. 14.* vbi Zaſ. *l. pen. §. fin. ff. quib. ex cauſ. in poſſ.* niſi ſunt legatarii. *d. l. pen. §. 1.* (o)

8. Fit miſſio primo in poſſeſſionem rerum mobilium, poſt in immobilium; *d. c. quoniam. ff. fin. vt lite non cont.* denique in corporalium. (p) *iuxta.*

(n) Imo etiam hi ad bona *abſentis* ſeruanda mitti poſſunt, *l. 6. pr. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* cum etiam *creditorum conditionalium* intereſt, bona ſeruari. Sed non poſſunt immiſſionem ex capite contumaciae petere, cum agere & ſic contumacem reum arguere nequeant.

(o) quibus per *contumaciam* cautio non praeſtatur.

(p) hoc non eſt intelligendum de miſſione *rerum ſeruandarum gratia* facta, quae fieri debet in omnia bona; ſed de ea, quae decernitur contra fraudulenter latitantem. Sed hic rurſus Pontifex miſſionem *iudicati exequendi* cauſa factam confundit cum ea, quae fit ob contumaciam in non veniendo.

iuxta. l. a diuo Pio. 15. ff. de re iud. Spec. *§. reſtat. num. 1. de primo decret.*

9. Sed aliter *in actione reali*, aliter *in perſonali.*

10. *In reali actione* fit miſſio in bona petita, vt actor ea vere poſſideat, (q) & poſt, non ante, Panorm. *in d. c. quoniam. 5. §. vlt. num. 33.* annum fructus lucretur. *c. 1. de eo qui mitt. in poſſ. c. paſtoralis. 11. ſ. praeterea. de off. iud. c. contingit. 11. de dolo & contum.* Intra annum ſi reus veniat, & contumaciam, praeſtita ſatisdatione de iudicio ſiſti, & reſtitutis expenſis purget, rem recuperat. *d. c. quoniam. §. ſi reus. c. 1. de ſequeſtr. poſſ.*

11. *In actione perſonali* fit miſſio pro menſura debiti, *d. c. quoniam. ſ. vlt. &* ibi Gloſſ. (niſi res certa petita ſit: *l. Fulcinius. 7. §. Celſus. 17. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*) non vt actor poſſideat rem, ſed vna cum domino detineat, & cuſtodiat. *l. ſi finita. 15. ſ. ſi plures. 15. ff. de damn. infect. l. 3. §. fin. ff. de acqu. poſſ. l. ſi duo. 3. §. creditores. 8. ff. vti poſſidet.* Reus quandocunque, ante tamen ſecundum decretum, veniat, rem recuperat; prius tamen cautione de iudicio ſiſtendo praeſtita, & expenſis refuſis. *d. l. ſi finita. 15. §. 34. l ſi quis. 8. §. pen. C. de praeſcr. 30. vel 40. ann.*

12. *Se-*

(q) non ſtatim, ſed demum poſt annum, quod ſequentia verba indicant,

(r)

12. *Secundum decretum* (quod, quoad poſſeſſionis acquiſitionem, non in reali actione, *c. paſtoralis. 28. §. praeterea. de off. iud. deleg. c. contingit. 11 de dolo & contum. l. pen. §. pen. C. de praeſcr. 30. vel 40. ann.* ſed tantum perſonali, (r) eſt neceſſarium. Bart. poſt. Gl. *in d. l. finita. §. Iulianus. num. 42.*) eſt ſecundus iuſſus iudicis, mixtum ſaltem imperium habentis, *l. 1. & 4. ff. de iuriſd.* quo miſſus in poſſeſſionem, ob perſeuerantem rei contumaciam, verus & incommutabilis efficitur poſſeſſor. *c. 1. de eo qui mitt. in poſſ. l. Praetoris. 5 ff. de damn. inf.*

13. Interponitur poſt annum a tempore primi decreti interpoſiti, Bart. *in d. l. ſi finita. §. Iulianus*, ad petitionem partis, ſi citatus ter, vel ſemel peremtorie, *d. c. quoniam. 5. §. fin. vt lite non cont.* reus contumax, Panorm. *in d. c. quoniam. §. fin. num. 31. 41. & 46.* non compareat, nec ſe ad iudicium cum debita cautione & refuſione ſumtuum offerat, *c. paſtoralis. 11. de offic. iud. ord. c. 1. de dolo & cont. tot. tit. de eo qui mitt. in poſſ.* nec vllum iuſtum impedimentum (de quo iudex debet cognoſcere, alioqui dabitur reſtitutio, *d. l. ſi finita. §. Iulianus.* vbi Bart. *num. 36. & §. 22.* & §.

(r) Sed non indiſtincte, vt ex *n. 14. ſqq.* liquet: quodſi enim propter *debitum pecuniarium* miſſio facta, ſecundum decretum quidem de *ſubbaſtando*, ſed non *miſſio ex ſecundo decreto* decernitur.

& *ſ.* *33.* *l.* *ff.* *de damn. inf.*) quo minus veniat, obſtat.

14. Varie hoc iudex pro circumſtantiarum varietate interponit: modo enim *bona contumacis diſtrahi iubet:* modo *in ſolutum dat*; modo *actorem rei poſſeſſae dominum facit*, modo *ſolum poſſeſſorem.*

15. *Bona diſtrahi iubet*; *l. 7.* *§. 1.* *&* *paſſim. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. l. item.* *§. certum. ff. ex quib. cauſ. maior.* ſi ad aes alienum, id eſt, ad quantitatem debitam, agatur. Fac. *l. 8. quom. & quand iud.*

16. *In ſolutum dat*; ſi res poſſeſſa publicae diſtractioni expoſita, emtorem non inuenit. Specul. *de ſecund. decret.* *§. 2. num. 19. arg. l. 15. §. ſi pignora. ff. de re iud. l. ordo. 3. C. de execut. rei iud.*

17. Et tum creditor, cui res in ſolutum data, iuſtam habet poſſidendi & praeſcribendi cauſam, ſiue debitor illius fuerit dominus, ſiue non. *c. Abbate. 3. de ſent. & re iud. in 6.*

18. *Actorem rei poſſeſſae dominum facit*; puta potiſſimum in materia *damni infecti*, (s) propter periculum ſumtus & moleſtias aedium ruinoſarum, quae non facile emtorem inueniunt. *l. 15. §. 16. ff. de damn. inf.*

19. A-

(s) In hac ſola materia olim obtinebat *miſſio ex ſecundo decreto*, quod Dd. imperite ad omnem miſſionem traduxere.

(t)

19. *Actorem rei poſſeſſae ſolum facit poſſeſſorem*; reo iure ſuo, etiam poſt annum, rei ſuae repetendae reſeruato; cum defenſionis praeſertim cauſa, qua contumacia purgari & excuſari poſſit, ſubeſt. *d. c. quoniam. 5.* & ibi Gl. Dd. *vt lite non cont.*

20. Diximus ſupra, in actione *reali* ex primo decreto immiſſum verum fieri poſt annum poſſeſſorem; quod adeo verum eſt, vt etiam obtineat, licet ob aduerſarii potentiam poſſeſſionem non potuerit ingredi, vel eam amiſerit. *c. 1. de dolo & contum.* Non ſi per eum ſteterit, quo minus poſſeſſionem intrauerit. *c. 2. in fin. de eo qui mitt. in poſſ.*

21. Sed hoc obtinet, ſi reus nullam de ſtando iuri dederit cautionem; dans enim eam, reſtituendus eſt. *d. c. 1.* (t)

22. Sed haec omnia, quae diximus, obtinent, ſi talis ſit cauſa, vt actor in poſſeſſionem mitti poſſit; *c. 3. vt lite non conteſt.* id eſt, ſi quaeſtio ſit de *rebus profanis*, non de *dignitate*, ſeu *perſonatu*, vel *beneficio eccleſiaſtico* obtinendo: tunc enim miſſioni in poſſeſſionem non eſt locus, ſed ad ſententiam definitiuam proceditur: *c. vn. de eo qui mitt. in poſſ.*

(t) modo ante lapſum anni hanc cautionem offerat, quia tunc adhuc res integra eſt. *cit. c. 1.*

poſſ. in 6. vel contumax per cenſuram eccleſiaſti
cam coercetur, & parere compellitur. (u) *d. c. 3.*

TIT. XXIII. II. x. 16.

VT LITE PENDENTE NIHIL INNO-VETVR.

Traditur hoc titulo regula; *lite pendente nihi
eſſe innouandum.* Cuius exceptio eſt ſupe
rioris tituli doctrina.

2. *Lis pendere* dicitur, non ſolum poſt conteſta
tionem, *c. ex parte. 30. de verb. ſignif.* ſed etiam (v
doctoribus (x) placet) poſt citationem reo intima
tam vsque ad ſententiam definitiuam, *c. 1. & 2. hi*
imo etiam poſt ſententiam definitiuam, ſi ab ea ſi
appellatum. *c. paſtoralis. 28. §. praeterea. de offi
iud. deleg. c. 1. de ſent. & re iud. c. ſaepe contingit. 4*
verſ. ſaluis. de appell.

3. A

(u) vel contumacis reditus ſequeſtari poſſunt. *c. 2. X. a
dol. & contum. c. 8. X. de reſtit. ſpol.*

(x) de praxi & iure canonico loquentibus: nam de iu
Romano *litis pendentiam* demum per litis conteſtatio
nem, qua iudicium ſuſcipiebatur, natam fuiſſe palam eſ
l. 15. D rem rat. hab. l. 1. pr. D. ſi ex nox. cauſ. l.
D de litig. Sed ius Canonicum ſe magis accommoda
uit ad fori noſtri diuerſam a Romano formam. vid. *Clem.
2. h. t.*

(x

3. Ad citationem, vt litis pendentiam inducat, ſex requiruntur: *ſec. Clem. cum lite 2. hic.* 1) Quod citatio emanarit; 2) a iudice competente; 3) ad citatum peruenerit, aut per eum ſteterit, quo minus perueniret; 4) citatus ex citationis tenore plene cognoſcere potuerit, qua de re controuerſia ſit futura; 5) citatio ſit apta; 6) nuncius eam legitime & ſufficienter inſinuauerit, per Gl. *in d. Clem. cum lite.* Mynſ. *obſ. 24. cent. 4.*

4. Lite pendente, nec iudici, nec aduerſario, licet, ſiue propria, ſiue etiam principis auctoritate, ſine cauſae cognitione, aliquid innouare.

5. Vnde priuilegium vel reſcriptum, lite pendente impetratum, ſi de hoc expreſſe mentionem non faciat, non valet. (y) *c. 1. & c. vlt. hic. c. cauſam. 19. de teſtib. & atteſt.*

6. Nec, matrimonio ob cauſam conſanguinitatis (z) accuſato, alter coniugum iure ſuo priuari poteſt, quousque conſanguinitas fuerit probata. *c. 2. hic.*

(y) & ſic quoque lis decidenda eſt ſecundum iura exiſtentia tempore motae litis, non ea, quae lite pendente lata. *c. f. X. h.* Lex formam tantum praeſcribit *futuris*, non *praeteritis* aut *pendentibus* cauſis, niſi expreſſe, vrgente iuſta cauſa, aliud legislator diſpoſuerit.

(z) Imo &, diuortii quaeſtione mota, moribus interim, *lite pendente*, vxorem alere tenetur, eique ſumtus proceſſus ſuppeditare. *c. 3. X. de adult.* An ergo cohabitare ei tenetur? id non facile dixerim.

7. Si tamen, dum ſuper primo matrimonio lis pendet, ſecundum rite ſit contractum, hoc, ſi primum declaretur fuiſſe nullum, pendentis litis obtentu irritari non poterit; *c. cum in Apoſtolica. 18. de ſponſal.*

8. Alioqui quod lite pendente innouatum, nullum eſt; & qui innouauit, in expenſas damnatur, & iure ſibi competente priuatus, infamis efficitur. *l. pen. & vlt. C. vt lite pend. nulli liceat Imper. ſuppl.*

TIT. XXIV. II. x. 17.

DE SEQVESTRATIONE POSSESSIONVM ET FRVCTVVM.

Non ſolum contumacia rei miſſione in poſſeſſionem punitur, & aliis modis, de quibus titulo proximum praecedente diximus; ſed & *ſequeſtratione. c. 2. de dolo & contum.*

2. Ea eſt rei controuerſae, vel fructuum eius apud ſequeſtrem, contendentium conſenſu, vel iudiciaria auctoritate, facta depoſitio, vt ab eo cuſtodiatur, & lite finita victori reſtituatur. *l. licet. 17. ff. depoſ. l. ſequeſt. 110. ff. de verb. ſign.*

3. Eſt vel *conuentionalis*, quando libera voluntate contendentes ex ſponſione rem deponunt: vel *iudicialis*, quae fit mandato iudicis inter litigatores.

4. Haec

4. Haec, cum ab executione non ſit incipiendum, *l. 1. C. de execut. rer. iud.* nec alicui temere poſſeſſio (cuius magna eſt commoditas, *§. commodum. Inſt. de interd.*) auferenda, *can. 2. volumus, C.16. qu. 4. c. 2. vt lite pend. nihil innou. c. 1. hic, c. cauſam matrimonii. 19. de offic. iud. deleg.* tantum certis caſibus fieri poteſt.

5. Nempe 1) ſi iudex veretur, ne partes ad arma & rixas procedant: *l. 13. §. 3. ff. de vſufr.* 2) Miſſus in poſſeſſionem fructus diſſipet: *c. dilect. 2. hic.* 3) maritus vxoris virginis, matrimonium contractum negantis, (a) reſtitutionem petat: *c. cum locum. 14. de ſponſal.* 4) vxor, cuius reſtitutionem maritus poſtulat, de ſaeuitia viri probabiliter timeat: *c. ex transmiſſa. 8. & c. literas. 13. de reſtit. ſpol.* 5) denique ſi periculum in mora ſit.

6. Sequeſtrari poſſunt res mobiles, vt fructus, *c. 1. 2 hic.* inſtrumentum: *l. caeterae. 4. §. fin. & l. ſq. ff. fam. erciſc.* immobiles, vt eccleſiae, (b) *c. examinata. 15. de iudic.* praedia. *l. ab execut. 5. C. quor. appell. non recip.*

7. Non

(a) vimque ſibi illatam a parentibus contendentis, tunc apud honeſtas ſequeſtranda perſonas, vt poſſit libere ſuum edere conſenſum. Similiter haec neceſſaria eſt, quando duo proci contendunt de ſponſa, & haec forſan alteri indulgentior appareat &c. vid. Dn. COCCEI. *de ſequeſtr. femin.*

(b) h. e. vel *ius patronatus*, vel *beneficia eccleſiaſtica*; Haec enim ſaepe voce *eccleſiae* veniunt.

7. Non tamen ſequeſtrari poteſt beneficium, ſi eius triennali poſſeſſori moueatur quaeſtio; *Clem. vn. hic*, poteſt, ſi non triennali poſſeſſori. *d. Clem. vn.*

8. Transfert in ſequeſtrem poſſeſſionem conuentionalis ſequeſtratio; niſi conuenerit, vt tantum detineat: *l. 17. §. 1. ff. depoſ.* Vnde ratione poſſeſſionis ius habet fructus percipiendi, & ad beneficia praeſentandi; ſi forte apud eum eccleſiae & iuris patronatus ſequeſtrum factum eſt. (c) Felin. *in c. Bertholdus. de ſent. & re iud. in Clem. hic.*

9. Iudicialis ſequeſtratio non transfert poſſeſſionem; ſed eam, quoniam eſt dubia, relinquit in ſuſpenſo, donec vel partes inter ſe de lite amice conuenerint, vel iudicis ſententia, qui poſſeſſor ſit, & eſſe debeat, declaretur. *c. 1. & 2. hic. l. 39. ff. de acquir. poſſ.*

10. Sequeſtrationem beneficii eccleſiaſtici legitime factam qui impedit, vel fructus ſequeſtratos occupat, excommunicationem ipſo facto incurrit, a quo non niſi impedimento amoto, & fructibus reſtitutis, abſoluitur: ſi ex litigantibus ſit, beneficio, vel iure, quod in eo habebat, nihilominus amiſſo. *d. Clem. vn.*

TIT.

(c) quid ſi *principaliter* caſtrum ſequeſtratum eſt, cui ius patronatus cohaeret, an interim, eueniente vacantia, ſequeſter praeſentare posſit? quod affirmandum videtur. vid. STRVV, *ex.* 21. *n.* 53.

(d)

TIT. XXV. II. x. 18.

DE CONFESSIS.

HActenus diximus de reo contumace: ſequitur, vt de *confitente* dicamus.

2. Confitetur quis vel *in iure*, & *iudicialis* dicitur confeſſio; *c. 1. ſi quandoque C. 15. qu. 6. c. 2. hic. c. praeterea. 10. de transact.* vel *extra iudicium*, & *extraiudicialis* dicitur.

3. Non tantum ore fit, ſed & rei euidentia, contumacia nimia, paciſcendo ſuper crimine, taciturnitate: (d) nam qui tacet, conſentire videtur; pura, ſi in iure id faciat, & iudici interroganti contumaciter reſpondere nolit; vel ab aduerſario allegata non neget. *d. c. 1. ſi quandoque. cum c. ſeq. C. 15. qu. 6. c. tua nos. 8. & c. vlt. de cohab. Cleric. c. nullus. 4. c. nonne. 5. de praeſumt. & mul.*

4. No-

(d) maxime ſi pronunciatum eſt, quod ſub poena *confeſſi & conuicti* reus, v. c. *malitioſus deſertor*, comparere debeat, & ad hanc ſententiam ſub tali clauſula citatus non comparuerit: antequam enim per ſententiam talis citatio decreta fuerit, contumax pro confeſſo & conuicto haberi nequit. An idem quoque in *criminalibus* dicendum, ſi reus reſpondere nolit? Equidem torturae poteſt reus hoc caſu ſubiici; ſed ſi *iuſtae cauſae* illam diſſuadeant, etiam decerni poteſt, vt ſub *poena confeſſi & conuicti* reſpondeat HARPRECHT. *vol. nov. conſ.* 83. *n.* 109. *ſqq.*

(e)

4. Nocet confeſſio tantum ei, qui confeſſus eſt, non aliis. *c. 1. hic.*

5. Non tamen omnis confeſſio nocet confitenti, ſed tantum ea, quae a domino litis, maiore viginti quinque annis, ſanae mentis, contra ſe, in iure, coram competente iudice, (e) & aduerſario, aut eius procuratore, libere, ſponte, & ſcienter facta. (f) Lanfr. *in c. quoniam verb. confeſſ. num. 18. & 15. de probat.* Hoſtienſ. *in Sum. hic. §. qualiter.*

6. Quae & tum demum valet, ſi naturae, nec iuri aduerſetur, & certum, (g) vel incertum, cuius incertitudo declarari poſſit, contineat. *c. 2. & 3. d. c. 1. ſi quandoque. C. 15. qu. 6. d. c. praeterea. 10.*

7. Con-

(e) quae coram *incompetente* facta, veluti ſi clericus coram laico iudice crimen eſt confeſſus, non valet, ſicut ſententia ab incompetente facta. *c. 4. X. de iudic.* Num vero in totum nulla, annon vero ad minimum habet vim *extraiudicialis confeſſionis*? poſterius rectae rationi congruit, licet forſan prius papa intendiſſe videatur.

(f) & ab aduerſario *acceptata* ſit, cum ante *acceptationem* reuocari queat. Si qualificata eſt confeſſio, pro parte reiici nequit, ſed vel tota acceptanda: LAVTERB. *de confeſſ. §. 55.* quam regulam declaraui *in iur. eccleſ. proteſt. lib. 2. tit.* 18. §. 2. *ſqq.*

(g) adeoque indiſcreta confeſſio in chirographo facta non ſtringit, niſi cauſa debendi probata fuerit. *c. 14. X. d fid. inſtrum. l. 25. in f. D. de probat.*

(h)

7. Confeſſio facta reuocari nequit, niſi ex continenti, *c. praeterea. 7. de teſtib. cog.* aut niſi quis errore lapſus, quem ante ſententiam probet; *c. fin. hic.* non poſt ſententiam: niſi fuerit appellatum, *l. ſub praetextu. C. de transact.*

8. In appellationis enim cauſa, cum nouis allegationibus, defenſionibus, & peremtoriis exceptionibus, in prima inſtantia omiſſis, vti liceat, errorem etiam in ea commiſſum licet corrigere. Quia hoc ipſum eſt, peremtoriam exceptionem proponere. *c. fraternitatis. 17. de teſtib. & atteſtat. c. cum Ioannes 30. de fid. inſtrum.*

9. Confeſſio repentina, calore iracundiae puta effuſa, non obligat: & ſtatim reuocari poteſt. Panorm. *in c. cum venerabilis. 6. num. 12. de except.*

10. Vt & ea, quae ante litem conteſtatam facta, Lanfr. *in d. c. quoniam. num. 32.* vtpote *extraiudicialis.* (h)

11. Quae vim probationis plenam non inducit; ſed tantum in cauſa criminali indicium facit ad torturam contra confitentem; Bart. & Gl. *in l. capite. 25. in pr. ff. ad leg. Iul. de adult.* non alium. *c. 1. hic. l. fin. C. de accuſ.* in ciuili, ſi ex

(h) quae olim coram Praetore, h. e. ante litem conteſtatam fiebat, in *iure*, extra *iudicium*, quod demum per *litis conteſtationem* ordinabatur, fieri dicebatur, inde ratio adducta deſumta, ſed ad hodiernam proceſſuum formam non recte applicata eſt.

(i)

ſi ex aliqua certa cauſa, coram aduerſario & teſtibus facta, vim pacti obtinet. Canon. *in c. per tuas, 10. de prob.*

12. Iudicialis confesſio habet vim ſententiae; *c. 7. nunc autem. diſt. 21. l. 6. §. 2. ff. hic. l. 56. ff. de iudic.* adeo, vt in confeſſum, ſi iudex de plano ſine forma iudicii procedat, ſententia poſtea non ſit ferenda; (i) *l. 6. §. vlt ff. hic.* eſt, ſi ordine iudiciario procedat, *l. 3. 4. 5. ff. eod. l. vlt. C. de exec. rei iud.* vt & in criminalibus. *l. 5. ff. de cuſt. & exhib. reor.* Bald. *in l. fin. C. de edend.* vide Aphoriſm. noſtr. *ad digeſt. hoc tit.*

TIT. XXVI. II. x. 19.

DE PROBATIONIBVS.

CVm dictum ſit de reo contumace vel confitente, ſupereſt vt dicatur de *reo inficiante.*

2. Contra hunc debet actor probare, quod intendit. *Actore* enim *non probante, reus; etiamſi nihil praeſtiterit, abſoluitur. c. vn. vt eccl. benef ſine dim. c. cum eccleſia. 3. de cauſ. poſſ. & propr. c. fin. de iureiur.*

3. *Probare*, eſt rei dubiae in iudicio fidem facere. *c. forus. 10. §. cauſa, de verb. ſignif.*

4. Pro-

(i) proinde *ſtatim* tempora iudicati fluunt, nec decendium exſpectandum eſt.

(k)

4. Probatio alia eſt *artificialis*; quae ex ipſa cauſa, argumentis & indiciis trahitur; alia *inartificialis*; quae extra cauſam, a teſtibus, tabulis, confeſſione, iuramento, accipitur.

5. Rurſus vtraque vel eſt *plena*; quae plenam fidem iudici de eo, quod propoſitum eſt, facit: Panorm. *ad c. fin.* §. *1. num. 7. de iureiur.* vt ſit per duos teſtes, inſtrumenta publica, praeſumtiones, partium confeſſiones iudiciales, *vt in c. cum cauſam. 13. hic.* rei euidentiam. Spec. *tit. de probat.* §. *videndum.* &c. vel *ſemiplena*; (k) quae imperfecte concludit, & iudici non tantam fidem facit, cui ſoli ſtare debeat; vt ſit per vnum teſtem, omni exceptione maiorem, Maſcard. *de prob. vol. 1. qu. 4.* inſtrumentum priuatum, comparationem literarum, confeſſionem extraiudicialem, rationes, famam, & ſimilia. Dd. *in fin. de iureiur.* Maſcard. *d. loc.*

6. Plures tamen probationes ſemiplenae coniungi poſſunt, vt faciant plenam: puta ſi probationes tendant ad vnum finem, non autem ſi ad diuerſum; Felin. *c. cum cauſam. 13. hic.* ſiue ſint eiusdem generis, vt eſt in duobus teſtibus, ſiue diuerſi, vt vnius teſtis cum fama: Mynſ. *obſ. 100. cent. 2.* Niſi

(k) ab hac differt *demonſtratio*, in ſummario proceſſu, & ſic etiam in *cauſis* eccleſiaſticis tantum neceſſaria, quae non eſt adſtricta ad terminum probatorium, articulos, interrogatoria, publicationem rotuli, & ſententiae, aut ſubtiles obſeruationes circa habilitatem teſtium.

(l)

Niſi tales probationes coniungendae, ſint in ſu ſpecie imperfectae: puta ſi fama probetur per v num teſtem, & fuga probetur per alium teſtem tunc non coniunguntur; cum quodlibet indiciun duos teſtes requirat. Abbas *in c. transmiſſae. 3. qu filii ſint legit.*

7. Probare debet actor, non reus; *c. bonae me moriae. 23. §. porro exceſſus. de elect. c. quod autem 1. & ſeq. C. 6. qu. 5.* & ſic affirmans, non negans.

8. Negantis enim factum per rerum naturan nulla eſt probatio. *c. quoniam contra. 11. hic. d. c bonae memoriae. 23. verſ. contra.* (l)

9. Reus tamen qui excipit, & eo quid aſſerit probare debet, cum in eo cenſeatur actor; *c. i praeſentia. 18. hic.* vt & ſi pro actore ſit praeſumtic *c. contra morem. 8. diſt. 100.* not. *in c. 3. pontifices C. 12. qu. 3.*

10. Per *indirectum* (m) etiam poteſt admitti vt factum negantis admittatur probatio, dum a ne

(l) h. e. qui litem negatiue ſimpliciter conteſtatur, non pro bat. Ita intellecta propoſitio vera eſt. Sed papa ha regula maxime abutitur, eamque etiam actori, qui pro bare aſſertum debet, applicat, vt apparet *ex c. 13. X. d elect. c. 1. de confeſſ. in 6.* Inde erronea fluxit ſententi *articulos negatiuos non eſſe probandos*

(m) Imo *directo* etiam negatiuam poſſe probari, h. e. p teſtes, documenta, confeſſionem, res ipſa loquitur.

gatiua in adfirmatiuam quodammodo fit tranſitus. *c. ex tenore. 35. de teſtib.*

11. Quod vt melius intelligatur, diſtinguendum (n) *cum* Gloſſ. *in c. accuſator. 2. ad verbum accuſator. C. 6. qu. 5. & in d. c. bonae memoriae. 23. §. contra ligati. ad verb. per rerum naturam.* inter *negatiuam iuris, facti & qualitatis.*

12. *Negatiua iuris* probari debet, vt cum quis emancipationem negat eſſe factam, recte illud probare debet; *l. ab ea parte. 5. §. 1. ff. hic.* quia hic negans affirmat ſolennitatem eſſe omiſſam, vel a iure requiſita non fuiſſe adhibita. (o)

13. *Negatiua facti* eſt duplex: vel *pura*, quae ſimpliciter, ſine determinatione loci, temporis, aut alterius rei proponitur; vel *non pura*, cui locus, tempus, aut alia circumſtantia adiicitur.

14. *Illa* nec directe, nec indirecte probari poteſt; vt, *ſi quis dicat, ſe non contraxiſſe, Bertham non duxiſſe, &c.* & proinde onus probandi transfert in af-

(n) Hae diſtinctiones ad eam pertinent quaeſtionem: vtrum is, cui onus probandi incumbit, ſi cauſa eius ſeu fundamentum in *propoſitione negatiua* conſiſtat, illam probare debeat? veluti, an agens condictione indebiti, indebitum probare debeat; quod generaliter affirmandum, niſi negatiuae cohaereat praeſumtio iuris, quorſum omnes limitationes collineant.

(o) h. e. quia in *negatiua* actor ſe fundat, nec illa pro ſe praeſumtionem, quin potius contra ſe habet.

affirmantem. (p) *vt in d. c. accuſator. C. 6. qu. 5. d. c. bonae memoriae. cum ſimil.*

15. *Haec* probari poteſt per indirectum. *d. c. ex tenore. c. ſeries. 26. de teſtib. l. optimam. 14. C. de contr. ſtipul.* veluti ſi inſtrumenta exhibeantur, in quibus contineatur, alio die, vel alibi, quam aſſeritur, rem fuiſſe geſtam. (q)

16. *Negatiua qualitatis* probanda, ſi qualitas contra iuris communis præſumtionem (r) negetur; vt cum negat quis, quem ad beneficium eſſe idoneum, niſi de contrario conſtet. *c. fin. de praeſumt. c. vn. de ſcrutin. in ord. faciend. l. ex perſona. 3. C. de probat.*

17. Pro-

(p) hoc contingit, ſi reus ſimpliciter litem negatiue conteſtatur, qui *per ſe* non probat. Si actor hac *indefinita negatiua* vteretur, libellum ineptum proferret, qui certus & definitus eſſe debet; vel ſi admittendus eſſet, nihilominus negatiuam probare deberet, *l. 25. de probat.* vel ſi probare non poſſet, id ideo fieret, quia eſſet *indefinita*, non quia *negatiua*, nam idem quoque in *affirmatiua* contingit.

(q) Imo quidni etiam *directe*? vid. Dn. COCCEI de *probat. directa negat.*

(r) id rurſus fl[illegible]it ex principiis communibus, quae in materia *probationis* tradi ſolent. Breuiter tam propoſitio *affirmatiua*, quam *negatiua*, ab allegante eſt probanda, ſi 1) cauſae fundamentum in ea conſiſtat: 2) dubia ſit, nec praeſumtionem pro ſe habeat. *c. 5. in f. X. de renunc. c. 14. X. de fide inſtrum. c f. X. de praeſumt.*

(s)

17. Probari debent ea, quae inter partes controuertuntur ſeu dubitantur: non quae aduerſarius confeſſus, *c. vlt. verſ. niſi ſua ſponte. C. 15. qu. 5. c. 1. nos. C. 2. qu. 1.* notoria, (s) *c. ſuper eo. 3. in princ. de teſtib. cog. c. tua nos. 8. in princ. de cohab. cleric.* euidentia, *c. euidentia. 9. de accuſat.* quae iudici vt iudici, nota. *d. c. vlt. §. ſed mirandum. C. 15. qu. 5. c. ſi ſacerdos. 2. de offic. iud. ord. c. 6. vnus ex nobis C. 2. qu. 1.*

18. Sed & controuerſa ita demum probanda, ſi probata probanti profutura ſunt, *c. per tuas. 32. fine §. noueris. verſ. etſi probatae. de Simon.* Gloſſ. *in c. cum contingat. 36. verb. vbi nihilominus. de offic. iud. deleg.*

19. Non tantum in ciuili cauſa probatio neceſſaria, ſed & in criminali; Hoſtienſ. *in ſum. num. 4. hic. & Dd. commun.* ita tamen, vt (ſed maxime in hac, *c. 3. quisquis. c. 2. ſciant. C. 2. qu. 8. l. fin. C. de probat.* & matrimoniali cauſa, (t) *c. in literis. &* ibi Gl. *verb. probatae. de teſtib. &* at-

(s) quid ſi notoria negentur? non probandam eſſe *veritatem* aiunt, ſed notorietatem, & quidem per plures teſtes. Cum vero *haec* propter *illam* allegetur, euidens eſt, negato notorio, *veritatem* eſſe probandam, quam iudex vnice deſiderat, quaeque duobus perfici poteſt teſtibus.

(t) & omnibus aliis cauſis arduis & maioribus. Conſ. diſp. *de cauſ. ard. & maior, c. II. §. 10.*

7. Non tamen ſequeſtrari poteſt beneficium, ſi eius triennali poſſeſſori moueatur quaeſtio; *Clem. vn. hic.* poteſt, ſi non triennali poſſeſſori. *d. Clem. vn.*

8. Transfert in ſequeſtrem poſſeſſionem conuentionalis ſequeſtratio; niſi conuenerit, vt tantum detineat: *l. 17. §. 1. ff. depoſ.* Vnde ratione poſſeſſionis ius habet fructus percipiendi, & ad beneficia praeſentandi; ſi forte apud eum eccleſiae & iuris patronatus ſequeſtrum factum eſt. (c) Felin. *in c. Bertholdus. de ſent. & re iud. in Clem. hic.*

9. Iudicialitis ſequeſtratio non transfert poſſesſionem; ſed eam, quoniam eſt dubia, relinquit in ſuſpenſo, donec vel partes inter ſe de lite amice conuenerint, vel iudicis ſententia, qui poſſeſſor ſit, & eſſe debeat, declaretur. *c. 1. & 2. hic. l. 39. ff. de acquir. poſſ.*

10. Sequeſtrationem beneficii eccleſiaſtici legitime factam qui impedit, vel fructus ſequeſtratos occupat, excommunicationem ipſo facto incurrit, a quo non niſi impedimento amoto, & fructibus reſtitutis, abſoluitur: ſi ex litigantibus ſit, beneficio, vel iure, quod in eo habebat, nihilominus amiſſo. *d. Clem. vn.*

TIT.

(c) quid ſi *principaliter* caſtrum ſequeſtratum eſt, cui ius patronatus cohaeret, an interim, eueniente vacantia, ſequeſter praeſentare posſit? quod affirmandum videtur, vid. STRVV, *ex.* 21. *n.* 53.

(d)

Tit. XXV. II. x. 18.

DE CONFESSIS.

HActenus diximus de reo contumace: ſequitur, vt de *confitente* dicamus.

2. Confitetur quis vel *in iure*, & *iudicialis* dicitur confeſſio; *c. 1. ſi quandoque C. 15. qu. 6. c. 2. hic. c. praeterea. 10. de transact.* vel *extra iudicium*, & *extraiudicialis* dicitur.

3. Non tantum ore fit, ſed & rei euidentia, contumacia nimia, paciſcendo ſuper crimine, taciturnitate: (d) nam qui tacet, conſentire videtur; puta, ſi in iure id faciat, & iudici interroganti contumaciter reſpondere nolit; vel ab aduerſario allegata non neget. *d. c. 1. ſi quandoque. cum c. ſeq. C. 15. qu. 6. c. tua nos. 8. & c. vlt. de cohab. Cleric. c. nullus. 4. c. nonne. 5. de praeſumt. & mul.*

4. No-

(d) maxime ſi pronunciatum eſt, quod ſub poena *confeſſi & conuicti* reus, v. c. *malitioſus deſertor*, comparere debeat, & ad hanc ſententiam ſub tali clauſula citatus non comparuerit: antequam enim per ſententiam talis citatio decreta fuerit, contumax pro confeſſo & conuicto haberi nequit. An idem quoque in *criminalibus* dicendum, ſi reus reſpondere nolit? Equidem torturae poteſt reus hoc caſu ſubiici; ſed ſi *iuſtae cauſae* illam diſſuadeant, etiam decerni poteſt, vt ſub *poena confeſſi & conuicti* reſpondeat HARPRECHT. *vol. nov. conſ.* 83. *n.* 109. *ſqq.*

(e)

7. Confeſſio facta reuocari nequit, niſi ex continenti, *c. praeterea. 7. de teſtib. cog.* aut niſi quis errore lapſus, quem ante ſententiam probet; *c. fin. hic.* non poſt ſententiam: niſi fuerit appellatum, *l. ſub praetextu. C. de transact.*

8. In appellationis enim cauſa, cum nouis allegationibus, defenſionibus, & peremtoriis exceptionibus, in prima inſtantia omiſſis, vti liceat, errorem etiam in ea commiſſum licet corrigere. Quia hoc ipſum eſt, peremtoriam exceptionem proponere. *c. fraternitatis. 17. de teſtib. & atteſtat. c. cum Ioannes 30. de fid. inſtrum.*

9. Confeſſio repentina, calore iracundiae puta effuſa, non obligat: & ſtatim reuocari poteſt. Panorm. *in c. cum venerabilis. 6. num. 12. de except.*

10. Vt & ea, quae ante litem conteſtatam facta. Lanfr. *in d. c. quoniam. num. 32.* vtpote *extraiudicialis.* (h)

11. Quae vim probationis plenam non inducit; ſed tantum in cauſa criminali indicium facit ad torturam contra confitentem; Bart. & Gl. *in l. capite. 25. in pr. ff. ad leg. Iul. de adult.* non alium. *c. 1. hic. l. fin. C. de accuſ.* in ciuili; ſi ex

(h) quae olim coram Praetore, h. e. ante litem conteſtatam fiebat, in *iure*, extra *iudicium*, quod demum per *litis conteſtationem* ordinabatur, fieri dicebatur, inde ratio adducta deſumta, ſed ad hodiernam proceſſuum formam non recte applicata eſt.

(i)

ſi ex aliqua certa cauſa, coram aduerſario & teſtibus facta, vim pacti obtinet. Canon. *in c. per tuas. 10. de prob.*

12. Iudicialis confesſio habet vim ſententiae; *c. 7. nunc autem. diſt. 21. l. 6. §. 2. ff. hic. l. 56. ff. de iudic.* adeo, vt in confeſſum, ſi iudex de plano ſine forma iudicii procedat, ſententia poſtea non ſit ferenda; (i) *l. 6. §. vlt ff. hic.* eſt, ſi ordine iudiciario procedat, *l. 3. 4. 5. ff. eod. l. vlt. C. de exec. rei iud.* vt & in criminalibus. *l. 5. ff. de cuſt. & exhib. reor.* Bald. *in l. fin. C. de edend.* vide Aphoriſm. noſtr. *ad digeſt. hoc tit.*

TIT. XXVI. II. x. 19.

DE PROBATIONIBVS.

CVm dictum ſit de reo contumace vel confitente, ſupereſt vt dicatur de *reo inficiante.*

2. Contra hunc debet actor probare, quod intendit. *Actore* enim *non probante, reus, etiamſi nihil praeſtiterit, abſoluitur. c. vn. vt eccl. benef ſine dim. c. cum eccleſia. 3. de cauſ. poſſ. & propr. c. fin. de iureiur.*

3. *Probare*, eſt rei dubiae in iudicio fidem facere. *c. forus. 10. §. cauſa. de verb. ſignif.*

4. Pro-

(i) proinde *ſtatim* tempora iudicati fluunt, nec decendium exſpectandum eſt.

(k)

4. Probatio alia eſt *artificialis*; quae ex ipſa cauſa, argumentis & indiciis trahitur; alia *inartificialis*; quae extra cauſam, a teſtibus, tabulis, confeſſione, iuramento, accipitur.

5. Rurſus vtraque vel eſt *plena*; quae plenam fidem iudici de eo, quod propoſitum eſt, facit: Panorm. *ad c. fin.* §. *1. num. 7. de iureiur.* vt ſit per duos teſtes, inſtrumenta publica, praeſumtiones, partium confeſſiones iudiciales, *vt in c. cum cauſam. 13. hic.* rei euidentiam. Spec. *tit. de probat.* §. *videndum.* &c. vel *ſemiplena*; (k) quae imperfecte concludit, & iudici non tantam fidem facit, cui ſoli ſtare debeat; vt ſit per vnum teſtem, omni exceptione maiorem, Maſcard. *de prob. vol. 1. qu. 4.* inſtrumentum priuatum, comparationem literarum, confeſſionem extraiudicialem, rationes, famam, & ſimilia. Dd. *in fin. de iureiur.* Maſcard. *d. loc.*

6. Plures tamen probationes ſemiplenae coniungi poſſunt, vt faciant plenam: puta ſi probationes tendant ad vnum finem, non autem ſi ad diuerſum; Felin. *c. cum cauſam. 13. hic.* ſiue ſint eiusdem generis, vt eſt in duobus teſtibus, ſiue diuerſi, vt vnius teſtis cum fama: Mynſ. *obſ. 100. cent. 2.* Niſi

(k) ab hac differt *demonſtratio*, in ſummario proceſſu, & ſic etiam in *cauſis* eccleſiaſticis tantum neceſſaria, quae non eſt adſtricta ad terminum probatorium, articulos, interrogatoria, publicationem rotuli, & ſententiae, aut ſubtiles obſeruationes circa habilitatem teſtium.

(l)

Niſi tales probationes coniungendae, ſint in ſu
ſpecie imperfectae: puta ſi fama probetur per v
num teſtem, & fuga probetur per alium teſtem
tunc non coniunguntur; cum quodlibet indiciun
duos teſtes requirat. Abbas *in c. transmiſſae. 3. qu.
filii ſint legit.*

7. Probare debet actor, non reus; *c. bonae me-
moriae. 23. §. porro exceſſus. de elect. c. quod autem
1. & ſeq. C. 6. qu. 5.* & ſic affirmans, non negans.

8. Negantis enim factum per rerum naturam
nulla eſt probatio. *c. quoniam contra. 11. hic. d. c.
bonae memoriae. 23. verſ. contra.* (l)

9. Reus tamen qui excipit, & eo quid aſſeris
probare debet, cum in eo cenſeatur actor; *c. in
praeſentia. 18. hic.* vt & ſi pro actore ſit praeſumtio
*c. contra morem. 8. diſt. 100. not. in c. 3. pontifices
12. qu. 3.*

10. Per *indirectum* (m) etiam poteſt admitti
vt factum negantis admittatur probatio, dum a ne

(l) h. e. qui litem negatiue ſimpliciter conteſtatur, non pro
bat. Ita intellecta propoſitio vera eſt. Sed papa ha
regula maxime abutitur, eamque etiam actori, qui pro
bare aſſertum debet, applicat, vt apparet *ex c. 13. X. d
elect. c. 1. de confeſſ. in 6.* Inde erronea fluxit ſententia

(m) Imo *directo* etiam negatiuam poſſe probari, h. e. pe
teſtes, documenta, confeſſionem, res ipſa loquitur.

gatiua in adfirmatiuam quodammodo fit tranſitus. *c. ex tenore. 35. de teſtib.*

11. Quod vt melius intelligatur, diſtinguendum (n) *cum* Gloſſ. *in c. accuſator. 2. ad verbum accuſator. C. 6. qu. 5. & in d. c. bonae memoriae. 23. §. contra ligati. ad verb. per rerum naturam.* inter *negatiuam iuris, facti & qualitatis.*

12. *Negatiua iuris* probari debet, vt cum quis emancipationem negat eſſe factam, recte illud probare debet; *l. ab ea parte. 5. §. 1. ff. hic.* quia hic negans affirmat ſolennitatem eſſe omiſſam, vel a iure requiſita non fuiſſe adhibita. (o)

13. *Negatiua facti* eſt duplex: vel *pura*, quae ſimpliciter, ſine determinatione loci, temporis, aut alterius rei proponitur; vel *non pura*, cui locus, tempus, aut alia circumſtantia adiicitur.

14. *Illa* nec directe, nec indirecte probari poteſt; vt, *ſi quis dicat, ſe non contraxiſſe, Bertham non duxiſſe, &c.* & proinde onus probandi transfert in af-

(n) Hae diſtinctiones ad eam pertinent quaeſtionem: vtrum is, cui onus probandi incumbit, ſi cauſa eius ſeu fundamentum in *propoſitione negatiua* conſiſtat, illam probare debeat? veluti, an agens condictione indebiti, indebitum probare debeat; quod generaliter affirmandum, niſi negatiuae cohaereat praeſumtio iuris, quorſum omnes limitationes collineant.

(o) h. e. quia in *negatiua* actor ſe fundat, nec illa pro ſe praeſumtionem, quin potius contra ſe habet.

affirmantem. (p) *vt in d. c. accuſator. C. 6. qu. 5. d. c. bonae memoriae. cum ſimil.*

15. *Haec* probari poteſt per indirectum. *d. c. ex tenore. c. ſeries. 26. de teſtib. l. optimam. 14. C. de contr. ſtipul.* veluti ſi inſtrumenta exhibeantur, in quibus contineatur, alio die, vel alibi, quam aſſeritur, rem fuiſſe geſtam. (q)

16. *Negatiua qualitatis* probanda, ſi qualitas contra iuris communis præſumtionem (r) negetur; vt cum negat quis, quem ad beneficium eſſe idoneum, niſi de contrario conſtet. *c. fin. de praeſumt. c. vn. de ſcrutin. in ord. faciend. l. ex perſona. 3. C. de probat.*

17. Pro-

(p) hoc contingit, ſi reus ſimpliciter litem negatiue conteſtatur, qui *per ſe* non probat. Si actor hac *indefinita negatiua* vteretur, libellum ineptum proferret, qui certus & definitus eſſe debet; vel ſi admittendus eſſet, nihilominus negatiuam probare deberet, *l. 15. de probat.* vel ſi probare non poſſet, id ideo fieret, quia eſſet *indefinita*, non quia *negatiua*, nam idem quoque in *affirmatiua* contingit.

(q) Imo quidni etiam *directe*? vid. Dn. COCCEI de *probat. directa negat.*

(r) id rurſus fl. it ex principiis communibus, quae in materia *probationis* tradi ſolent. Breuiter tam propoſitio *affirmatiua*, quam *negatiua*, ab allegante eſt probanda, ſi 1) cauſae fundamentum in ea conſiſtat; 2) dubia ſit, nec praeſumtionem pro ſe habeat *c. 5. in f. X. de renunc. c. 14. X. de fide inſtrum. c f. X. de praeſumt.*

(s)

17. Probari debent ea, quae inter partes controuertuntur ſeu dubitantur: non quae aduerſarius confeſſus, *c. vlt. verſ. niſi ſua ſponte. C. 15. qu. 5. c. 1. nos. C. 2. qu. 1.* notoria, (s) *c. ſuper eo. 3. in princ. de teſtib. cog. c. tua nos. 8. in princ. de cohab. cleric.* euidentia, *c. euidentia. 9. de accuſat.* quae iudici vt iudici, nota. *d. c. vlt. §. ſed mirandum. C. 15. qu. 5. c. ſi ſacerdos. 2. de offic. iud. ord. c. 6. vnus ex nobis C. 2. qu. 1.*

18. Sed & controuerſa ita demum probanda, ſi probata probanti profutura ſunt. *c. per tuas. 32. fine §. noueris. verſ. etſi probatae. de Simon.* Gloſſ. *in c. cum contingat. 36. verb. vbi nihilominus. de offic. iud. deleg.*

19. Non tantum in ciuili cauſa probatio neceſſaria, ſed & in criminali; Hoſtienſ. *in ſum. num. 4. hic. & Dd. commun.* ita tamen, vt (ſed maxime in hac, *c. 3. quisquis. c. 2. ſciant. C. 2. qu. 8. l. fin. C. de probat.* & matrimoniali cauſa, (t) *c. in literis. &* ibi Gl. *verb. probatae. de teſtib. &* at-

(s) quid ſi notoria negentur? non probandam eſſe *veritatem* aiunt, ſed notorietatem, & quidem per plures teſtes. Cum vero *haec* propter *illam* allegetur, euidens eſt, negato notorio, *veritatem* eſſe probandam, quam iudex vnice deſiderat, quaeque duobus perfici poteſt teſtibus.

(t) & omnibus aliis cauſis arduis & maioribus. Conſ. diſp. *de cauſ. ard. & maior, c. 11. §. 10.*

 (u)

atteſt.) ea ſit clara & liquida. *c. in praeſentia. 8. hic. l. 6. ff. eod.* Gail. 2. *obſ. 13. num.* 5.

20. In crimine tamen ſimoniae, *c. ſicut. 6. de ſimon.* & haereſeos, *c. cum contumacia. 7. de haeretic. in 6.* quia in ſecreto ſolent committi, praeſumtiones admittuntur.

21. In quaeſtione ſpeciei, fieri debet probatio in ſpecie; (u) generis probatio non ſufficit: (x) velut, ſi quis, dicens aliquem ſibi eſſe ſubditum, hoc probare velit ex eo, quod tributum ſibi ſoluerit: quia tributi praeſtatio aliud quam ſubiectionem ſignificare poteſt. *c. recepimus. 8. de priuil. c. quanto. 16. c. praeterea. 8. de cenſib.* Ita probatio generalis, vel aequiuoca, non releuat probantem ſuper certa ſpecie ſub genere probato contenta. *c. conſtitutos. 6. de relig. dom. c. cum venerabilis. 21. de cenſib.*

22. Fit probatio per teſtes, *c. 2. hic.* confeſſionem partium, *c. 1. nos in quemquam. C. 2. qu. 1.* inſtrumenta debita ſolennitate confecta, *tot. tit. de fid. inſtr.* euidentiam facti, *c. 17. de manifeſta. C. 2. qu. 1.* exempl. vid. *in c. priusquam. 4. diſt. 28.* famam, *c. tertio loco 5. hic c. cum cauſam. 13. eod.* per li-

(u) h. e. probatio debet eſſe *ſpecifica* & *concludens*, vt medius terminus id euincat, quod euincere debet, prout doctrina logica praecipit.

(x) h. e. ſi de certa ſpecie iuris venandi diſputatur, non ſufficit probaſſe, ſibi *indefinite* conceſſam eſſe venationem.

(y)

libros antiquos, & ſcripturas antiquas in lapidibus vel columnis ſculptas, *d. c. cum cauſam. c. 1. peruenit, C. 30. qu. 1.* literas ſigillo Epiſcopi, *c. poſt ceſſionem. hic. c. 20. curae ſit omnibus. C. 11. qu. 3.* Legati, Cardinalis, Abbatis, capituli, ſigillatas, *d. c. tertio loco. 5. hic. c. 3. ſtatuimus. C. 19. qu. 3.* communem opinionem, indicia indubitata. *c. excommunicamus. 13. haeretic.* praeſumtionem violentam *c. adferte. 2. c. literis. 12. c. tertio loco. 53. de praeſumt.* &c.

23. Actor ſi plene probauit, (y) tenetur iurare. *c. 2. hic. d. c. vlt. de iureiur.*

24. Fertur ſententia pro eo, qui melius & magis ſufficienter probauit, (z) *c. licet. 9. §. ex praemiſſis. hic.*

25. Iudex enim non ſecundum proprium animi ſui motum, ſed allegata & probata iudicare debet. *c. in praeſentia. 6. de renunciat.*

Tit.

(y) Ita quoque Belgica editio legit, ſed meo iudicio, mendoſa eſt, cum potius ex *c. 2. h.* conſtet, legendum eſſe, *non tenetur probare.*

(z) de quo potiſſimum contenditur, quando vterque probauit. Reſpiciendum autem potiſſimum 1) ad qualitatem teſtium, *c. 32. X. de teſtibus.* eorumque numerum, *c. 57. X. de elect.* 2) ad teſtium depoſita, *c. 32 cit. l. c. 9. X. h. c. 45. de h. l. in c.* 3) in dubio contra eum pronunciandum, qui principaliter probare debuit, *c. 3. X. h.* 4) niſi cauſa alterius fauorabilior ſit.

TIT. XXVII. II. x. 20.

DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBVS.

POſt generalia de probationibus explicata, transeamus nunc ad earum ſpecies, quae praecipue duae ſunt; *teſtes*, de quibus hoc titulo; & *inſtrumenta*, de quibus titulo proximum ſequente agemus.

2. *Teſtis* eſt, qui de aliquo facto controuerſo teſtimonium dicit: vel, generalius, qui alicui actui adhibetur, vt poſſit de eo, quandocunque opus erit, teſtimonium dicere.

3. *Teſtimonium*, ſeu *atteſtatio. tot. tit. hic.* eſt ipſius teſtis aſſeueratio.

4. Teſtis eſſe poteſt, non omnis, ſed tantum idoneus & fidelis; id eſt, qui omni exceptione maior. *c. 1. hic. 2. placuit. C. 4. qu. 2.*

5. Talis eſſe dicitur, qui iure non poteſt reiici. *c. 3. ſi teſtes. in princ. & §. teſtium. C. 4. qu. 2.*

6. Iure alii reiiciuntur *in totum*, (a) *pro certis perſonis*, alii *contra certas perſonas*, alii *in certis cauſis.*

7. *In totum*, impubes *c. 1. teſtes. C. 4. qu. 2. c. forus.*

(a) qui ne quidem ad examen ſunt admittendi, ſed potius aduerſarius ſtatim contra eos excipere & praecauere debet, ne fruſtra ad examen admittantur.

(b)

rus. 10. §. fin. de verb. ſignif. l. 3. §. pen. ff. hic. praeterquam in crimine laeſae maieſtatis; *l. de minore. 10. ff. de quaeſtion.* furioſus, mente captus; *c. 14. indicas. C. 3. qu. 9. c. vlt. de ſucceſſ. ab inteſt.* infamis; (b) qualis eſt vſurarius; qui publico iudicio damnatus; (c) qui ob teſtimonium dicendum, vel non dicendum, pecuniam accepiſſe iudicatus & conuictus; repetundarum, ob carmen famoſum, calumniam, adulterium damnatus; ob vitae turpitudinem ſenatu motus; haereticus; *c. 1. de haeret. c. 24. non poteſt. c. 39. teſtes. C. 2. qu. 7.* niſi contra haereticum; *c. in fidei fauorem. 5. de haeret. in 6. c. ſi haeret. 26. in princ. C. 2 qu. 7.* periurus, *c. 18. quicunque. C. 6. qu. 1. c. paruuli. 14. verſ. & qui ſemel. C. 22. qu. 5.* mulier, quae corpore quaeſtum palam facit, fecitque, aliiue omnes legibus ſecularibus notati. *c. 9. conſtituimus. C. 5. qu. 5. l. 3. ff. hic. c. placuit. 2. cum ſq.*

(b) In *c. 54. X. h. t.* diſtinguit Pontifex inter infamiam *iuris & facti*. Haec repellit teſtes, niſi vitium emendauerint, quo caſu admittuntur, ſi *ciuiliter* agitur. Illa repellit teſtes, ſi vel maxime mores mutauerint, quia morum mutatione aboletur quidem infamia *facti*, non *iuris*.

(c) De iure ciuili ſcilicet: de iure canonico, quod moribus ſequimur, ſufficit, ſi teſtes de delicto adhuc conuinci poſſunt. *c. 54. h. t. c. 1. X. de except.* Hinc qui crimen teſti obiicit, ad eius probationem admitti debet, eoque probato, teſti non poena dictatur, ſed tantum a teſtimonio repellitur, *c. 31. X. h. t. c. 1. cit.*

ſeq. §. *lege Iulia in fin. C. 4. qu. 2. c. ſicut nobis. 9. hic.*

8. *Pro certis perſonis* prohibentur teſtimonium dicere, (1) domeſticus, familiaris, cognatus, affinis, vel cui imperari poteſt, vt teſtis fiat; pro eo cui talis eſt; *c. 1. verſ. vel etiam. c. teſtes. verſ. idonei. C. 4. qu. 2. c. 1. c. 10. ſimiliter. verb. adfines. c. 12. accuſatores. C. 3. qu. 5. c. ſuper eo. 22. c. in literis. 24. hic.* non contra; *c. 1. verſ. ſed ſi voluerint. C. 3. qu. 3.* non in conſanguinitate probanda; & in matrimonio contrahendo: (d) *c. videtur. 3. qui matr. accuſ. poſſ.* (2) amicus pro amico; *c. vlt.* §. *teſtium. C. 4. qu. 2. c. quoties. 5. hic.* (3) Socius pro ſocio; ſiue eiusdem criminis, *c. veniens. 10. c. perſonas. 20. hic* ſiue contractus, *c. ſi teſtes.* §. *teſtium. C. 4. qu. 3.*

9. *Contra certas perſonas* teſtari prohibentur; reus de ſe crimen confeſſus, contra ſocios criminis; *c. 1. de confeſſ. c. fin.* vbi Gloſſ. *verb. praeterquam. C 15. qu. 3.* exceptis quibusdam occultis & grauioribus criminibus, vt laeſae maieſtatis, *d. c. 1. & d. c. fin. verb. praeterquam.* haereſeos, *c. in fidei fauorem. ſ. de haeret. in 6.* ſimoniae: *c. veniens. 10. & ibi Gloſſ. verb. confeſſio. hic. c. 1. eod. in 6. c. ſi quis Papa. 2.* §. *propter occultas. diſt. 79.* inimicus contra inimicum; *c. cum I. & A. 22. de ſent. & re iud. c. per tuas. 32. & c. licet. Heli. 31. de ſimon. c. cum*

oper-

(d) item habiles ſunt in probatione *aetatis* vel *mortis.*

(g)

oporteat. 19. vbi ratio, *de accuſ.* Libertus contra patronum; *can. Epiſcopus. 58. §. fin. C. 12. qu. 2. c. fin. §. liberti. C. 4. qu. 2.* filius contra patrem, pater contra filium; niſi in cauſa matrimoniali; *c. fin. §. parentes. C. 4. qu. 2.* Haereticus & Iudaeus contra Chriſtianum; *c. 26. ſi haereticus. C. 2. qu. 7.* laicus contra clericum, in cauſa criminali; (e) *c. de caetero. 14. hic. c. 37. beati. §. fin. cum c. ſeq. C. 2. qu. 7.* Non in cauſa ciuili, & cauſa electionum vel ordinationum: *c. tam literis. 33. hic.* clericus contra laicum; *c. 9. teſtimonium. in princ. C. 11. qu. 1.* auctor inimicitiae contra Epiſcopum. *c. 10. detractores. C. 3. qu. 4.*

19. *In certis cauſis* teſtimonium ferre prohibentur, mulier in teſtamento, & in criminali cauſa, quae criminaliter intentatur; (f) non quae ciuiliter; *c. 1. de crimine. C. 15. qu. 3. c. forus. 10. §. vlt. de verb. ſignif. c. quoniam. 3. & c. tam lite-*

(e) laici clericis oppido infeſti eſſe creduntur ob rationem in *c. 14. X. h.* expreſſam, vel potius ob *vilitatem*, quam eis ius canonicum tribuit. *c. 39. C. 2. qu. 7.*

(f) Olim hac de re patres, ex odio erga ſexum ſequiorem, admodum ceſpitarunt. In *c. cit.* 10. vulgata adfertur ratio: *varium & mutabile ſemper femina.* Sed noviori iure canonico feminas etiam in *criminalibus* fuiſſe admiſſas, liquet *ex c. 3. & 33. X. h. t. c. 5. X. de adult.* eo praeſertim tempore, quo iudicia eccleſiaſtica ad formam *ciuilium* compoſita ſunt.

teris. 33. hic. patronus ſeu aduocatus, procurator, in cauſa quam defendit; executor cauſae, in ea; §. *patroni. C. 4. qu. 2. c. inſuper. 16. hic. c. vlt. in princ. eod. in 6.* iudex in cauſa, in qua iudex, (g) *c. 37. hoc etiam. §. quaeritur. cum c. ſeq. ſeq. C. 2. qu. 6. c. 1. & c. 2. nullus. verb. ſed per ſe. C. 4. qu. 4.* quisque in ſua cauſa. (h) *can. 4. ſane. C. 15. qu. 3.*

11. Produci debent teſtes ad minimum duo, *c. veniens. 10. c. licet. 23. hic.* etiam ab homine in dignitate poſito: *arg. c. ego ſolus. 6. diſt. 9.* Couarr. *princ. quaeſt. 33. num. 3. verſ. his accedit.* ſiue de cauſa ciuili, ſiue de criminali agatur. *d. c. veniens. 10. & c. licet. & c. cum a nobis. 28. eod.* Niſi ius nominatim plures requirat: *d. c. licet. 23. in fin.* vt in cardinali Epiſcopo conuincendo ſeptuaginta duo, Presbytero Cardinali quadraginta quatuor, Diacono Cardinali viginti quatuor, Subdiacono, Acolutho, Exorciſta, Lectore, Oſtiario, ſeptem: *c. 2. praeſul. C. 2. qu. 5.* praeterquam ſi teſtes ſint ſpectatae vitae & ſcientiae. Quo caſu duo aut tres videntur ſufficere. *c. 3. nullam. §. fin. nullam. verſ. ſed. hoc. C. 2. qu. 4.* In purgatione Epiſcopi duode-

(g) Ergo nec confeſſionarius in iis, quae ipſi in confeſſione reuelata ſunt, tum ob *ſigillum confeſſionis*, tum quia iudex eſſe dicitur in *foro poenitentiali, c. 2. X. de offic. iud. ordin. c. c. 12. X. de poenit.*

(h) bene tamen clerici in cauſa eccleſiae ſuae, modo non agant, *c. 6. & 12. X. h. t.* aut alias inde vtilitatem habeant.

decim, Presbyteri ſeptem, Diaconi tres requiruntur. *c. 19. omnibus in fin. C. 2. qu. 5. c. 12. ſi legitimi. C. 2. qu. 4.* in teſtamentis tres: (i) *c. cum eſſes. 10. de teſtam.*

12. Vnus vel ſingularis teſtis, cuiuscunque ſit dignitatis, regulariter non probat. *d. c. licet vniuerſis. 23. & c. licet ex quadam 47. hic.*

13. Dico *regulariter*, nam certi ſunt caſus, in quibus probat; vt cum alicui non ſit praeiudicium; puta, cum dubitatur, an quis ſit baptizatus, vel an eccleſia ſit conſecrata, & huiusmodi; (k) *c. paruulos. 110. de conſecrat. diſt. 4. c. ſolennitates, de conſecr. diſt. 1.* item cum dubitatur de voluntate obmuteſcentis ſeu morientis; *arg. c. 7. qui recedunt. & c. ſq. C. 26. qu. 6.* cum matrimonium impeditur praetextu conſanguinitatis contrahi; *c. ſuper eo. 22. hic. c. praeterea. 12. de ſponſal.* cum dicit Sacerdos aliquem poenituiſſe; *c. nemo. 14. de ſimon. arg. c. teſtimonium. 54. hic.* cum executor ſe dicit citaſſe vel denunciaſſe; *c. cum parati 19. de appellat.* cum pater dicit filium inuitum monachum eſſe factum; *c. 4. praeſens. C. 20. qu. 3.* cum de crimine laeſaeMaieſtatis agitur; *c. ſi quis Papa. 2. diſt. 79.*

14. Non

(i) Sed haec Pontificis diſpoſitio non eſt recepta, nequidem inter eccleſiae Romanae aſſeclas.

(k) quae ſunt difficillimae probationis, vt ſi mors ſit probanda, quae in locis remotiſſimis contigiſſe dicitur. *Nou. 117. c. 11.*

(l)

14. Non plures iudex admittere debet, quam ad probandam cauſam ſunt neceſſarii. *arg. c. ſignificauerunt. 36. & c. ſeq. c. de teſtibus. 19. hic. c. cum te. 18. de offic. iud. deleg. c. finem. 5. de dolo & cont. c. frequens. 1. de reſtit. ſpoliat. in 6.*

15. Qui admittuntur, non ſe vltro offerre; ſed vocari, & veluti inuiti deponere debent: *tot. tit. hic.* Qui enim vltro ſe offert, habetur, vt dicunt, ſubornatus & ſuſpectus. *arg. c. 4. illi. C. 5. qu. 5.*

16. Produci & recipi debent regulariter, poſt litem conteſtatam; *c. 1. & 2. vt lite non cont.* non ante; niſi forte de morte teſtium vel abſentia diuturna timeatur, vel de cauſa matrimonii, electionis, publicationis, inquiſitionis, *d. c. fin. eod.* denunciationis, *c. nouit. 13. de iudic.* agatur. vid. Gl. *ad d. c. fin. verb. regulariter.*

17. Fieri debet productio coram eo iudice, qui de cauſa cognoſcit; *c. cum olim propter. 14. §. interim. de priuil.* Niſi teſtes ſint valetudinarii, ſenes, debilitate confecti, paupertate nimia oppreſſi, ita vt ad iudicis perſonam adduci non poſſint: tum enim ad ipſos examinandos perſonae idoneae & diſcretae mittuntur. *c. ſi quis teſtium. 8. hic.* (l)

18. Teſtes antequam examinet iudex, debet & partem citare, non trina, ſed vna citatione, *c. in nomine Domini. 2. hic.* & a teſtibus de veritate dicen-

(l) Similiter ſi teſtes ſunt ſub alia iurisdictione, veluti clerici, examinandi ſunt ſub proprio iudice.

(m)

cenda, praeuia admonitione ſuper periurio facta, *c. 1. de crim. falſ. c. 80. quisquis. C. 11. qu. 3.* iusiurandum exigere. (m) *c. qualiter. 17. & c. ſeq. de accuſat. c. nuper 51. c. tuis quaeſtionibus. 39. hic. c. fin. §. & prius. C. 2. qu. 5. c. pen. C. 3. qu. 9.* Quantumuis cauſa ſit ſummaria. vid. Imol. *in Clem. ſaepe. de verb. ſignif.*

19. Iuramentum hoc (niſi a partibus remittatur, (n) *c. tuis quaeſtionibus. 32. c. nuper. 51. hic.*) praeſtare debent teſtes omnes tam regulares, quam ſeculares. Dd. *in c. fin. de iuram. calumn.* Hi tactis ſacroſanctis ſcripturis; illi iis propoſitis & manu ad pectus admota. Gloſſ. *ad Clem. de homicid. ad Clem. 1. §. porro. de haeretic.* text. *in c. teſtimonium. 9. §. fin. C. 11. qu. 1.*

20. Iuramento praeſtito quemque teſtem iudex, aut is, cui examen commiſſum, examinat, clam partibus, ſeparatim, adhibito Notario, qui dicta conſignet, cum ſuper articulis ab aduerſario exhibitis; *c. venerabili. 52. c. nuper nobis. 51. c. ſignificauit. 41. hic.* tum ſuper interrogatoriis, ſeu quaeſtionibus ſuper ipſis teſtium perſonis, item ſuper ipſa lite.

(m) etiam a clericis *c. 39. & 51. X. h. t.*

(n) Haec remiſſio tantum fieri poteſt in cauſis *priuati arbitrii:* non iis, quae priuato arbitrio non ſubſunt, vt in criminalibus, matrimonialibus, ſi ad diſſoluendum matrimonium agitur. Idem applicant ad cauſam *ſponſalium*, ex erroneo tamen principio, quod haec ſint matrimonium.

(o)

te, veritatis eliciendae cauſa ab eo, contra quem teſtes producuntur, propoſitis; *c. 2. hic. in 6.* & omnibus circumſtantiis; videlicet cauſis ſcientiae, *c. cum cauſam 37. hic.* perſona, loco tempore, viſu, auditu, credulitate, fama, & certitudine.(o)

21. Debet enim teſtis, ſi petitur, ſcientiae rationem reddere. Innoc. *in d. c. cum cauſam. 37. num. n*

22. Sola enim atteſtatione prolata, nec aliis legitimis adminiculis probata cauſa, nullius eſt momenti. *c. fin. §. ſola. C. 4. qu. 2.*

23. Eam reddet per illum corporis ſenſum, quo id, quo de interrogatur, percipitur: vt viſum, auditum, vel alium. Gloſſ. *in d. c. fin. §. in teſtibus conſiderandum. verb. ex tempore.*

24. Debet interrogatoriis reſpondere, non abſens per ſcripturam, ſed praeſens verbis, *c. 15. teſtes. C. 3. qu. 9. c. fin. §. alia eſt. C. 4. qu. 2. c. 3. relatum. §. leges. verſ. vnde canonica. C. 5. qu. 2. c. tua nos. 8. §. ſi vero publicum. verſ. cum non ſit. de cohabit. cleric. & mulier. c. a nobis. 2. qui matr. accuſ. poſſ.*

(o) Olim etiam iudex ipſemet has interrogationes ſupplebat, non pars regulariter offerebat. Ex quo concludo, iudicem *ex officio* illa interrogatoria ſupplere debere, quae aduerſarius ſuppeditare neglexit. Imo in ſummaria teſtium depoſitione nequidem hodie aduerſarius interrogatoria offert, ſed iudex illa merito ſupplere debet, *c. 37. b.*

(p)

poſſ. claris, *d. c. cum cauſam.37. hic.* neceſſario vel probabiliter concludentibus, Farin. *qu.79. num.147.* veram depoſitionis cauſam continentibus; non ex credulitate. *c. quoties.5. hic.* auditu alieno, *c. praeterea.27. c. licet.47. hic.* niſi cum eo alia adminicula accedant; aut de antiquis agatur; quae ſe audiuiſſe a ſenioribus, aliquin tamen fide dignis, dixerit. *d. c. praeterea. & c.5. de parentela. C.15. qu.6.* vbi Gloſſ. *in verb. audiſtis. & d. c. licet.*

25. Depoſitione facta, iudex diligenter annotari curabit, quid teſtis tam ſuper interrogatoriis, quam articulis depoſuerit; annotata teſti praeleget, & tandem eum de ſilentio ſeruando admonitum dimittit. Specul. *de teſtib.* §. *4. num. 2.*

26. Annotata praelegit teſti, cum vt eius conſtantia appareat: poteſt enim is non ex interuallo, ſed in continenti ſe corrigere, & dictis ſuis in depoſitione addere vel diminuere: *not. in d. c. cum cauſam.37. & c. praeterea.7. de teſtib. cog. & ibi.* Panorm. tum vt ipſius depoſitionis claritas appareat: ſi enim teſtis obſcure depoſuit, iterum, vt veritas habeatur, eſt examinandus. (p) *c. cum clamor validus.53. hic.*

27. E-

(p) etiam 1) *ex officio*, cum iudicis ſit, proſpicere, vt veritas recte eruatur: 2) poſt *publicationem atteſtatorum*, quia haec repetitio non eſt noua productio: imo 3) poſt *concluſionem* in cauſa, quia in gratiam iudicis fit.

(q)

27. Examinatione peracta, operam iudex dare debet, vt partes vlteriori productioni renuncient. Specul. *eod. ſ. ſatis. in princ. & §. vlt. per c. cum veniſſet. 25. hic.* Alioqui litigantes, intra terminum a iudice productionibus praeſtitutum, viciſſitudine probationum, vsque ad tertiam ſuper iisdem articulis teſtium productionem progredi poſſunt: non quartam; niſi producens iuret, ſe nec calumniae cauſa eam facere, nec teſtificationum copiam habuiſſe, (q) *c. cum clamor. 53. & c. 2. c. pen. c. in cauſis. 15. c. ſignificauerunt. 36. hic.*

28. Quippe publicatis ſeu cognitis ſemel teſtimoniis ſuper iisdem articulis nulla amplius eſt productio; (r) ſuper nouis eſt; *c. fraternitatis. 17. in textu &* Gloſſ. *c. conſtitutis. 46. cauſam quae 19. hic.* niſi fuerit ei renunciatum *d. c. cum veniſſet. 25. c. veniens. 38. c. cum in tua. 44. eod.*

29. Publicatis teſtationibus, earum copia litigatoribus a iudice communicari debet: *c. quoniam. 11. de probat.* quo contra excipere, aut pro illis dicere alternis poſſint.

30. Qua

(q) modo terminus probatorius probationi non ſit praeſtitutus; hoc enim elapſo vlterior productio ceſſat.

(r) ne quidem in inſtantia appellationis; *c. 17. X. h. t. clem. 2. h.* niſi in publicatione defectus appareat. *c. 45. h. c. pen. X. de prob.*

(s)

30. Qua de re ante, vel in ipſa publicatione, proteſtari & mentionem (s) inferre debent; alioqui non audiuntur. *c. praeſentium. 31. & ibi* Mynſ. *n. 1. hic.*

31. Niſi 1) ea, propter quae teſtium perſonas pars reiicere velit, demum poſt publicationem oriantur: *d. c. praeſentium. 31.* 2) pars iuret, ſe id ex malitia non facere: *d. c. praeſentium. 31.* 3) iudex (contra quem proteſtari debet) eum, quo minus antea exceperit, impediuerit: Mynſ. *in d. c. praeſentium.* 4) tales teſtes repellere velit, qui omnino teſtes eſſe non poſſunt. Idem *d. l. c. num. 16.*

32. Exceptionem hanc probare reus, contra quem teſtes ſunt producti, poteſt intra terminum ad reprobandum datum, per teſtes alios, qui reprobatorii dicuntur, vel inſtrumenta. *d. c. praeſentium. c. licet Heli. 31. de ſimon.* quos actor rurſus per alios reprobare poteſt. Neuter vltra audietur.

33. Quia teſtes probatorios, & eorum reprobatorios reprobare licet, non reprobatorios reprobatoriorum. *c. licet dilectus. 49. hic.*

34. Exceptione propoſita & probata, iudex cognoſcit, quibus plus fidei debeat tribuere.

35. Quod non ex teſtium multitudine ſola, nec te-

(s) ſufficit, ſi *generaliter* aduerſarius ſibi reſeruet omnes exceptiones contra perſonas & dicta teſtium. *c. 31. X. h. t.*

teſtimoniorum veri ſimilitudine, ſed ex teſtium fide, dignitate, moribus, fortuna, conſtantia, religione, ponderat. *c. ſi teſtes. §. teſtium. C. 4. qu. 2. c. praeterea. 27. hic. c. forus. 10. §. fin. de verb. ſignif. c. eccleſia. 48. de elect. l. teſtium. 3. ff. hic.*

36. Si teſtes actoris & rei auctoritate & conditione ſint pares, pro reo ſententiam ferre debet. Promtiores enim ad abſoluendum eſſe debemus, quam ad condemnandum, *c. ex literis. 3. de probat.* niſi actoris cauſa ſit rei fauorabilior.

37. Talis eſt, ſi ſit pro re aut perſona fauorabili; vt libertate, dote, teſtamento, legitimatione, pupillo, vidua, orphano, fiſco, eccleſia, &c. *c. fin. de re iud. l. inter pares. 38. ff. eod.*

TIT. XXIIX. II. x. 21.

DE TESTIBVS COGENDIS VEL NON.

Teſtes ſi vocati ſponte noluerint veritati teſtimonium perhibere, a iudice ordinario, vel eius delegato ſeu commiſſario, eccleſiaſtica cenſura, etiam ſi iurauerint ſe teſtimonium non dicturos, *c. intimauit. 19. de teſtib. & atteſt.* cogi poſſunt; (t) *c. 1. 3. 4. 7. 8. 9. 10. hic.* maxime ſi

(t) Aliquando etiam *carcere* vel *tortura*, ſi cauſa ſit grauis, teſtes vacillantes, viliorisque conditionis, *c. 7. C. 2. qu. 1.*

ſi nullo excuſationis priuilegio ſint muniti, & ſe gratia, timore, vel odio, ferendo teſtimonio ſubtrahant. *c. dilectorum*. 10. & *c*. 1. *eod*.

2. Publice enim, ne veritas, ad quam eruendam teſtes adhibentur. *c*. 1. *eod*. occultetur. *c. fin. eod*. imo & ipſius teſtis intereſt; cum veritatem occultare ſit mortale peccatum. *c*. 80. *quisquis*. C. 11. *qu*. 3. *c*. 1. & ibi Gl. *verb. occultent. hic*.

3. Cogi non poteſt teſtimonium quis dicere, contra ſocerum, generum, vitricum, priuignum, ſobrinum ſobrinoue natum, eousque qui priore gradu ſunt, &c. *c. vlt*. §. *lege Iulia publicorum*. C. 4. *qu*. 2. nec libertus contra patronum; *d. c. vlt*. §. *liberti aduerſus*. nec ſenex valetudinarius, miles, qui cum magiſtratu abeſt, aut cui venire non licet; *d. c. vlt*. §. *inuiti*. publicanus, qui exercitui praebendum conduxit, *d. c. vlt*. §. *publicani*. Epiſcopus *c*. 9. *teſtimonium*. §. *nec honore*. C. 11. *qu*. 1. clericus, aliaque eccleſiaſtica perſona. (u) *c*. 38. *ſtatutum. in fin*. C. 2. *qu*. 6.

4. Quae

qu. 1. Nec excipiendae ſunt *cauſae criminales*, vti quidam colligunt ex *c*. 10. *X. h. t*. Verum in caſu ibi propoſito *ciuiliter* agebatur, & cum hinc inde quaedam crimina erant obiecta, noluit Pontifex, vt iidem iudices etiam de criminibus cognoſcerent.

(u) ſcilicet in ea cauſa, in qua antea fuit iudex, vt *cit. tx*. declarat; vel in iis, quae ipſis ſunt reuelata in confeſſionibus.

4. Quae tamen perſonae, ſi aliter de veritate conſtare nequit, (x) ad teſtimonium vel coram iudice euocatae, vel coram perſona ad illas miſſa, *c. ſi qui teſtium 8. de teſtib. & atteſt.* dicendum cogi poſſunt. *c. ſuper. 3. c. peruenit. 4. hic.*

5. Cauendum tamen, ne temere, & niſi exigente cauſa, teſtes euocentur, *c. ſtatutum. 11. ſ. pro ferendo. de reſcript. in 6.* & vt ſumtus euocandis a producente dentur; alioquin enim venire non tenentur. *d. c. ſtatutum. §. pro ferendo. verſ. ſed nec tunc. c. fin. §. liberti teſtes. C. 4. qu. 2.*

6. Qui teſtes teſtimonium dicere, vel ad examen venire impediunt, puniendi ſunt. *c. cum cauſam. 37. §. quod ſi forte. & c. conſtitutis. 46. de teſtib. & atteſtat.*

TIT. XXIX. II. x. 22.

DE FIDE INSTRVMENTORVM.

Teſtium & inſtrumentorum probationes in exercendis litibus aequiparantur: *l. in exercendis. 15. C. hic.* imo interdum, ſed lata ſignificatione, inſtrumentorum appellatione teſtes con-

(x) h. e. ſi cauſa ita comparata ſit, vt ex natura ſua alii teſtes ei adhiberi nequeant; ſecus eſt, ſi ex *accidente* tantum alii teſtes deſunt.

continentur. *c. peruenit. 4. de teſtib. cog. c. forus. 10. de verb. ſignif.* in ſtricta, ſunt diuerſa. *c. cum Ioannes 10. hic. c. 11. forte in fin. C. 23. qu. 4.*

2. In hac ſignificatione *inſtrumenta* accepta, ſunt ſcripturae rei controuerſae fidem facientes.

3. Sunt vel *publica*, vel *priuata*.

4. *Publica* dicuntur, quae a publicis perſonis (vt notariis *c. quanquam. 2. de vſur. in 6. c. illud. 11. de praeſumt.*) confecta; *c. 2. hic.* quae ſigillo aliquo, vt Epiſcopi, *c. ceſſionem. 7. de probat. c. 20. curae. C. 11. qu. 3.* capituli, *c. 5. de prob. c. nomine patris. 1. fin. diſt. 37.* principis ſecularis, *c. cum dilectus. 9. hic.* ſunt ſignata: *c. ſcripta. 2.* quae auctoritate magiſtratus interueniente publica, (y) *c. G. perpetuus. 12. hic. l. publicati. 2.* vbi Dd. *C. de teſtam.* quae a ſcribente licet priuato, & duobus teſtibus, ſubſcripta; *c. 1. de teſtib. & atteſt. c. quoniam contra. 11. de probat.* (ſed haec vim inſtrumentorum publico-

(y) vel alias ratione muneris eccleſiaſtici ſunt confecta & conſcripta de iis, quae in munere ſuo conſcribens geſſit? Huc pertinent libri baptiſmales, de matrimonio contracto vel morte atteſtantes, &c. Parem vim non habent regiſtra priuata monaſteriorum & eccleſiarum ab adminiſtratoribus confecta, CARPZOV. *lib. I reſp* 6. DECIVS *ad c. 2. X. h. t.* quamuis nonnulli iis fidem tribuant, ob *c. 13. X. de prob.* & *c. 13. X. de praeſcrips.*

eorum tantum habent, dum teſtes viuunt. *c. 2. hic.*) quae ex archiuis publicis extracta, *c. ad audientiam. 13. de praeſcript. c. 1. peruenit. C. 30. qu. 1.* imo omnis ſcriptnra, cui de iure vel ſpeciali conſuetudine creditur. *d. c. cum dilect. 9. hic.*

5. *Priuata* inſtrumenta ſunt, quae auctoritate priuata fiunt a priuatis perſonis, nullis adhibitis teſtibus: vt ſunt rationes, priuatae annotationes, apochae, antapochae, epiſtolae, cautiones.

6. Haec per ſe non probant; niſi contra ſcribentem, & non inficiantem, *l. 26. §. fin. ff. depoſ.* Iaſ. & Bart. *in l. admonendi. ff. de iureiur.* aut eum qui ea acceptauit, Lanfr. *in c. quoniam ad verb. inſtrum. num. 50. de probat.* aut niſi ſuſcriptione teſtium, vel contrahentium, vel vetuſtate temporis, vel iudiciaria cognitione ſint roborata. Bald. *in rubr. C. hic. num. 44. & 45.*

7. Illa, ſi coram iudice facta, plenam fidem faciunt; vt nulla in contrarium probatio admittatur. *l. in hac. 30. in in fin. C. de donat. l. cenſus. ff. de probat.* Si a notario facta, itidem plenam fidem faciunt, (z) ſi omnia ſolennia in eorum confectione

(z) Imo etiam *protocollum* Notarii probat. Proinde ſi morte praeuentus ex eo ſolenne inſtrumentum conficere non potuit, ad petitionem eorum, quorum intereſt, iudex ex eo illud conficere poteſt. *c. 15. X. h. t.*

(a)

ne obſeruari ſolita interuenerint: ita tamen, vt probationem in contrarium admittant. *l. cum precibus. 18. C. de probat. Nouell. 73. cap. 5. c. cum Iohanne. 10. hic. c. ad audientiam. 13. de praeſcript.*

8. Solennia ea ſunt: inuocatio nominis domini, anni eiusdem indictio, dies contractus, nomen Imperatoris, vel Papae, vel Regis, locus, teſtes, nomen & ſignum notarii: Specul. *de inſtr. edit. §. 2. in princ.* non ſubſcriptio & ſubſignatio contrahentium & teſtium. Panorm. & Innoc. *in c. 1. de his quae fiunt. 3. Praelat. ſine conſ. Cap.*

9. Quae ſi obſeruata, faciunt inſtrumento plenam fidem; 1) ſi ſint authentica; non ſi exempla: *c. 1. hic.* (niſi auctore iudice, (a) *c. fin. eod.* aut ab eodem notario, qui authentica confecit, eo animo fuerint ſcripta, vt perinde ac authentica valerent. Dd. per *c. dudum. 20. de conuerſ. coniug.* 2) Si integra, non cancellata, innouata, raſa, (b) ſuſpecta. *c. ex literis. 3. c. inter dilect. 6. hic. c. licet. 5. de crim. falſ. c. cum venerabilis. 7. §. ſed part. de relig. dom. c. cum olim. 12. & 14. de priuil.*

10. Produci debent inſtrumenta regulariter poſt litem conteſtatam. Mynſ. *ad c. 1. num. 41. de probat.*

(a) plura tamen in tali ſolenni exemplificatione ſunt obſeruanda, de quibus egi in *tr. iur. eccleſ. lib. 2. c. 22. § 5 ſq.*
(b) raſura enim in loco ſuſpecto vim inſtrumento detrahit. *c. 3. cit.*

bat. ratio in *c. quoniam. in princ. vt lite non conteſt.* poſſunt vsque ad concluſionem in cauſa: (c) *c. cum dilectus. 9. hic.* Ratio *in c. paſtoralis. 5. de cauſ. propr. & poſſeſſ. c. auditis. 8. de procur.* non poſt, ſi cauſa ſit profana; *vt in d. c. cum dilectus*, omnino, ſecundum aliquos, ſi beneficialis, (d) Hoſtienſ. *ad c. ad petitionem. de accuſat. c. lator. 7. c. conſanguinei. 11. de ſent. & re iud.* Ratio *in Clem. ſaepe de verb. ſignif.*

11. Fieri debet productio iudici, coram quo litigatur; ſed & ex cauſa alii; *c. accepimus. 4. hic.* in loco tamen congruo & ſecuro; *d. c. accepimus. c. 20. hortamur. C. 3. qu. 9. c. ex parte. 47. de appellat. c. accedens ad 4. vt lite non cont.*

12. Eduntur inſtrumenta, interdum, ſi producenti ita videatur, non in totum, ſed in tantum quoad cauſae conuenit. *c. contingit. 5. in fin. hic.*

13. Reus non tenetur actori inſtrumenta ſua edere, vel in iudicio contra ſe proferre; *c. vlt. §. qui intendit. C. 4. qu. 3. c. 1. de probat.* niſi forſan ea ſint communia, *c. G. perpetuus. 12. hic.* (e)

14. Si

(c) Si nullus terminus probatorius actori eſt praeſcriptus: hoc facto, tantum produci poſſunt intra terminum probatorium.

(d) vel alia cauſa eccleſiaſtica, quae non eſt *priuati arbitrii:* alioquin ſtatur iuri communi.

(e) Fiſco tamen actori hoc priuilegium tributum, vt a reo exigere poſſit editionem documentorum. Idem *eccleſiae* tribuunt, argumento a *fiſco* ducto, quod inane eſt, cum ius ſingulare non admittat extenſionem.

(f)

14. Si inſtrumenta non cum actore communia in iudicio producat, quibus vti vult, ea actori edere tenetur; vt & viciſſim ei actor, ſecundum Gl. *in d. c. G. perpetuus.*

15. Qui contraria duo inſtrumenta in iudicio profert, ſibi fidem inuicem derogantia, neutro probat. *c. imputari. 13.* vbi Gl. *verb. contrarius. hic. c. cum inter R. 16. de elect.*

16. Nec quis probat inſtrumentis quantumuis publicis & ſigillatis, quorum literae legi non poſſunt, vt non valeat intelligi, quid in eis fuerit ſcriptum. *c. inter dilectos 6. hic.*

17. Poſſunt inſtrumenta, contrariis teſtibus, ſed pluribus & honorabilioribus, quam in inſtrumentis ſcriptis, refelli: ſi quidem agatur de facto recenti; *c. ex tenore. 35. de teſtib. c. cum Ioannes. 10. hic* non ſi de antiquo. (f) *c. vn. vt eccl. benef. ſin. dim.* Vid. quae ad hunc titulum diximus *in aphoriſmis ad digeſta*, & maxime in *Enarrat. Codicis* dicimus.

TIT. XXX. II. x. 23.

DE PRAESVMTIONIBVS.

SEquitur de *praeſumtionibus*, quia eae quandoque probationem faciunt, & iudicem in formanda ſententia inſtruunt, *c. literas. 14. & tot. tit. hic.*

2. Eſt

(f) In his ex *natura rei* magis creditur inſtrumento, quam teſtibus, quippe qui ob memoriae imbecillitatem

2. Eſt *praeſumtio*, probabilis coniectura, ex certo ſigno proueniens, quae alio non adducto, pro veritate habetur. Alciat. *tract. de praeſumt. in princ. part. 3. incipit, Veniamus. num. 1.*

3. Eſt, ſecundum Canones, quatruplex: *temeraria, probabilis, violenta, neceſſaria. c. adferte. 2. c. literis. 12. c. literas. 14. hic.*

4. *Temeraria* eſt, ex cauſis leuibus proficiſcens vana hominis opinio. (g) Dant Canones exemplum in presbytero mulierem amplexante; & dicunt, temere iudicare quem, illud illum ex libidine facere, cum benedicendi, vel ad poenitentiam exhortandi gratia id facere eum praeſumtio ſit. *c. 14. abſit. C. 11. qu. 3. c. in ſcripturis. 8. diſt. 96.* Tales etiam in foro olim fuerunt praeſumtiones & indicia ex aqua frigida, feruente, zeli, ferro candente, duellis, ſorte; quas Pontifices, & piisſime, vtpote fallacia, ſuſtulerunt. *c. 22. monomachiam* C. *2. qu. 4. c. 2. & c. fin. de purg. vulg. c. ex tuarum. 8. de purg. can.*

5. Ea

---

tem facile in rebus antiquis fallere poſſunt. Idem dicendum de iis rebus, quarum fluxa eſt recordatio, vt ſi de aetate probanda agitur, *l. 3. C. ſi minor ſe maior. dix.* conf. *diſſert. de colliſ. probat. c. 2.*

(g) Habet praeſumtio ſuos gradus, & quandoque ſaepius, quandoque rarius fallere poteſt, ex quo gradus *fidei* aeſtimandi ſunt. Exemplum tamen adductum de *temeraria praeſumtione* eſt magis *temerarium* quam probabile, nec hodie pro clerico mulierem amplexante minor eſt praeſumtio, quam pro laico.

(h)

5. Ea nec ſemiplene probationem facit, nec animum iudicis mouere debet. *c. 1. C. 2. qu. 1. c. 9. oues paſtorem. C. 6. qu. 1. c. ſi quid vero. 23. diſt. 86. c. licet Heli. 31. de ſimon.*

6. *Probabilis* praeſumtio, eſt veriſimilis coniectura, ex certo ſigno proueniens, quae, alio non adducto, pro veritate habetur. (h) Alciat. *d. loc. par. 3. per c. quia veri ſimile. 10. hic.* Sic praeſumitur, non eſſe pudicam, quae cum aliis viris vagatur. *c. tertio loco. 13. hic.*

7. Haec, ſi lege iuuatur, vim habet probationis, niſi contrarium probetur. (i) (Hoc enim admittitur. *c. 3. praeſentium. C. 7. qu. 1. c. ſuper hoc. 5. de renunc.*) Si ea non iuuatur, ſed tantum in hominum opinionibus conſiſtit, non probat per ſe, ſed tantum probationem ſibi concordantem iuuat; *c. illud. 11. hic. c. fin. §. ſaepe.* C. 4. *qu. 3. c. 4. ſi duo. C. 35. qu. 6.* ad iuramentum ei deferendum, pro quo eſt

(h) non ſimpliciter, vt quis exinde condemnari poſſit, ſed tunc demum, ſi eſt *iuris* ſeu in lege ad hoc determinata, vt vim probandi habeat, vt actor ipſemet §. ſq. declarat.

(i) Huc pertinent potiſſimum ſequentia: 1) quod naturalia ineſſe praeſumantur. 2) quod pro regula ſit praeſumtio, donec exceptio fuerit probata. 3) quod in dubio mutatio non praeſumatur. *c. 9. X. h. t.* & denique 4) quod omnis praeſumtio in meliorem partem facienda ſit. *c. 6. X. de renunc. c. 16. in f. X. de ſentent. & interl.*

(k)

eſt praeſumtio; *c. ex inſinuatione. 3. de procur. c. ſicut conſuetudo. 2. de prob.* & purgationem praeſumto infamato; *c. ſi quis. 2. de purg. canon. c. 5. & 13. presbyter. c. 16. ſi mala, & c. 19. omnibus. C. 2. qu. 4.*

8. *Violenta praeſumtio*, alias *praeſumtio iuris* dicta, eſt veriſimilis probatio ex multis indiciis, vel vno multum efficaci & veritati proximo, collecta. Venat. *in analyſ. iur. Pontif. hic.* Vt fugiens cum gladio ſanguinolento praeſumitur vulneraſſe; inuentus nudus cum nuda, ſolus cum ſola, in eodem lecto iacentes, ſecretis locis & latebris, praeſumitur fornicatus, *c. literis. 12. hic.* &c.

9. Haec onus probandi in aduerſarium transfert, & tam diu ſtat, donec contrarium probetur: *c. propoſuiſti. 4. de probat.* In criminalibus facit tantum indicium ad torturam: non ad condemnationem, *c. literas. 14. hic. arg. c. 12. nomen. C. 2. qu. 1. c. quia veriſimile. 10. hic.*

10. *Neceſſaria praeſumtio* (*iuris* & *de iure* dicta) eſt diſpoſitio legis aliquid praeſumentis, ſuper praeſumto, tanquam ſibi comperto ſtatuentis. Alciat. *d. loc. in princ.* Sic virgo, quae ab eo, qui eam per verba de futuro deſponſauit, poſtea cognita, cenſetur in ſponſalia de praeſenti conſenſiſſe: *c. Vsque fidem. 30. de ſponſ.* vt & ea pure, quae ſe a ſponſo conditionali paſſa eſt cognoſci. *c. de*

illis.

illis. 7. de deſponſ. impub. c. per tuas. 6. de cond. ap. poſ. (k)

11. Haec praeſumtio plenam probationem facit, & pro veritate habetur, nec probationem admittit in contrarium, niſi per confeſſionem partis; reſtitutionem in integrum, & alia, de quibus vide Alciat. *in d. tract.* & Felin. *in c. quanto, 8. hic.* & Bald. *in addit. ad Specul. hoc tit.*

12. Cauſae, ex quibus praeſumtiones proficiſcuntur, ſunt fere infinitae; paucas hic enumerabimus.

13. Deſumuntur, ex perſona, (l) *c. decenter. 6. diſt. 89. c. fin. hic.* loco, (m) *c. 21. quisquis.* C. 17. *qu. 4. c. literis. 12. hic.* tempore, (n) *c. 1. Gonſaldus.* C. 17. *qu. 2. c. 26. in omnibus. diſt. 81.* qualitate, (o) *c. 2. ſunt nonnulli. diſt. 46. c. fin.* §. *hermaphroditus.* C. 4. *qu. 3.* taciturnitate, (p) *c. 1. ſit Rector. verſ. pri-*

(k) Talis quoque praeſumtio naſcitur ex re iudicata, *c.* 15. *X. de ſent.* & *interloc.* & ex immemoriali praeſcriptione.

(l) Sic quilibet praeſumitur idoneus, habilis, naturalemque qualitatem habere.

(m) veluti ſi quis in *ſuſpecto loco*, per nemora, cum femina vagari reperiatur.

(n) qui inſolito tempore aufugit, ſe maxime grauat.

(o) naturali, quae ineſſe praeſumitur.

(p) qui ex duobus illatis alterum negat, alterum fateri videtur.

(q)

primo poſt.43. c. nonne. 5. hic. vtilitate, (q) *c. 14. ipſa pietas. C.23. qu.4.* fletu, (r) *c.1. ſi verum. C.31. qu.2. c.10. imitare. C. 6. qu.1.* fuga, (s) *c. 111. conſtat. C. 1. qu.1. c.1. ſit rector. verſ. rectores. diſt.43.* negligentia, (t) *c.6. peruenit. diſt.18. c. ſcribam. 9. hic.* familiaritate, (u) *c.1. quorundam. diſt.34. c. repellantur. 7. de accuſ.* vicinitate, (x) *c. ſed continuo. 46. diſt.1. de poen.* dignitate, (y) *c. 14. abſit. C. 11. qu.3.* dilectione, (z) *c.51. ea. C.23. qu.4. c. graue. 29. de praeb.* frequentatione, (a) *c. clericus. 20. diſt. 81. c. monaſteria. 8. de vita & honeſt. cleric.* aetate, (b) *c. cum in iuuentute. 15. hic. c. fraternitatis. 7. diſt. 34.* &c.

TIT.

(q) Suſpicio contra eum naſcitur, qui lucrum ex violenter occiſi morte ſperat.

(r) ex fletu colligitur renitentia.

(s) Si alias modus fugiendi ſuſpectus eſt; veluti qui cum gladio ſanguine adſperſo, vel inſolito tempore aufugit.

(t) qui olim negligens fuit, adhuc talis praeſumitur.

(u) noſcitur ex ſocio, qui non cognoſcitur ex ſe.

(x) ex vicinitate praeſumitur notitia facti.

(y) ex hac optima capitur praeſumtio pro eo, qui in dignitate eſt.

(z) ex hac teſtis fit ſuſpectus.

(a) clericus matronarum domicilia frequentans admodum ſuſpectus eſt. *c.20. cit.*

(b) ex *vita ante acta* magna capitur praeſumtio.

(c)

TIT. XXXI. II. X. 24.

DE IVREIVRANDO.

QVod ſi actor in probatione deficiat, interdum ei *iuſiurandum*, maximum expediendarum litium remedium, defertur. *c. etſi Chriſtus. 26. §. Iacobus. hic.*

2. Eſt diuini nominis aſſumtio, (c) ad id, quod aſſeritur, confirmandum. *d. c. etſi Chriſtus.*

3. Eſt vel *promiſſorium*, vel *aſſertorium*; ſecundum Dd. vid. Hoſtienſ. *in ſum hic. num. 3. & Sarmient. ſelect. interpr. lib. 3.*

4. *Illud* dicitur, quod contractui, vel alteri actui adiiicitur, confirmandi, ſiue non retractandi iuris cauſa.

5. Tale eſt iuramentum obedientiae, (d) *c. nullus. 5. hic. c. legebatur. 3. de maior. & obed. c quanquam. 6. diſt. 23.* fidelitatis, *c. veritatis. 13. hic. c. 18. de forma. C. 22. qu. 5.* quo quis iurat aliquid ſe factu-

---

(c) per *inuocationem DEI in teſtem & vindicem:* ſine hac iuramentum concipi nequit. Id tamen patres non recte perpenderunt; vid. *c. 2. & 4. C. 12. qu. 1.* imo erronee in iuramento vel *votum*, vel *cultum diuinum*, vel *preces* ſuppoſuerunt, vnde non potuere non erroneae ſequi concluſiones, v. g. quod iuramentum cauſam ciuilem faciat eccleſiaſticam, actui ex voto robur addat &c.

(d) & *religionis*, quod in effectu eſt iuramentum *obedientiae.*

(e)

ſturum, vt iudicio ſiſti; litem exequi; *c. 1. de ſequeſt. poſſeſſ.* vel daturum. *c. cum contingat. 28. hic. c. quamuis. 2. de pact. in 6. c. Quintauallis. 23. c. veniens. 16. c. debitores. 6. hic.* Iuramentum contractus confirmatorium; quo is vim, quam alioqui non haberet, accipit: (e) *d. c. cum contingat. 28. eod. c. licet mulieres. 2. eod. in 6.* modo moribus bonis, naturalibus, *c. 4. 5. & vlt. de pact. & c. 2. & fin. eod. in 6.* aut publicae vtilitati, *c. 2. hic. d. c. 2. de pact. in 6.* non repugnet.

6. *Iuramentum aſſertorium* eſt, quo rei praeſentis, vel praeteritae, veritas aſſeritur.

7. Tale eſt *iuramentum veritatis*, quod praeſtant teſtes in dicendo teſtimonio; *c. nuper 51. de teſtib. & atteſt. c. 2. de iuram. calum. c. ex literis. 31. hic. Iuramentum calumniae*, quo *actor* iurat, ſe non calumniandi animo, ſed exiſtimans ſe bonam cauſam fouere, ad litigandum venire; & *reus* iurat, ſe arbitrari iuſtam cauſam habere deferendi, & in aliis ſe non odio, nec differendi iudicii gratia probationes vel iuramentum ab alio exigere; *tot. tit. de iuram. ca-*

(e) ideo quod DEO iurans promittat, ſe actum impugnare nolle. Fluit ergo haec concluſio ex errore vulgato, in iuramento latere *votum*. Imo confunduntur praecepta, quae *conſcientiam* tangunt, cum praeceptis *iuſtitiae* externae. *L. 5. C. de LL.* Ita enim per indirectum legum ciuilium vigor eluditur. Interim iuramentum nullas habet vires, ſi actus *abſolute* eſt prohibitus. *c. 18. ſqq. C. 22. qu. 5. c. 22. X. de for. compet.*

(f)

mentum malitiae, quò quis de malitia ſuſpectus, requirente iudice, iurat, ſe non malitioſe exceptionem proponere, dilationem petere: *c. 2. ∫. fin. & ibi Gloſſ. fin. de iuram. calum. in 6. c. paſtoralis. 4. de except. c. vltra tertiam. 55. de teſtib. c. 11. iudicantem. C. 20. qu. 5.* *Iuramentum purgatorium*, quod praeſtat accuſatus vel diffamatus de aliquo crimine, (f) quod non fuit probatum; iurat & purgat ſe ita non commiſiſſe: *c. 1. c. quoties. 5. c. conſtitutus. 3. de purgat. can. Exod. 22.* *Iuramentum litis deciſorium.* Quod tantum ad praeſens argumentum pertinet.

8. Eſt hoc iuramentum, litis finiendae cauſa, a parte litigante praeſtandum.

9. Eſt triplex, *voluntarium*, *iudiciale*, & *neceſſarium*, vt patet *ex rubr. huius tit. in ff.*

10. *Voluntarium* (ſic dictum, quod ſponte ab vno deferatur, ab altero ſuſcipiatur, *l. 2. l. 3. l. Iusiurandum. 17. ff. hic.*) eſt, quod ex conuentione per modum transactionis pars parti extra iudicium defert. *d. l. 17. l. 28. ∫. vlt. ff. eod.*

11. *Iudiciale* eſt, quod in iudicio (vnde iudiciale, licet & ipſum ſit voluntarium, dictum) pars

(f) Primario in iure canonico in hunc receptum eſt finem, inde *purgatio canonica* dictum. Sed *vſuali interpretatione* etiam ad *cauſas ciuiles* tractum, ſi reus *ſuſpicione* tantum grauatus eſt, nec actor ſemiplene probauit.

pars parti, iudice approbante, defert. *c. fin. hic. l. 12. §. 1. ff. eod.*

12. *Neceſſarium* eſt, quod iudex ex officio, in defectum legitimarum probationum, vbi neque nihil, (g) neque plene probatum eſt, alterutri litigatorum defert; ſic dictum a neceſſitate praeſtandi. *d. c. fin. l. generaliter. C. de reb. cred. l. admonendi. 31. ff. eod.*

13. Iuramentum, vt valeat, deferri debet, ſiue a iudice, ſiue a parte ad deferendum habili. Nemo enim debet ſine neceſſitate, aut niſi aliquo compellente, (h) iurare. *c. 4. ſi quis Presbyter. C. 2. qu. 4. d. c. etſi Chriſtus. 26. hic.*

14. Habiles ad iuramentum *voluntarium* & *iudiciale* deferendum ſunt, & qui rerum ſuarum, & qui litis ſunt domini, niſi ſpecialiter prohibeantur; *l. 7. C. l. 17. §. vlt. l. 35. §. 1. l. 3. §. 5. ff. hic.* ad *neceſſarium* ſolus iudex, ad inſtantiam partis, vel ex officio. Gail. *1. obſ. 108. num. 5.* Panorm. *in c. vlt. hic.* Non refert, an ordinarius ſit, an delegatus, *d. l. admonendi. l. 3. l. 12. §. ſin autem. l. vlt. C. hic.*

15. A-

(g) h. e. vbi aliquid probatum eſt, licet nudam tantum ſuſpicionem operetur: ſi enim nihil prorſus probatum eſt, reus abſoluitur.

(h) regulariter itaque nemo ſe ad iuramentum offerre poteſt, niſi circumſtantiae ſuadeant, iuramento neceſſario locum eſſe poſſe.

(i)

15. Actori, an reo ſit deferendum, iudex, inſpectis perſonarum (i) & cauſae circumſtantiis, arbitrabitur. *c. vlt. §. ſane. hic.*

16. Deferri *iudiciarium*, & *voluntarium* poteſt omnibus, qui ex conuentione vel ſibi, vel aliis, actionem & exceptionem acquirere poſſunt; *l. 20. l. 24. l. 25. l. 26. ff. hic.* cuiuscunque qualitatis, aetatis, ſexus ſint; *dd. ll.* & Gl. *ad c. 2. de exception.* ſi quidem rei controuerſae habeant ſcientiam; *l. Marcellus. §. 1. ff. rer. amot. l. 5. in princ. ff. de in lit. iurand.* exceptis ſacerdotibus in leui cauſa, (k) *c. etſi Chriſtus. 26. hic.* non in magna, *in d. c. etſi Chriſtus. d. c. ſi quis Presbyter. C. 2. qu. 4.*

17. *Neceſſarium* deferri poteſt omnibus ſemiplene

(i) Id ipſum ad iuramentum *legale* pertinet, quod iudex defert. Qui ſuſpectus eſt de periurio, ei deferre nequit, alioquin aduerſarius audiendus, ſi *ſuſpicionem* hanc probare paratus eſt. Si aduerſarius detulit iuramentum, facilius iudex admittere poteſt iuramentum, cum tranſigatur hoc modo de lite. *l. 31. de iurei.*

(k) Olim hi plane ad iuramentum adſtringi non poterant, cum Chriſtiani primaeui prorſus a iuramentis abſtinerent ex praecepto CHRISTI. Interim Saluator non omne iuramentum prohibuit, ſed tantum doctrinam inter iudaeos receptam, qua iuramenta commendabant, vt rem maxime appetendam, repurgauit. Proinde doctrina Chriſti non ſolis *ſacerdotibus*, ſed omnibus Chriſtianis praeſcripta eſt,

plene probantibus: niſi ſint viles, infames, Beuſt. *in l. admonendi num. 8. ff. hic.* periuri, de periurio ſuſpecti, *c. 6 ille qui hominem.* C. 22. *qu. 5. c. 8. de cohabit. cleric & mulier. arg. c. 5. ita ergo. & c. 2. non eſt. contra.* C. 12. *qu. 1. c. ex tenore. 10. de ſent. excomm. c. literas. 14. de praeſumt.* veritatem rei ignorent. Bart. *in d. l. admonendi. num.* 27.

18. Defertur *iuramentum voluntarium* & *iudiciale* in omni actione, quae in iudicio proponi poteſt. *l. 3. l. 7. ff. hic.* Neque refert, an illa ſuper ſtatu hominis, Bart. *in d. l. 3. num. 3. per d. l.* 3. §. 2. & *l. 30. §. 4. eod.* an matrimonio, ſed ſaltem pro eo; (l) Bart. *in d. l. 3. num.* 2. Fac. *c. lator. 7. de ſent. & re iudic.* aut crimine admiſſo, Accurſ. *in d. l. 3. verb. agatur.* (ſed ita vt reo, non actori, deferatur. Iaſ *in d. l. 3. num.* 23. Beuſt. *ibid. num. 56.*) aut alia etiam cauſa moueatur. *l. 9. §. 2. l. 30. ff. hic.*

19. *Iuramentum neceſſarium* etiam regulariter in quauis cauſa admitti poteſt. *d. l. 3. ibi: in caeteris.* Dd. *in c. vlt. hic.* Excipiuntur cauſae ciui-

(l) de ſolis ſponſalibus hoc minime intelligi debet, niſi ſint *de praeſenti*, quae in ſenſu iuris canonici in noſtris ignorantur foris. Similiter ſi de ipſo matrimonii vinculo diſceptatur, *indiſtincte* iuramentum defertur; HEIGIVS *II. q.* 16. multo magis ergo, ſi de *ſponſalium* vinculo litigatur.

ciuiles magnae & arduae, Bald. *in d. l. 3. num. 9 hic.* Beuſt. *in l. admonendi num.* 238. *ff. hic.* Fac. *c. 1. §. illum. de reſt. ſpol. in 6.* criminales, *c. 2. ſciant.* C. 2. *qu. 8. l. vlt.* C. *de probat.* matrimoniales, Gloſſ. & Panorm. & alii Dd. *in c. mulier quae 34. in verb. abſoluto. h. t.* Fac. *c. vlt. de probat. c. ſuper eo. de eo qui cogn. conſ. vx.* ſpirituales, ſtatus, feudales; imo omnes, in quibus iura euidentiſſimas & plenas requirunt probationes. Maſcard. *d. probat. caſ. 358. num. 43. & 44.*

20. Cauſa, quae iuramentum hoc admittit, vt ei ſit locus, debet eſſe dubia. *l. admonendi. 31. &* ibi Dd. comm. *ff. hic.*

21. Dubia eſt, ſi probationis inopia laborat, *l. 3.* C. *eod.* id eſt, non ſi nihil ſit probatum; tum enim reus, etſi nihil praeſtiterit, eſt abſoluendus; *l. qui accuſare.* C. *de edend. c. fin. ſ. ſane. hic.* ſed ſi ſemiplene probatum ſit, Coſtal. *in d. l. admonendi. 31. Dd. commun.*

22. Defertur *iuramentum voluntarium* extra iudicium, *iudiciale* in iudicio, & vel in principio, vel in medio: *neceſſarium* in fine, id eſt, ſententia definitiua; *l. pen. in princ. verſ. omne igitur.* C. *hic.* idque tam in prima, quam ſecunda inſtantia. (m) Petr.

(m) poſtquam in hac etiam non probata probare permiſſum eſt, *l. f. C. de temp. appell.* & iuramenti delatio inter ſpecies *probationis* referri cepit.

eſt praeſumtio; *c. ex inſinuatione. 3. de procur. c. ſicut conſuetudo. 2. de prob.* & purgationem praeſumto infamato; *c. ſi quis. 2. de purg. canon. c. 5. & 13. presbyter. c. 16. ſi mala. & c. 19. omnibus. C. 2. qu. 4.*

8. *Violenta praeſumtio*, alias *praeſumtio iuris* dicta, eſt veriſimilis probatio ex multis indiciis, vel vno multum efficaci & veritati proximo, collecta. Venat. *in analyſ. iur. Pontif. hic.* Vt fugiens cum gladio ſanguinolento praeſumitur vulneraſſe; inuentus nudus cum nuda, ſolus cum ſola, in eodem lecto iacentes, ſecretis locis & latebris, praeſumitur fornicatus, *c. literis. 12. hic.* &c.

9. Haec onus probandi in aduerſarium transfert, & tam diu ſtat, donec contrarium probetur: *c. propoſuiſti. 4. de probat.* In criminalibus facit tantum indicium ad torturam: non ad condemnationem, *c. literas. 14. hic. arg. c. 12. nomen. C. 2. qu. 1. c. quia veriſimile. 10. hic.*

10. *Neceſſaria praeſumtio* (*iuris* & *de iure* dicta) eſt diſpoſitio legis aliquid praeſumentis, ſuper praeſumto, tanquam ſibi comperto ſtatuentis. Alciat. *d. loc. in princ.* Sic virgo, quae ab eo, qui eam per verba de futuro deſponſauit, poſtea cognita, cenſetur in ſponſalia de praeſenti conſenſiſſe: *c. Vsque fidem. 30. de ſponſ.* vt & ea pure, quae ſe a ſponſo conditionali paſſa eſt cognoſci. *c. de illis.*

illis. 7. *de deſponſ. impub. c. per tuas.* 6. *de cond. appoſ.* (k)

11. Haec praeſumtio plenam probationem facit, & pro veritate habetur, nec probationem admittit in contrarium, niſi per confeſſionem partis; reſtitutionem in integrum, & alia, de quibus vide Alciat. *in d. tract.* & Felin. *in c. quanto,* 8. *hic.* & Bald. *in addit. ad Specul. hoc tit.*

12. Cauſae, ex quibus praeſumtiones proficiſcuntur, ſunt fere infinitae; paucas hic enumerabimus.

13. Deſumuntur, ex perſona, (l) *c. decenter.* 6. *diſt.* 89. *c. fin. hic.* loco, (m) *c.* 21. *quisquis.* C. 17. *qu.* 4. *c. literis.* 12. *hic.* tempore, (n) *c.* 1. *Gonſaldus.* C. 17. *qu.* 2. *c.* 26. *in omnibus. diſt.* 81. qualitate, (o) *c.* 2. *ſunt nonnulli. diſt.* 46. *c. fin.* §. *hermaphroditus.* C. 4. *qu.* 3. taciturnitate, (p) *c.* 1. *ſit Rector. verſ. pri-*

(k) Talis quoque praeſumtio naſcitur ex re iudicata, *c.* 15. *X. de ſent, & interloc.* & ex immemoriali praeſcriptione.

(l) Sic quilibet praeſumitur idoneus, habilis, naturalemque qualitatem habere.

(m) veluti ſi quis in *ſuſpecto loco*, per nemora, cum femina vagari reperiatur.

(n) qui inſolito tempore aufugit, ſe maxime grauat.

(o) naturali, quae ineſſe praeſumitur.

(p) qui ex duobus illatis alterum negat, alterum fateri videtur.

(q)

primo poſt. 43. *c. nonne.* 5. *hic.* vtilitate, (q) *c.* 14. *ipſa pietas.* C. 23. *qu.* 4. fletu, (r) *c.* 1. *ſi verum.* C. 31. *qu.* 2. *c.* 10. *imitare.* C. 6. *qu.* 1. fuga, (s) *c.* 111. *conſtat.* C. 1. *qu.* 1. *c.* 1. *ſit rector. verſ. rectores. diſt.* 43. negligentia, (t) *c.* 6. *peruenit. diſt.* 18. *c. ſcribam.* 9. *hic.* familiaritate, (u) *c.* 1. *quorundam. diſt.* 34. *c. repellantur.* 7. *de accuſ.* vicinitate, (x) *c. ſed continuo.* 46. *diſt.* 1. *de poen.* dignitate, (y) *c.* 14. *abſit.* C. 11. *qu.* 3. dilectione, (z) *c.* 51. *ea.* C. 23. *qu.* 4. *c. graue.* 29. *de praeb.* frequentatione, (a) *c. clericus.* 20. *diſt.* 81. *c. monaſteria.* 8. *de vita & honeſt. cleric.* aetate, (b) *c. cum in iuuentute.* 15. *hic. c. fraternitatis.* 7. *diſt.* 34. &c.

TIT.

(q) Suſpicio contra eum naſcitur, qui lucrum ex violenter occiſi morte ſperat.

(r) ex fletu colligitur renitentia.

(s) Si alias modus fugiendi ſuſpectus eſt, veluti qui cum gladio ſanguine adſperſo, vel inſolito tempore aufugit.

(t) qui olim negligens fuit, adhuc talis praeſumitur.

(u) noſcitur ex ſocio, qui non cognoſcitur ex ſe.

(x) ex vicinitate praeſumitur notitia facti.

(y) ex hac optima capitur praeſumtio pro eo, qui in dignitate eſt.

(z) ex hac teſtis fit ſuſpectus.

(a) clericus matronarum domicilia frequentans admodum ſuſpectus eſt. *c.* 20. *cit.*

(b) ex *vita ante acta* magna capitur praeſumtio.

(c)

TIT. XXXI. II. X. 24.

DE IVREIVRANDO.

QVod ſi actor in probatione deficiat, interdum ei *iusiurandum*, maximum expediendarum litium remedium, defertur. *c. etſi Chriſtus. 26. §. Iacobus. hic.*

2. Eſt diuini nominis aſſumtio, (c) ad id, quod aſſeritur, confirmandum. *d. c. etſi Chriſtus.*

3. Eſt vel *promiſſorium*, vel *aſſertorium*; ſecundum Dd. vid. Hoſtienſ. *in ſum hic. num. 3. & Sarment. ſelect. interpr. lib. 3.*

4. *Illud* dicitur, quod contractui, vel alteri actui adiicitur, confirmandi, ſiue non retractandi iuris cauſa.

5. Tale eſt iuramentum obedientiae, (d) *c. nullus. 5. hic. c. legebatur. 3. de maior. & obed. c quanquam. 6. diſt. 23.* fidelitatis, *c. veritatis. 13. hic. c. 18. de forma. C. 22. qu. 5.* quo quis iurat aliquid ſe factu-

(c) per *inuocationem DEI in teſtem & vindicem:* ſine hac iuramentum concipi nequit. Id tamen patres non recte perpenderunt; vid. *c. 2. & 4. C. 12. qu. 1.* imo erronee in iuramento vel *votum*, vel *cultum diuinum*, vel *preces* ſuppoſuerunt, vnde non potuere non erroneae ſequi concluſiones, v. g. quod iuramentum cauſam ciuilem faciat eccleſiaſticam, actui ex voto robur addat &c.

(d) & *religionis*, quod in effectu eſt iuramentum *obedientiae*.

(e)

ſturum, vt iudicio ſiſti; litem exequi; *c. 1. de ſequeſt. poſſeſſ.* vel daturum. *c. cum contingat. 28. hic. c. quamuis. 2. de pact. in 6. c. Quintauallis. 23. c. veniens. 16. c. debitores. 6. hic.* Iuramentum contractus confirmatorium; quo is vim, quam alioqui non haberet, accipit: (e) *d. c. cum contingat. 28. eod. c. licet mulieres. 2. eod. in 6.* modo moribus bonis, naturalibus, *c. 4. 5. & vlt. de pact. & c. 2. & fin. eod. in 6.* aut publicae vtilitati, *c. 2. hic. d. c. 2. de pact. in 6.* non repugnet.

6. *Iuramentum aſſertorium* eſt, quo rei praeſentis, vel praeteritae, veritas aſſeritur.

7. Tale eſt *iuramentum veritatis*, quod praeſtant teſtes in dicendo teſtimonio; *c. nuper 51. de teſtib. & atteſt. c. 2. de iuram. calum. c. ex literis. 31. hic. Iuramentum calumniae*, quo *actor* iurat, ſe non calumniandi animo, ſed exiſtimans ſe bonam cauſam fouere, ad litigandum venire; & *reus* iurat, ſe arbitrari iuſtam cauſam habere deferendi, & in aliis ſe non odio, nec differendi iudicii gratia probationes vel iuramentum ab alio exigere; *tot. tit. de iuram.* ca-

(e) ideo quod DEO iurans promittat, ſe actum impugnare nolle. Fluit ergo haec concluſio ex errore vulgato, in iuramento latere *votum*. Imo confunduntur praecepta, quae *conſcientiam* tangunt, cum praeceptis *iuſtitiae* externae. *L. 5. C. de LL.* Ita enim per indirectum legum ciuilium vigor eluditur. Interim iuramentum nullas habet vires, ſi actus *abſolute* eſt prohibitus. *c. 18. ſqq. C. 22. qu. 5. c. 22. X. de for. compet.*

(f)

mentum malitiae, quò quis de malitia ſuſpectus, requirente iudice, iurat, ſe non malitioſe exceptionem proponere, dilationem petere: *c. 2. §. fin. & ibi Gloſſ. fin. de iuram. calum. in 6. c. paſtoralis. 4. de except. c. vltra tertiam. 55. de teſtib. c. 11. iudicantem. C. 20. qu. 5.* *Iuramentum purgatorium*, quod praeſtat accuſatus vel diffamatus de aliquo crimine, (f) quod non fuit probatum; iurat & purgat ſe ita non commiſiſſe: *c. 1. c. quoties. 5. c. conſtitutus. 3. de purgat. can. Exod. 22. Iuramentum litis deciſorium.* Quod tantum ad praeſens argumentum pertinet.

8. Eſt hoc iuramentum, litis finiendae cauſa, a parte litigante praeſtandum.

9. Eſt triplex, *voluntarium*, *iudiciale*, & *neceſſarium*, vt patet *ex rubr. huius tit. in ff.*

10. *Voluntarium* (ſic dictum, quod ſponte ab vno deferatur, ab altero ſuſcipiatur, *l. 2. l. 3. l. Iusiurandum. 17. ff. hic.*) eſt, quod ex conuentione per modum transactionis pars parti extra iudicium defert. *d. l. 17. l. 28. §. vlt. ff. eod.*

11. *Iudiciale* eſt, quod in iudicio (vnde iudiciale, licet & ipſum ſit voluntarium, dictum) pars

(f) Primario in iure canonico in hunc receptum eſt finem, inde *purgatio canonica* dictum. Sed *vſuali interpretatione* etiam ad *cauſas ciuiles* tractum, ſi reus *ſuſpicione* tantum grauatus eſt, nec actor ſemiplene probauit.

pars parti, iudice approbante, defert. *c. fin. hic. l. 12. §. 1. ff. eod.*

12. *Neceſſarium* eſt, quod iudex ex officio, in defectum legitimarum probationum, vbi neque nihil, (g) neque plene probatum eſt, alterutri litigatorum defert; ſic dictum a neceſſitate praeſtandi. *d. c. fin. l. generaliter. C. de reb. cred. l. admonendi. 31. ff. eod.*

13. Iuramentum, vt valeat, deferri debet, ſiue a iudice, ſiue a parte ad deferendum habili. Nemo enim debet ſine neceſſitate, aut niſi aliquo compellente, (h) iurare. *c. 4. ſi quis Presbyter. C. 2. qu. 4. d. c. etſi Chriſtus. 26. hic.*

14. Habiles ad iuramentum *voluntarium* & *iudiciale* deferendum ſunt, & qui rerum ſuarum, & qui litis ſunt domini, niſi ſpecialiter prohibeantur; *l. 7. C. l. 17. §. vlt. l. 35. §. 1. l. 3. §. 5. ff. hic.* ad *neceſſarium* ſolus iudex, ad inſtantiam partis, vel ex officio. Gail. *1. obſ. 108. num. 5.* Panorm. *in c. vlt. hic.* Non refert, an ordinarius ſit, an delegatus, *d. l. admonendi. l. 3. l. 12. §. ſin autem. l. vlt. C. hic.*

15. A-

(g) h. e. vbi aliquid probatum eſt, licet nudam tantum ſuſpicionem operetur: ſi enim nihil prorſus probatum eſt, reus abſoluitur.

(h) regulariter itaque nemo ſe ad iuramentum offerre poteſt, niſi circumſtantiae ſuadeant, iuramento neceſſario locum eſſe poſſe.

(i)

15. Actori, an reo ſit deferendum, iudex, inſpectis perſonarum (i) & cauſae circumſtantiis, arbitrabitur. *c. vlt. §. ſane. hic.*

16. Deferri *iudiciarium*, & *voluntarium* poteſt omnibus, qui ex conuentione vel ſibi, vel aliis, actionem & exceptionem acquirere poſſunt; *l. 20. l. 24. l. 25. l. 26. ff. hic.* cuiuscunque qualitatis, aetatis, ſexus ſint; *dd. ll.* & Gl. *ad c. 2. de exception.* ſi quidem rei controuerſae habeant ſcientiam; *l. Marcellus. §. 1. ff. rer. amot. l. 5. in princ. ff. de in lit. iurand.* exceptis ſacerdotibus in leui cauſa, (k) *c. etſi Chriſtus. 26. hic.* non in magna, *in d. c. etſi Chriſtus. d. c. ſi quis Presbyter. C. 2. qu. 4.*

17. *Neceſſarium* deferri poteſt omnibus ſemiplene

(i) Id ipſum ad iuramentum *legale* pertinet, quod iudex defert. Qui ſuſpectus eſt de periurio, ei deferre nequit, alioquin aduerſarius audiendus, ſi *ſuſpicionem* hanc probare paratus eſt. Si aduerſarius detulit iuramentum, facilius iudex admittere poteſt iuramentum, cum tranſigatur hoc modo de lite. *l. 31. de iurei.*

(k) Olim hi plane ad iuramentum adſtringi non poterant, cum Chriſtiani primaeui prorſus a iuramentis abſtinerent ex praecepto CHRISTI. Interim Saluator non omne iuramentum prohibuit, ſed tantum doctrinam inter iudaeos receptam, qua iuramenta commendabant, vt rem maxime appetendam, repurgauit. Proinde doctrina Chriſti non ſolis *ſacerdotibus*, ſed omnibus Chriſtianis praeſcripta eſt.

plene probantibus: niſi ſint viles, infames, Beuſt. *in l. admonendi num. 8. ff. hic.* periuri, de periurio ſuſpecti, *c. 6 ille qui hominem.* C. 22. *qu. 5. c. 8. de cohabit. cleric & mulier. arg. c. 5. ita ergo, & c. 2. non eſt, contra.* C. 12. *qu. 1. c. ex tenore. 10. de ſent. excomm. c. literas. 14. de praeſumt.* veritatem rei ignorent, Bart. *in d. l. admonendi. num.* 27.

18. Defertur *iuramentum voluntarium* & *iudiciale* in omni actione, quae in iudicio proponi poteſt. *l. 3. l. 7. ff. hic.* Neque refert, an illa ſuper ſtatu hominis, Bart. *in d. l. 3. num. 3. per d. l. 3. §. 2. & l. 30. §. 4. eod.* an matrimonio, ſed ſaltem pro eo; (l) Bart. *in d. l. 3. num.* 2. Fac. *c. lator. 7. de ſent. & re iudic.* aut crimine admiſſo, Accurſ. *in d. l. 3. verb. agatur.* (ſed ita vt reo, non actori, deferatur. laſ *in d. l. 3. num.* 23. Beuſt. *ibid. num. 56.*) aut alia etiam cauſa moueatur. *l. 9. §. 2. l. 30. ff. hic.*

19. *Iuramentum neceſſarium* etiam regulariter in quauis cauſa admitti poteſt. *d. l. 3. ibi: in caeteris.* Dd. *in c. vlt. hic.* Excipiuntur cauſae ciui-

(l) de ſolis ſponſalibus hòc minime intelligi debet, niſi ſint *de praeſenti*, quae in ſenſu iuris canonici in noſtris ignorantur foris. Similiter ſi de ipſo matrimonii vinculo diſceptatur, *indiſtincte* iuramentum defertur; HEIGIVS *II. q. 16.* multo magis ergo, ſi de *ſponſalium* vinculo litigatur.

(m)

ciuiles magnae & arduae, Bald. *in d. l. 3. num. 9 hic.* Beuſt. *in l. admonendi num.* 238. *ff. hic.* Fac. *c. 1. §. illum. de reſt. ſpol. in 6.* criminales, *c. 2. ſciant.* C. 2. *qu. 8. l. vlt.* C. *de probat.* matrimoniales, Gloſſ. & Panorm. & alii Dd. *in c. mulier quae 34. in verb. abſoluto. h. t.* Fac. *c. vlt. de probat. c. ſuper eo. de eo qui cogn. conſ. vx.* ſpirituales, ſtatus, feudales; imo omnes, in quibus iura euidentiſſimas & plenas requirunt probationes. Maſcard. *d. probat. caſ. 358. num. 43. & 44.*

20. Cauſa, quae iuramentum hoc admittit, vt ei ſit locus, debet eſſe dubia. *l. admonendi. 31. &* ibi Dd. comm. *ff. hic.*

21. Dubia eſt, ſi probationis inopia laborat, *l. 3.* C. *eod.* id eſt, non ſi nihil ſit probatum; tum enim reus, etſi nihil praeſtiterit, eſt abſoluendus; *l. qui accuſare.* C. *de edend. c. fin. §. ſane. hic.* ſed ſi ſemiplene probatum ſit. Coſtal. *in d. l. admonendi. 31. Dd. commun.*

22. Defertur *iuramentum voluntarium* extra iudicium, *iudiciale* in iudicio, & vel in principio, vel in medio: *neceſſarium* in fine, id eſt, ſententia definitiua; *l. pen. in princ. verſ. omne igitur.* C. *hic.* idque tam in prima, quam ſecunda inſtantia. (m) Petr.

(m) poſtquam in hac etiam non probata probare permiſſum eſt, *l. f.* C. *de temp. appell.* & iuramenti delatio inter ſpecies *probationis* referri cepit.

Petr. Foller. *ad Marant. part. 6. de iuram. num. 20.*

23. *Iuiurandum voluntarium* delatum nemo ſuſcipere tenetur; qui tamen ſuſcepit, illud praeſtare debet, nec poteſt referre: *l. iusiurandum. 17. ff. hic. iudiciale* delatum, aut praeſtandum, aut referendum. *c. fin. hic. l. delata. C. l. 34. §. ait Praetor. ff. eod.* niſi is, qui detulit, de calumnia iurare nolit, *d. l. delata. 9. 34. §. 4.* iusiurandum remiſerit: *l. 1. C.* (n) *hic. neceſſarium* ab eo cui defertur, neceſſario eſt ſuſcipiendum & praeſtandum, aut cauſa cadendum, *d. c. fin. hic. l. 12. §. 2. & 3. C. eod. c. 2. de probat. c. 2. §. 1. de iuram. calumn.*

24. *Iuramentum iudiciale & neceſſarium* praeſtari debet coram eo iudice, coram quo cauſa ventilatur. *l. 12. in fin. princ. C. hic.*

25. Iurandum prout iuramentum fuit delatum. *l. 3. fin. l. ſq. l. qui per ſalutem. 23. ff. hic.* Ratio eſt *in l. iusiurandum. 34. §. non ſemper. ff. eod.*

26. Iurabatur tempore legis veteris: *Viuit Dominus, viuit anima mea; c. 7. & iurabunt. 22. qu. 1.* in primitiua eccleſia: *Teſtis eſt mihi Deus: & teſtis eſt mihi conſcientia mea; c. 14. ſi pecca-*

(n) vel iuramentum *relatum* tenderet ad matrimonii diſſolutionem, qualis delatio non eſt permiſſa. In ſponſalibus iuramentum relatum facilius admittunt, ſi agitur ad matrimonium conſummandum.

(o)

catum. verſ. non vobis. C. 22. qu. 1. Modernorum iuramentum eſt: *Sic me, vel te, Deus adiuuet, & iſtae reliquiae Sanctorum:* (o) *c. 5. de parentela. eum 4. can. ſeqq. C. 35. qu. 6. c. 9. quoties. C. 1. qu. 7. c. 12. habemus. C. 22. qu. 1. Sic me Deus adiuuet, & iſta Evangelia. c. Ego N. in fin. 4. hic.*

27. Iurandum ſemper per Deum, non per creaturas, aut Deos falſos. *d. c. 7. & iurabunt. c. 8. conſidera. c. 9. clericum. c. 10. ſi quis per capillum. c. 16. mouet te. §. ſicut etiam. C. 22. qu. 1.*

28. Per creaturas tamen ita prohibetur iurare, in quantum ſolae conſiderantur; quia illis diuinitatis & ſuperioritatis numen tribueretur, quod fieri non debet: non prohibetur per creaturas iurare, in quantum earum honor refertur ad Deum: vt dum iuratur tactis Euangeliis, per Euangelia, per crucem; & ita intentio iurantis inſpicitur: quare ſi quis iuret ſuper lapidem, putans ſe iurare ſuper Euangelia, obligatur. *c. 11. humanae. §. item obiicitur qui. C. 22. qu. 5.*

29. Qui ſciens per lapidem, vel aliam creaturam, falſum iurat, periurus eſt. *c. 10. C. 22. qu. 5.*

30. Per Deo falſo attributa, quae ei vere non inſunt, iurare, eſt plasphemia damnata; vt & temere,

(o) Verum hodie ex legibus publicis imperii inter proteſtantes & eccleſiae Romanae addictos recepta eſt formula: *Sic me DEVS adiuuet & ſancta euangelia*, vid. *R. I. de anno* 1555. §. 106.

re, & deteſtando, quae ei inſunt, vſurpare, & virginis matris & ſanctorum nomina temere peierare. *c. ſtatuimus. 2. de maledic. c. 10. ſi quis per capillum. C. 22. qu. 1.*

31. Debet omne iuramentum tres habere comites: *iuſtitiam, veritatem, diſcretionem. d. c. etſi Chriſtus. 26. hic. d. c. et iurabunt. C. 22. qu. 1. c. 2. animaduertendum. C. 22. q. 2.*

32. *Iuſtitiam* habet; ſi licitum, nec ad mortale peccatum tendit. *c. innocens 23. §. illicitum. C. 23. qu. 4.*

33. *Veritatem*; cum falſum abeſt.

34. *Diſcretionem*; quando cum cauſa deliberate, non ex impetu, vel ira, vel odio, vel amore nimio, aut ſola gratia fit. (p) *d. c. innocens. §. illicitum. c. ſacramentum. C. 2. qu. 4. c. ſicut ex literis. 12. hic. c. 10. non eſt. C. 15. qu. 1.*

35. Iuramentum praeſtitum regulariter eſt ſeruandum; ſi ſine aeternae ſalutis detrimento ſeruari poſſit, *c. ſi vere. 8. c. cum contingat. 28. hic. c. licet mulieres. 2. eod. in 6. c. quamuis pactum 2. de pact. in 6.* & qui non ſeruat, periurus habetur. (q) *c. breui. 17. hic. c. 14. ſi peccatum. C. 22. qu. 1.*

36. Ma-

(p) Duo itaque in iurante requiruntur: (1) vt intelligat vim iuramenti, (2) & ſatis informatus ſit de re, de qua iurat. Inde iudicium ferendum de *iuramento religionis* in quo plerumque *iudicium deficit.*

(q) Pertinet haec regula ad iuramenta promiſſoria, quae eo facilius ad fora ciuilia trahi potuit, poſtquam, in

c. 2.

36. Maximum habetur remedium expediendarum litium, *l. 1. l. 2. l. 26. §. fin. hic.* confirmat dubia, & ad veritatis indagationem pertinet: *c. 7. & iurabunt. C. 22. qu. 1. c. 2. animaduertendum. C. 22. qu. 2. c. ſignificaſti reges. 4. hoc §. nimirum. de elect. ad Hebr. cap. 6.* ſententiis & transactionibus *voluntarium & iudiciale* praeponderat: *d. l. 2. l. duobus.* 28. *l. cum 30. ſ. ſi mulier ff. eod.* nouationi, *l. qui iuraſſe.* 26. *§. fin. ff. eod.* ſolutioni, *l. iusiurandum. ad* 27. *ff. eod.* acceptilationi aequiparatur: (r) *l. iusiurandum. 40. ff. eod.* probationis vim *neceſſarium* habet: *d. l. eum. & l. admonendi. & ibi Dd. ff. eod.* ex delato & relato praeſtito act o datur & exceptio. *l. ſi duo. 13. ſ. ſi quis. l. ait. Praetor. 17. l. nam poſtea. 9. ſ. 1. & d. l. iusiurandum. 40. ff. l. eum proponas. C. eod.*

37. Iuramentum, quoad periurii vinculum, ex parte iurantis eſt perſonale, & perſonam eius non egreditur; neque ad heredes tranſit; omnino reale eſt ex parte recipientis, & tranſit ad heredes *c. ve-*

c. 2. h. t. in 6. iudices ſeculares ſub pœna *excommunicationis* iuſſi ſunt in doctrina de *iuramentis* ſecundum ius canonicum pronunciare.

(r) Hunc effectum potiſſimum iuramentum *extraiudiciale* habet, quippe quod ſua natura transactionem in ſe continet.

veritatis. 13. hic, & ibi Dd. *c. fin. de foro compet.* Guido Papa. *deciſ. 375.*

38. Tranſit etiam ad ſucceſſores, quod pertinet ad effectum obligationis, (s) Panorm. *add. c. veritatis.* Felin. *ad c. cum ſit. num. 9. de foro compet.* & in quantum pertinet ad probationem. Guid. Pap. *d. deciſ. 375.*

39. Periurium committit, qui mendacium iuramento firmat; qui iuramentum promiſſorium indiſcrete (t) transgreditur; *c. 1. & 2. C. 22. qu. 3.* qui poſt iuramentum profert contraria, niſi eum iuſta & rationabilis cauſa excuſet: *c. fin. hic. in 6.* puta diuerſi intellectus in aliquo concurrant, error ſit tolerabilis. *vt in c. cum dilecti. 18. de accuſ.* vid. Gloſſ. *ad c. fin. ad verb. iuſta cauſa. hic. in 6.*

40. Periurium Deum vltorem habet: *l. 2. C. eod.* Illud tamen committens ex legibus & canonibus fit infamis; *c. 17. infames. C. 6. qu. 1. l. ſi quis maior. C. de transact.* teſtimonii dicendi, *c. 14. paruuli. C. 22. qu. 5. c. 18. quicunque. C. 6. qu. 1. c. teſtimo-*

(s) quatenus efficax latuit obligatio ſub iuramento: vis iuramenti enim tantum adficit iurantem, nec heredes tangit, adeoque hi tantum ex *obligatione*, ſub iuramento latitante, tenentur. Sic quoque per *indirectum* nocet heredibus, quatenus in defuncto, a quo heres ius ſuum habet, ius exſtinxit. FRANZK. *lib. 1. reſ. 6. n. 28.*

(t) nam etiam *iuſta cauſa* obligationem iurantis laxare poteſt, vt periurium nullum committat. *c. 25. X. b.*

(u)

monium. 54. de teſtib. l. ſi cui. §. iisdem. C. de accuſ. collationis beneficiorum, Innoc. *ad c. conſtitutus in 2. vid.* Panorm. *ad c. querelam. ad c. cum noſtris. de conceſſ. praeb. ad c. cum in cunctis. de elect.* fac. *c. fin. hic. in 6.* fit incapax; actione in qua peierauit, priuatur; (u) *d. l. ſi quis maior. C. de transact.* ab ecclesia, adminiſtratione ſubmouetur. *d. c. querelam. 10. c. cum quidam. 12. hic.* vbi Gloſſ.

41. In foro conſcientiae (x) pro iuramento temerario, vnius anni; pro directo periurio, ſeptem annorum poenitentia imponitur. *d. c. 18. quicunque. C. 6. qu. 1. c. fin. C. 22. qu. 4.*

42. A periurio tamen excuſat neceſſitas: (y) *c. 15. ſi nulla. C. 23. qu. 8. c. Presbyteros. 32. diſt. 50. c. breui. 17. hic.* Ea enim legem non habet. *c. ſi null. 113. de conſecr. diſt. 4. c. 26. diſcipulos de conſecr. diſt. 5. c. ſi quis propter. 3. de furt. c. ſignificante. 7. verſ. cum igitur. verb. quantum de pignor.*

43. De

(u) in *transactione iurata* id diſerte conſtitutum. An vero inde lex generalis haurienda, & quibuscunque iuramentis applicanda ſit, ſubdubito.

(x) ſeu *poenitentiali*, vt loquuntur, in quo iurisdictionem ſuam exercet confeſſionarius, punit, cogit, abſoluit, condemnat; idque ex hypotheſi erronea, *ſatisfaciendum eſſe DEO pro peccatis per externas poenas.*

(y) Si iuramentum promiſſorium eſt praeſtitum, quod, ingruente graui neceſſitate, implere nequit, v. c. ſi quis iurauit, ſe certo ſoluturum eſſe tempore,

(z)

43. De periurio, Lud. Rom. *ſing. 430.* Gloſſ. *ad l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infam.* & poena iuramentum licitum transgredientis, cognoſcit iudex ſecularis, *c 40. Rex. C. 23. qu. 5.* & eccleſiaſticus: *c. nouit. 13. de iudic.* quisque in ſuo foro: vt & an iuramentum ſit licitum, nec ne? *c. licet mulieres. 2. hic in 6.* Alias regulariter iuramenti, cum inter res ſpirituales ſit, cognitio ad forum eccleſiaſticum pertinet, *c. fin. de foro compet in 6.* nec de eo eſt competens iudex laicus. (z) Gloſſ. *fin ad c. venerabilem. ad verb. periurii. de elect.* Gloſſ. *ad c. cum ſit de foro compet. & in c. praedicandum. C. 21. qu. 1.* vid. Felin. *ad c. praetereal n. 28. de ſponſal.*

44. Licet iuramentum omne, quod ſine detrimento ſalutis aeternae ſeruari poteſt, quamuis bonorum detrimentum immineat, ſit ſeruandum; *c. ſi vero. 8. c. cum contingat. 18. hic. c. quamuis. 2. de pact. in 6.* tamen, ſi ex eo contra aliquem ſequeretur peccatum vel delictum aliquod, *vid.* Paul.

(z) Haec cum praecedentibus non adeo cohaerent. Vt plurimum rem ita definiunt: de *poena* periurii, & *validitate* iuramenti, negotiis ciuilibus adiecti, etiam iudicem ſecularem cognoſcere poſſe, modo principia iuris canonici ſequatur. *c. 2. h. in 6.* Quando vero ante motam actionem *relaxatio* impetranda eſt, illa tantum ab Epiſcopo impetranda eſt, & in foris quibusdam proteſtantium a principe. vid. CARPZOV. *p. 2. C. 36. def. 1.*

(a)

Paul. Caſtr. *conſ.* 112. *vol.* 2. ſuper eo diſpenſari (a) poteſt. *vid. c. praedicandum. fin.* C. 22. *qu.* 1. *c. venerabilem.* 34. *de elect. c.* 11. *qui ſacramento* C. 22. *qu.* 4. *c. peruenit.* 2. *c. cum contingat.* 28. *cum. c. ſeq. c. verum.* 15. *c. debitores.* 6. *c. ad noſtram.* 7. *hic. c. licet mulieres.* 2. *eod. in* 6. vid. Guid. Pap. *qu.* 224. Panorm. *in quaeſt. qu.* 2. *circ. fin. verſ. ſi ego. & c. poſt. eius conſilia.*

45. Fit diſpenſatio ab eo, qui poteſtatem, *c. venientes.* 19. *hic.* eccleſiaſticam puta, vt Epiſcopo, Pontifice, habet, *c. fiu. de foro compet. in* 6. & cauſa cognita, Gloſſ. *ad c. non eſt.* 5. *de voto. c. requiritis.* 5. *§. niſi rigor. & c. ſeq. C.* 1. *qu.* 7. vocatis, quorum intereſt non abſolui. vid. Guid. Pap. *decis.* 225. *&* 140. *& quaeſt. Tholoſ.*

46. Epiſcopus, non de omnibus, ſed tantum de his diſpenſat, in quibus dubium eſt, an iuramentum

---

(a) veluti ſi iuramentum vi metuque extortum ſit. *c.* 1. *&* 15. *X. h. t.* Aiunt; hoc iuramentum nullum ius quidem tribuere ei, cui iuratum eſt; iurantem autem obligari DEO, quod iurans DEO promiſerit, ſe illud eſſe ſeruaturum. *c.* 6. *X. h. t.* Cum ergo, vt in *cit. c.* 6. dicitur, ex tali iuramento ius DEO quaeſitum fuit, vinculum hoc relaxandum eſt, idque per vicarios DEI, quales ſunt Epiſcopi. Ita cohaeret doctrina pontificiorum, quam noſtrates minus recte ſequuntur. Nihil in iuramento DEO promittitur, nec vllum in eo adeſt vinculum, quod ipſe Pontifex agnoſcit in *c.* 2. *X. h. t.*

(b)

tum ſit licitum, nec ne? *c. conſtitutis. 14. de teſtib. & atteſt. c. ſi vero. 8. c. verum. 15. c. cum quidam. 12. §. illi. hic.* Pontifex, propter plenitudinem poteſtatis de omnibus, per viam commutationis, diſpenſationis, & totalis relaxationis. Innoc. *in c. fin. de conſuet.* Gloſſ. *&* Archidiac. *ad c. 6. ſunt quidam. C. 25. qu. 1.* Quia in omni iuramento ſuperioris voluntas cenſetur excepta. (b) *d. c. venientes. 19. hic.*

TIT. XXXII. II. x. 25.

DE EXCEPTIONIBVS ET REPLICATIONIBVS.

PRobata actoris intentione, reus condemnabitur, niſi aliqua exceptione ſe defendat.

2. *Exceptio*, eſt defenſio ex iuſta & legitima cauſa competens aduerſus id, quod ab aduerſario intenditur. *l. cum nondum. 4. l. ſiquidem. 9. cum. l. ſeq. C. hic.*

3. Eſt

(b) Si modo talis cauſa ſit, quae ex ſuperioris dependeat arbitrio, non ſi res *priuati arbitrii* fuit. Sed quia papa eſt per excellentiam *vicarius DEI*, ille eius vice omnem vim iuramento adimere poteſt. Cur? quia in iuramento DEO aliquid promittitur: cui autem aliquid promittitur, ille, vel vicarius eius, promiſſum remittere poteſt.

(c)

3. Eſt ſumma exceptionum diuiſio, quod aut ſunt *dilatoriae*, aut *peremptoriae*, Gloſſ. *1. in c. exceptionem. 12. hic.*

4. *Dilatoriae* ſunt, quae rem & iudicium differunt, non tollunt. d. Gloſſ. *in c. exceptionem.*

5. *Hae* rurſus ſunt, vel *declinatoriae iudicii*, vel *dilatoriae ſolutionis*. Gloſſ. *ad d. c. exceptionem.*

6. *Illae* vel *ipſum iudicem* concernunt, vel *litigantes*, vel *modum actionis inſtituendae*.

7. Quae *propter iudicem* opponuntur, partim *ex ipſius perſona* proueniunt, partim *ipſius occaſione*.

8. *Ex ipſius perſona* proueniunt, exceptio fori incompetentis, *c. 3. pulſatus. C. 3. qu. 6. c. 48. clericus. C. 11. qu. 1. c. 2. ſi quis Epiſcoporum. §. exceptio. C. 3. qu. 6.* praeuentionis, ſuſpicionis, *c. ſi quis contra. 4. c. licet. 10. de foro compet. c. quoniam. 11. de probat. c. ſecundo requiris. 41. §. tertio & c. cum ſpeciali. 61. de appell.* inhabilitatis, *c. 1. §. tria ſunt. C. 3. qu. 7. c. inſinuante. 25. c. cum R. 35. de off. iud. deleg. c. fin. §. & reuera. C. 3. qu. 5.* de hac vide ſupra *tit. de iudice.* (c)

9. *Iudicis occaſione* proueniunt; exceptio loci non

(c) Imo etiam *primae inſtantiae*, quae tamen, ſi ad Pontificem ſtatim eatur, locum non inuenit, quia ſe dicit *ordinarium ordinariorum*.

(d)

non tuti, *Clem. paſtoralis.* §. *notorium, de re iud. c. ex parte 47. de appellat. Clem. 2. de foro comp.* inhoneſti, fac. *l. quod tamen ſi arbiter. ff. de recept. arbitr.* termini anguſti, *c. 1. de dilat. c. vlt. C. 2. qu. 6.* feriarum, *tot. tit. de feriis.*

10. Exceptiones, *quae litigantes* concernunt, aliae *ex perſonis principalibus*, & vel *actore*, vel *reo*, vel *vtroque*; aliae *ex acceſſoriis*, puta *procuratore*, deſcendunt.

11. *Ex perſona actoris* deſcendunt; exceptio non impetratae veniae, ſi agat contra perſonam, cui reuerentiam debet; *c. 58. Epiſcopus qui mancipium.* 12. C. *qu.* 2. *l.* 1. 2. 3. *l. parentes. l. fin. ff. de in ius voc.* cauſae connexae non diuidendae. Goed. *ad c. 1. num. 25. de ſequeſtr.* Mind. *3. de proceſſ.* 2. *num. vlt.*

12. *Ex perſona rei*, exceptio reuocandi domum, competens Legatis, tempore legationis, ex negotio ante contracta, *c. vlt. de foro comp. l. 2. §. legatis ff. de iudic.* & ſtudioſis; iuxta *auth. habita. C. ne fil. pro patr.* exceptio ſpoliationis, *c. 2. omnes. c. nullus. 3. c. in ſcripturis. 4. c. fin.* C. 2. *qu.* 2. *c.* 2. *Epiſcopi.* C. 3. *qu.* 1.

13. *Ex vtriusque, actoris & rei, perſona*; exceptio iuſti impedimenti, *l. 1. & ibi* Dd. *& tot. tit.* C. *de dilat.* Menoch. *caſ. 153.* contumaciae; *l. 13. §. 1. & ſeq.* C. *de iudic. vide* Old. *in Enchir. Except. except. contumac.* cautionis, *tot. tit. ff.*

qui

qui ſatiſd. cog. Zang. *2. de except. 21.* inhabilitatis. (d)

14. Actor dicitur inhabilis, vel *in totum*, vel tantum *certo modo*.

15. *In totum*, ſi minor viginti quinque annis, nec tutoris vel curatoris auctoritatem adhibeat; (e) *l. 1. & 2. C. qui legit. perſ. l. clarum. 4. C. de auct. praeſt.* ſi mente captus, furioſus, *l. fin. C. de curat. furioſi.* mutus, ſurdus, prodigus, puta per ſententiam declaratus: Vant. *de nullit. ex def. habil. num. 23. & ſeq.* ſeruus, *l. ſeruus. C. de iudic.* niſi certis caſibus, relatis *in l. vix. 53. &* ibi Gloſſ. *&* Dd. *ff. eod.* excommunicatus, *c. exceptionem. 12. hic. c. decernimus. 8. de ſent. excomm. in 6.* religioſus, propter rationem *text. in c. fin. in princ. de teſtam. in 6.* niſi, vtilitate vel neceſſitate id exigente, pro dignitate, officio aut obedientia ipſi commiſſa; *c. cum deputati. 16. de iudic. Clem. religioſus. de procur. 6. 35. Monach.* C. *16. qu. 1. c. vn. &* ibi Dd. *Ext. de Syndico:* Magiſtratum, puta maiorem, qui cum imperio, non minorem, qui ſine imperio, *l. nec Magiſtratibus. 32. ff. de iureiur.* gerens; *l. pars literarum. 48. ff. de iudic.* illuſtris perſona. *l. 25. cum Auth. ſeq.* & ibi Dd. *C. de procur.*

16. *Cer-*

(d) item *legitimationis ad cauſam*, actori opponendae, ſi de qualitate, ſub qua agit, non conſtat.

(e) haec exceptio ceſſat in cauſis ſpiritualibus & matrimonialibus. *c. f. de iudic. in 6. c. 14. de reſtit. ſpoliat.*

 (f)

16. *Certo modo* inhabilis eſt filius familias, abſque aſſenſu patris; *c. fin. in fin. de iud. in 6. l. fin. circa princ. verſ. neceſſitate. C. de bon. quae lib.* vbi Bald. Salic. niſi cauſa ſit caſtrenſis vel quaſi, *l. lis nulla. 4.* & ibi Gloſſ. *ff. de iudic.* ſpiritualis, *c. 3. de iudic. in 6.* pro dote aduentitia, *iuxt. Auth. quod locum. C. de collat.* experiatur; patris abſentis conſenſus ſine filii incommodo expectari non poſſit. *l. ſi longius. 18. §. 1. ff. de iudic. l. cum filius familias. 17. ff. ſi cert. pet.*

17. Reus etiam dicitur inhabilis, vel *in totum*, vel *certo modo.*

18. *In totum*, ſi minor viginti quinque annis, mutus, ſurdus, furioſus, prodigus, ſeruus, *per iura in actore allegata*, excommunicatus, (f) *c. cum inter. 5. hic. c. intelleximus. 7.* & ibi Gloſſ. *de iudic. c. dilectae. 10. hic. c. ſi vere. 34. de ſentent. excomm.*

19. *Certo modo* inhabilis dicitur reus, ſi magiſtratum cum imperio gerat, & cauſa ſit ciuilis; *d. l. pars. 48. ff. de iudic.* non ſi criminalis; *l. iubemus. C. ad leg. Iul. repet. l. nulli. C. quor. appell. non recip. Nouel. 86. cap. 4.* non ſi minorem magiſtra-

(f) vt ipſe comparere non poſſit, per *procuratorem* autem omnino comparere teneatur, alioquin nihilominus in contumaciam contra eum proceditur. Sed inter proteſtantes ne quidem excommunicatus a foro repellitur.

(g)

giſtratum gerat: *d. l. nec Magiſtratibus. 32. ff. de iureiur.* Eſt & inhabilis filiusfamilias, ſi de aduentitiis, in quibus patri eſt vſusfructus, & profectitiis bonis agatur; nam tum pater conueniendus. *l. vlt. C. de bon. quae lib.* In aliis cauſis, etiam ex delicto deſcendentibus, abſque patris aſſenſu conueniri poteſt. *l. tam ex contractibus. 57. ff. de iudic. l. filiusfamilias. 39. ff. de obl. & action.*

20. *Ex procuratoris perſona* exceptio deſcendit procuratoria, qua vel contra procuratoris *perſonam*, vel contra eius *mandatum* excipitur.

21. Contra eius *perſonam*, quod procurator eſſe prohibeatur. Quis autem prohibeatur, vide ſupra *tit. de procurat. & in aphoriſmis noſtris ad Digeſta & in Enarrat. Codicis. eod.*

22. Contra *mandatum*, quod nullum habeat, *c. in noſtra. 4. de procur. licet. 24. C. eod.* vel habeat quidem, ſed non legitimum, *c. 1. eod. c. procurator. 38. de elect. in 6.* vel mandatum tantum habeat generale, cum in negotio ſpeciale requiratur. *c. qui generaliter. 5. de procurat. in 6.*

23. Exceptiones, *modum actionis* concernentes, ſunt, quod libellus ſit ineptus, incertus, (g) *c. exa-*

(g) In cauſis matrimonialibus haec exceptio ceſſat, quippe in quibus de *ſimplici & plano* proceditur; imo cum

examinata.15. de iudic. ante tempus,& conditionem & plus quam debetur, petitum, *c. vn. de plus petiti-on. l. vn. C. eod.*

24. Exceptiones *dilatoriae ſolutionis* poſſunt eſſe, per quas debiti ſolutionem quis in aliud,quam petatur, tempus eſſe differendam proponit, vt ſi pactum ſit de non petendo, niſi poſt annum; ſi creditor vſuras debiti pro futuris annis acceperit; *l. qui in futurum.57. ff. de pactis*, ſi a principe, ne, niſi poſt quinquennium ſoluere teneatur, impetrauerit; *l. vniuerſae. C. de precib. Imp. offer. l. fin. C. qui bon. ced.* ſi cum iuratoria cautione ob inopiam a iudicio & actione petitionis ſit relaxatus. *c. Odoardus.3. verſ. mandamus. de ſolut.*

25. *Peremtoriae exceptiones* ſunt, quae in totum ius & agentis intentionem perimunt. *Gloſſ. in d. c. exceptionem. 12. hic.*

26. Tales ſunt, exceptio transactionis, *c. fin. de transact. c. fin. eod. in 6. l. poſtquam liti. C. de pact.* praeſcriptionis, iuramenti, maxime dilatorii, *c. 1. de litis conteſt. in 6.* Iaſ. *ad l. ait. Praetor. iunct. l. nam & poſtea ff. de iureiur. c. etſi Chriſtus. 26. eod. c. veniens. 15. de accuſat.* pacti iuramento firmati, *c. licet mulieres. 2. de iureiur. in 6. c.*

cum iudex *ex officio*, ſecundum praxin, citare ſoleat, nequidem exceptio *non communicati libelli* attenditur.

(h)

6. c. quamuis pactum. de pact. in 6. rei iudicatae, ab eo puta, qui iudicandi poteſtatem habuit: *c. at ſi clerici. 4. de iudic. l. res iudicata. ff. de diu reg. iur. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.* ſi quid contra leges canonesue, *l. non dubium. C. de legib. l. iuris gentium. §. Praetor. ff. de pact.* aut vi metu, *tit. ff. C. & Decret. quod metus cauſ.* dolo, *l. ſi pactum. 6. C. hic.* actum dicatur; ſi agenti quod ſua non interſit agere, obiiciatur. *In deciſ. Capell. Tholoſ. 68. ibi: quinta regula.*

27. Harum quaedam dicuntur *peremtoriae litis finitae*, quaedam *ſimpliciter peremtoriae.*

28. *Illae* ſunt, quae impediunt litis ingreſſum, & aduerſus agentem omni tempore, *c. 1. de litis cont. in 6.* vel ipſo iudicii limine, *c. 2. C. 3. q. 6.* opponi poſſunt. Qualis eſt *transactionis, iurisiurandi, & rei iudicatae exceptio.* (h)

29. *Hae* litis ingreſſum non impediunt, (i) ſed poſt litem conteſtatam, in quacunque litis parte, (k) ante ſententiam, non poſt, niſi certis caſibus, vt de

(h) plures huc pertinere, liquet ex *c. 1. de L. C. in 6.* vbi in genere Pontifex exceptionis *litis finitae* mentionem facit, quales ſunt omnes, quae *ipſo iure* tollunt actionem, v. c. ſolutionis, compenſationis, nouationis, indebiti &c. modo in continenti probari poſſint: *l. 9. pr. de iurei.* alias litis conteſtatio iniungitur.

(i) quae olim non tollebant *ipſo iure* actionem, ſed demum *ope exceptionis*, vt metus, doli, erroris &c.

(k) Hodie litis conteſtationi *euentualiter* annectendae, pro-

de ſententiae nullitate vel manifeſta iniquitate, Gloſſ. & Dd. *in l. 1. de iur. & fact. ignor.* debent opponi. *l. 2. C. ſent. reſc. non poſſe. l. praeſcriptionem.* C. *de except. c. cum in tua. qui matr. accuſ. poſſ.*

30. *Dilatoriae exceptiones*, ſi *declinatoriae iudicii*, ab initio & in litis ingreſſu proponi debent: alioquin omiſſae non repetuntur; vt neque quae contra iudicem, vel eius incompetentiam proponuntur; quae defenſionem praecedere debent. *c. inter monaſterium. 20.* vbi Gloſſ. *ad verb. ſubeundo iudicium de ſent. & re iudic. l. pen. & l. vlt.* C. *hic. l. 19.* C. *de probat. c. paſtoralis. 4. hic. c. 2. ſi quis Epiſcoporum. §. exceptio.* C. *3. q. 6. c. ſi teſtis. §. item ſi quis.* C. *4. qu. 3. c. 1. §. nullum. verſ. cuius in agendo.* C *3. qu. 8. l. apertiſſimi. & l. cum ſpecialis. ff. de iudic.*

31. *Dilatoriae exceptiones ſolutionis* poſt libellum oblatum ante litem conteſtatam, intra terminum a iudice aſſignatum, quandocunque opponi poſſunt. (l) *c. paſtoralis. 4. hic.*

32. Poſt

probandae vero demum abſoluta probatione principali, ſi reus litem negatiue conteſtatus eſt.

(l) Haec non ſatis plana ſunt, vtut Belgica editio cum hac conſonet. Forſan ſenſus hic erit iuxta *cit. c. 4.* Dilatoriae exceptiones ante L. C. *quandocunque* opponi poſſunt, niſi iis iudex terminum certum praefixerit. Si *merita cauſae* tangunt, adhuc poſt L. C. opponi poſſunt. Hodie ſecundum *R. I. nouiſſ.* ſtatim *in primo termino* ſunt opponendae, ſub poena *praecluſi.*

(m)

32. Poſt litis tamen conteſtationem quandoque dilatoriae opponi poſſunt; puta, ſi de nouo ſint ortae; *c. inſinuante. 25. de off. iud. deleg. c. paſtoralis. 4. hic. & ibi* Coler. *num. 8.* ſi ante quidem natae, verum poſt litis conteſtationem demum ad excipientis notitiam peruenerint; *vt in c. in noſtra. 4. de procurat. d. c. paſtoralis. 4. vbi* Coler. *num. 9.* ſi iudex parti eiusdem exceptiones reſeruauit; (m) *c. ad diſſoluendum. 13. de deſponſ. impub.* ſi continuum tractum eae habeant; Coler. *d. c. paſtoralis. num. 11.* ſi eſt exceptio excommunicationis, *c. exceptionem excommunicationis. 12. hic.* puta maioris. *c. 1. eod. in 6.*

33. Poteſt iudex terminum, intra quem exceptiones omnes neceſſario proponi debeant, aſſignare. *d. c. paſtoralis.* Hoſtienſ. *in ſum. num. 3. hic.* Specul. *de except. §. 3. num. 4.*

34. Regulariter exceptiones omnes ſunt perpetuae. *l. 5. vlt. ff. de doli except. l. 5. l. 6. C. hic.*

35. Inducunt oppoſitae litis conteſtationem, (n) vt

(m) quod etiam *tacite* cenſetur factum, ſi iudex pronunciauerit: Daß Bekl. ſich auf die Klage einzulaſſen ſchuldig, ſi forſan reus per *exceptionem peremtoriam* litem a ſe declinare tentauerit. PHILIPPI *ad tit. 11. proceſ. Sax. conſid. 2.*

(n) Hanc INNOCENTII IV. ſententiam priuatam refellit BONIFACIVS VIII. in *c. 1. de lit. conteſt. in 6.* aiens: *Si oblato ab actore libello ex parte rei exceptio peremtoria proponatur, nequaquam per hoc litis conteſta-*

vt vult Innoc. *ad c. cum venerabilis. 6.*
hic.

36. Qui excipit, non propterea confitetur
tis intentionem, cum eidem non ſolum vna
& plures exceptiones, etiam contrarias, pro
re liceat; quas, ſi legitimae fuerint, ſi iud
admiſerit, poteſt appellari; iudex vero pu
d. c. cum venerabilis. 6. hic. c. exceptionem
reg. iur. in 6.

37. Contrariae exceptionibus ſunt *replica*
Nam quomodo exceptio actionem, ita rep
exceptionem eneruat. (o)

38. Denique quemadmodum replicatio
ptionem; ita replicationem duplicatio, (p)
cationem triplicatio, triplicationem quadr
tio, & ita deinceps, excludit. *l. 2. ff. hic*
Inſt. de replicat.

39. Quae tamen multiplicatio hoc iure
mittitur, ſaltem quod ad teſtes antea pro

---

teſtatio intelligitur eſſe facta. Imo contrari
ſententiae id, quod *n. ſq.* autor adfert. Vnde
ſimpliciter talem exceptionem oppoſuit, ſi
continenti probare non poſſit, litis conteſta
per ſententiam iniungitur.

(o) veluti ſi is, cui exceptio *transactionis* oppo
metu replicat,

(p) veluti ſi contra *metum* duplicatur de *rat*
ne.

attinet, quos tertio refutare non licet; ne nimium iudicium extrahatur. *c. licet. 49. de teſtib. & atteſt.* vbi late Panorm.

40. Habet replicatio tum recte locum, quando reus exceptionem ſuam contra actoris intentionem opponit. *arg. c. ad diſſoluendum. 13. vbi Gloſſ. & not. in verb. accuſari. de deſponſ. impub.*

41. In quacunque parte iudicii opponi poteſt. *Gl. & Dd. l. 2. §. 1. ff. de except.*

42. Vt reus non tenetur probare ſuam exceptionem, antequam fundauerit actor ſuam intentionem: ita hic contra non tenetur probare replicationem, niſi reus probauerit ſuam exceptionem, (q) & ſic deinceps. Specul. *in §. nunc dicendum. verſ. replicationes. ſub tit. de exception.* Summa enim aequalitas in iudiciis ſemper eſt ſeruanda. *c. non licet. 32. de reg. iur. in. 6. & in c. nouit. 13. de iudic. & in c. cum inter. 5. hic.*

43. Tempus ad replicandum, duplicandum, triplicandum, &c. in arbitrio iudicis conſiſtit.

TIT.

(q) quando actor *exceptionem* negauit: ſi eam confitetur, ſtatim actori iniungitur probatio *replicationis.*

TIT. XXXIII. II. x. 26.

DE PRAESCRIPTIONIBVS.

QVia in iudiciis, ſiue in perſonam, ſiue in rem agatur, vſucapionis, vel praeſcriptionis ſolet opponi exceptio: ideo de *praeſcriptionibus* hoc loco tractabimus, praeſertim quia praeſcriptionis exceptio eſt litis finitae exceptio, ac non ſecus quam exceptio transactionis, aut rei iudicatae ad impediendam litis conteſtationem opponi ſolet, *l. fin.* vbi Caſtr, *ff. pro ſuo.*

2. Eſt *praeſcriptio* adiectio dominii, per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti, *l. 3. ff. de vſucap.*

3. Definiri etiam a fine & effectu poteſt, ius quoddam ex tempore continuae poſſeſſionis rerum mobilium & immobilium, interdum dominii vtilis, interdum vtilis actionis, aliquando legitimae exceptionis (r) cauſam tribuens. *c. 16. qu.*

(r) ſtricte enim differunt *vſucapio & praeſcriptio*: illa tribuit dominium, etiam contra non-negligentes currit, ſalua quandoque reſtitutione in integrum, & fauorabilis cenſetur, vt dies vltimus inchoatus pro completo habeatur, *l. pen. pr. de diu. tempor. praeſcript. l. 16. de vſucap.* Haec potiſſimum contra agere negligentes, in *poenam*, eſt introducta, & ſic odioſa, adeoque α) non currit impeditis, *c. 10. X. h. t. c. 13. C. 16. q. 3.* β) totus vltimus dies computandus, *l. 6. de O. & A.* γ) non currit contra vacantem eccleſiam. BAR-

q. 3. per tot. Hoſtienſ. *tit. de praeſcript. rer. immob.*

4. Quod tempus varie a iure pro varietate materiarum circumſcriptum; vnde & diverſae praeſcriptionum ſpecies.

5. Nam quaedam eſt *triennalis*, in rebus mobilibus; *§. 1. Inſt. de vſucap.* quaedam *quadriennii*, vt cum a fiſco res emuntur; *l. 1. & tot. tit. C. de quadr.* quaedam *decennii*, videlicet in rebus immobilibus & incorporalibus, vt ſeruitutibus, inter praeſentes; quaedam *vicennii* inter abſentes; *tot. tit. C. de long. temp. praeſcr. §. 1. Inſt. de vſuc. l. pen. C. de vſufr. l. pen. C. de ſeruit.* quaedam *annorum triginta*, cum quis ſine titulo longiſſima poſſeſſione rem adipiſcitur; *l. 8. & tot. tit. C. de praeſcript. 30. annor.* quaedam *quadraginta*, vt in rebus eccleſiae praeſcribendis; (s) *Auth. quas actiones. 9. de SS. eccleſ. c. 4. c. ad aures. 6. c. 7. hic.* quaedam *centenaria*, aut tanti temporis, vt de eius initio non extet memoria; vt in rebus eccleſiae Romanae, *c. ad audientiam. 13. cum cc. ſeqq. hic. Nouell. 10.* regalibus,

BARBOSA *de offic. & pot. Epiſc. all. 131. n. 16. ſqq.* Tribuit vero exceptionem ſeu ius excludendi actorem, niſi quatenus nouo iure *effectum vſucapionis* accepit. Conf. GRATIANVS *ad c. 15. C. 16. qu. 3.*

(s) quia vero adhuc intra *quadriennium* eccleſia reſtitui poteſt, reuera 44. annorum ſpatium habet.

(t)

bus. (t) *c. ſuper quibusdam. 26. de verb. ſignif. & ib. Canon.*

6. In praeſcriptione contra eccleſiamRomanam ſchismatum tempora, quamdiu perſeuerauerint, non numerantur; quia eccleſia eo tempore videtur legitimo defenſore carere. *c. placuit. 1. c. cum vobis. 14. c. de quarta. 4. c. auditis. 15. hic. c. 1. & fin. ne ſede vacante quid innou.*

7. Actionibus omnibus ſpatio triginta annorum praeſcribitur, ita vt exceptione elidantur, *l. 2. l. 4. l. 8. C. de praeſcr. 30. annor.* nonnullis tamen quadraginta annis; *d. l. 4. l. 7. l. fin. C. eod.* quibusdam vno anno, ſicut actioni iniuriarum; *l. 5. C. de iniur.* aliis biennio, vt actioni doli; *l. fin. C. de dolo mal.* aut quinquennio, vt inofficioſi querelae; *l. 34. C. de inoff. teſt.* aut quadriennio, vt reſtitutioni in integrum, *l. fin. C. de temp. pet. reſt. in int.*

8. Ad praeſcriptionem perficiendam requiruntur quinque: 1. *Vt res praeſcribi poſſit*; 2. *bona fides*; 3. *titulus iuſtus*; 4. *continuata poſſeſſio*: 5. *vt*

(t) qui regalia ab *immemoriali* tempore poſſedit exercuitque, eius maiores olim legitime illa acquiſiuiſſe praeſumuntur, vt non teneantur *titulum* acquiſitionis probare, quippe qui ex *vetuſtate tanti temporis* inducitur. Hunc eſſe ſenſum *cit. c. 26.* omnino exiſtimo. Simul vero etiam inde patet, regalia per talem *vetuſtatem* non demum acquiri, ſed olim *legitime* acquiſita eſſe, praeſumi.

(u)

5. *vt poſſeſſio ſuo, non alieno nomine, contingat.*

9. *Res praeſcribi poſſunt*, quae ſunt in commercio & poſſideri poſſunt.

10. Quae poſſideri non poſſunt, cum praeſcriptio abſque poſſeſſione non inducatur, *c. ſine poſſeſſione. 3. de reg. iur. in 6.* praeſcribi non poſſunt. Hinc publicae functiones eccleſiae, (u) res publicae, primitiae, decimationes a laicis; (omnino clericis;) *c. cauſam. 7. hic. c. antepen. §. quod ſi priuatus.* C. *16. qu. 3.* prouinciae, parochiae, dioeceſes certis limitibus diſtinctae (x) omnino, *c. 5. licet.* C. *16. qu. 3. c. cum cauſam. 13. de probat. c. ſuper eo. 4. de paroch.* a viſitatione, ſubiectione aut procuratione ſoluenda immunitas, *c. accedentes. 11. hic.* praeſcribi non poſſunt.

11. Nec etiam, contra quam olim praeſcriptio in matrimonio illegitimo; *c. non debet. 8.* vbi Gloſſ. *de conſang. & affin.* aut voto, *can. 4. quod Deo Patri.* C. *33. qu. 5. c. ſicut nobis. 1. de regular. & tranſ.*

(u) & ſic nec *iurisdictio eccleſiaſtica* a laicis. Inter Proteſtantes vero eam immemoriali tempore a magiſtratu ſubalterno vel nobilibus mediatis acquiri poſſe, vel inde conſtat, quia huius poſſeſſionis non ſunt incapaces credendi.

(x) Si modo antiqui limites, qui *publici* habentur, probati fuerint: alias etiam in his praeſcriptio 30. annorum attenditur. *c. 6. C. 16. q. 3.*

(y)

tranſ. aut iis, quae quis alieno nomine poſſidet, *c. ſi diligenti. 17. hic.* locum habet.

12. *Bona fides* eſt, vt not. Gloſſ. *in d. c. ſi diligenti. 17. hic.* credulitas, qua quis putat tradentem eſſe dominum, (y) vel ius diſtrahendi habere, licet in facto erret.

13. Ea, hoc iure, per totum praeſcriptionis tempus neceſſaria eſt. *c. vlt. hic. c. poſſeſſor. 2. de reg. iur. in 6.*

14. Malae fidei poſſeſſor nullo vnquam tempore praeſcribit *d. c. poſſeſſor. c. ſi diligenti. 17. & c. veniens. 10. hic.*

15. Sola bona fides ad praeſcriptionem non ſufficit, ſed & *iuſtus titulus* requiritur, quia ſicuti ex temporis tractu non tollitur aliquod ius, ita & non conſtituitur. (z) *c. dudum. 31. de decim. l. obligationum. 44. ff. de oblig. & action.*

16. *Titulus*, eſt iuſta poſſidendi, quod noſtrum non eſt, cauſa. Gloſſ. & Dd. *in d. c. ſi diligenti. per illum text.*

17. Iuſtus dicitur, qui, ſi a domino fuiſſet habitus, dominium potuiſſet transferre. Cuiusmodi ſunt tituli ſolutionis, emtionis, transactionis, hereditatis,

(y) h. e. quando quis rem alienam tanquam *ſuam* ignoranter posſidet. Ergo haec ſemper ſupponit *poſſeſſionem rei alienae*, quam etiam deſiderat Pontifex in *cit. c. f. c.* 5. *X. h. c. 2. de R. I. in 6. l.* 109 *de V. S.*

(z) Haec ratio vana eſt, cum plura iura per non-vſum ſolo lapſu temporis amittantur.

(a)

tatis, occupationis, apprehenſionis rei pro derelicto habitae, legati, dotis, pro ſuo. De quibus vide *Aphoriſmos noſtros in Digeſta*, *hoc. tit. & ſeqq.*

18. Hic tamen in praeſcriptione quadraginta annorum, in qua bona fides ſufficit, neceſſarius non eſt, niſi ius commune aut praeſumtio praeſcribenti aduerſetur. (a) *c. 1. hic. vid.* Couarr. *var. reſol. lib. 1. cap. 17. num. 7.*

19. Praeter titulum ad praeſcriptionem requiritur *poſſeſſio*, *c. ſine poſſeſſione. 3. de reg. iur. in 6.* aut quaſi, vt in incorporalibus, *l. ſequitur. 4. §. ſi viam. 27. ff. de vſucap.* eaque continuata per tempus lege definitum. *l. 25. ff. eod.*

20. Si ea interrupta, praeſcriptio ad nihilum reducitur, & priore nihil commodante, de nouo eſt inchoanda. (b) *vide* Panorm. Felin. *in c. ex transmiſſa. 10. hic.*

21. Interrumpitur, vel *naturaliter*, quia poſſidere poſſeſſor deſiit; vel *ciuiliter*, per citationem ſolennem, denunciationem, litis conteſtationem, *l. mora. 26.* C. *de rei vend.*

22. Interruptio, quia facti eſt, probari debet; *l. aſſeueratio.* C. *de non num. pec.* quod & per teſtes ſin-

(a) vtpote ſi quis decimas extra ſuam parochiam praeſcribere vellet; cum regulariter parochi tantum ius decimarum habeant intra ſuam parochiam.

(b) Si *facto naturali* interruptio contigit; in *ciuili* ſecus.

(c)

ſingulares (c) fieri poteſt. ſecund. Dd. Felin. *in c. illud. 8. num. 12. hic.* Bald. *in tract. de praeſcript. 3. part. 6. & vlt. part. qu. 3. num. 45.*

23. Poſſeſſio autem continua non ſufficit ad praeſcriptionem, niſi rem poſſeſſor ſciat ſe ſuo nomine ſiue per ſe, ſiue per alium poſſidere.

24. Alieno enim ſi poſſideat, vt is, qui precaria ab eccleſia conſecutus, *can. 11. Clerici quilibet. & c. ſeq. ſi Epiſcopus.* C. *16. qu. 3. can. 72. ſaepe fit.* C. *12. qu. 2.* colonus, emphyteuta, vaſallus, non praeſcribit. *l. 2.* C. *de praeſcr. 30. annor. l. 7. §. 1. ff. com diu. d. c. ſi diligenti. 17. hic.*

25. Perfecta praeſcriptione dominium, quia iuſtum inducit titulum, *c. de quarta. 4. hic. c. 1. eod in 6.* acquiritur, ſic, vt eius exceptione praeſcribens non modo aduerſus gentes muniatur, ſed & ipſam rem a domino antiquo vindicare poſſit *l. 8. in princ.* C. *de praeſcr. 30. ann.* Guid. Pap *deciſ. 416. num. 15.* Socin. *in c. olim, num. 19. a litis cont.*

TIT. XXXIV. II. x. 27.
DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

COgnito actoris & rei iure iudex ad ſententia

(c) de diuerſis actibus deponentes, qui tamen omnes a interruptionem collineant, & ſic ad vnum conſpiran finem. (

tiae pronunciationem procedere debet, quod aequitati & iuris rigori conuenit. *c. 2. hic.*

2. Eſt *ſententia*, iudicialis diffinitio, controuerſiae finem imponens, condemnationem vel abſolutionem continens, *c. ei qui appellat. 41. §. diffinitiua. C. 2. qu. 6.*

3. Eſt alia *interlocutoria*, alia *diffinitiua.*

4. *Illa* eſt, quae inter principium & finem cauſae ſuper aliquo incidenti, vel emergenti, vt ſuper libello ferendo vel corrigendo, dilatione danda, vel deneganda, ſimilibusque exceptionibus, profertur. *c. ſignificantibus. 49. de appellat. c. ſignificauerunt. 36. de teſtib. & atteſt. c. cum olim. de offic. iud. deleg.*

5. Dicitur *interlocutoria* a modo ferendi; quod ſummarie inter partes interim, & dum expectatur iudicium definitiuum, feratur. *c. quod ad conſultationem. 15. hic.*

6. Eſt ratione cauſae principalis, quae adhuc non determinatur, interlocutoria: ratione vero negotii emergentis, de quo fertur, diffinitiua poteſt dici. (d) Felin. *ad rubr. hic. num. 2.*

7. Dif-

(d) Scilicet ſi *mixta* eſt. Eſt enim vel *mera*, vel *mixta*. Illa quodlibet *decretum*, etiam altero non audito latum, continet, quod ſemper reuocari poteſt, nec tranſit in rem iudicatam. *l. 14. D. h. t. l. 7. C. eod. c. 60. de appell.* Haec vero, vtroque audito ſuper puncto incidente, cauſa cognita, fertur, & *vim definitiuae* habere dicitur, *l. 39. de minor.* & de iure canonico trans-

7. *Diffinitiua ſententia* eſt, quae cauſae principali omnino finem imponit per condemnationem vel abſolutionem; *c. hic. 70. ſummopere. C. 11. qu. 3.*

8. Abſolutionem, vel condemnationem, ſi expreſſe, vel verbo aequipollenti, *c. in his quae. 15. de verb. ſignif. l. 59. in princ. ff. hic.* non contineat, non valeat. *c. vlt. §. diffinitiua. C. 2. qu. 6. l. 3. C. de ſent. & interloc.*

9. Inter vtramque ſententiam & ea eſt differentia, quod *interlocutoria* quandoque ante ſententiam ab eodem iudice reuocari poteſt, licet ab ea non ſit appellatum: (e) *l. quod iuſſit. 14. ff. hic. c. cum ceſſante. 60. de appellat. diffinitiua* ab eodem iudice tractari aut corrigi non poteſt. *l. Paulus. 53. l. iudex. 55. ff. hic. l. diui fratres. 27. ff. de poenit. Interlocutoria*, niſi a ſummo Pontifice

tranſit in rem iudicatam quoad *partem*, non quoad *iudicem*, *c. 1. de appell. in 6.* Hodie vero etiam in pleriſque locis quoad iudicem.

(e) de *ſimplicibus decretis* hoc intelligebant Romani, & recte, quia haec, altero non audito, lata erant, nec in rem iudicatam tranſibant. *l. 7. C. h. t.* Sed Pontifex in *cit. c. 60.* hoc etiam extendiſſe videtur ad illam, quae, vtroque audito ſuper puncto incidente, lata eſt, quae tamen *vim* definitiuae habet, & ſic in *rem iudicatam* tranſire debebat: id quod tamen Pontifex negat in *c. 12. de appell. in 6.* admittitque, vt in inſtantia appellationis a definitiua ſententia etiam hoc grauamen corrigi queat.

(f)

ſice ſit interpoſita, nec ſcribi, nec ex ſcripto recitari debet: Gloſſ. & Philipp. Franc. *in c. fin. hic. in 6.* quamuis hoc fieri melius ſit. *c. quoniam. 11. de probat.* Debet *diffinitiua. tot. tit. C. de ſent. ex breu. recit.*

10. Fertur ſententia vel *a iure*, ſeu *canone*, ſeu *lege*; vel *a iudice*, vel ab *arbitro*.

11. *Ius* ſententiam dicitur ferre, cum canon, aut lex ſtatuit, vt, qui tale aliquid commiſit, tali poena habeatur condemnatus. (f)

12. Quae interdum ipſo iure & facto, ſine alia iudicis declaratione, tanquam lata, incurritur; vt in *c. fin. de conſuet. in 6. c. a nobis. 21. de ſent. excomm. c. 29. ſi quis ſuadente. C. 17. qu. 4. c. non dubium. 5. c. veniens. 16. c. de monialibus. 13. de ſent. excomm. c. licet. Epiſcopus. 18. de conceſſ. praeb. in 6. c. cum noſtris. 6. eod.* interdum non niſi cum declarationibus iudicis; (g) vt in omnibus fere poenis a iure impoſitis.

13. *Iudex* is fert ſententiam, qui iurisdictionem habet in quaeſtione propoſita. Nam a non competente iudice ſententia lata, ipſo iure non valet. *c. at ſi clerici. 4. de iudic. c. ad noſtram audientiam. de 3. conſuet.*

14. Plu-

(f) *ipſo iure* ſcilicet, vt §. *ſq.* docet, & ex *infamia iuris* immediate illata illuſtrari poteſt.

(g) Si ergo ſententia tantum eſt *declaratoria*, illa non demum effectum ſuum habet a tempore *publicationis*, ſed a tempore delicti commiſſi, ad quod ſententia retrotrahitur. Effectus potiſſimum in *fructibus reſtituendis* conſiſtit.

(h)

14. Plures ſi iudices ſunt competentes, omnes ſimul ſententiam ferre debent, niſi quis per contumaciam abſens ſit: valet enim nunc ſententia praeſentium: *c. prudentiam. 21. §. abiicimus. de offic. iud. deleg.* vel niſi vnus de mandato aliorum pronunciet: vel niſi in commiſſione contineatur, quod vnus poſſit ſine alio procedere. *l. item ſi vnus. 17. §. fin. ff. de recept. arbitr.* (h)

15. Quae etiam obtinet in arbitris: qui etiam ſententiam ferre dicuntur. *tot. tit. ff. & C. & decret. de arbitr. l. 3. C. de ſent. & interl. om. iud.*

16. Dici ſententia a iudice debet de omnibus, quae veniunt in controuerſiam; ſi quidem ei de negotio liqueat; in dubiis enim non poteſt quicquam neque de iure, neque de facto ſtatuere: (i) *c. 74. graue. C. 11. qu. 3.* ſed debet iudicium ſuſpendere, vel ad ſuperiorem, vt ſummum Pontificem, negotium referre, *c. denique. 3. §. quod ſi quilibet. C. 6. qu. 3. c. de libellis. §. nam ſi tale. diſt. 20.* litigantibus conſultationis & relationis exemplo communicato.

(h) ad iudices *delegatos* haec pertinere euidens eſt: ad collegia *iudicum ordinariorum* minime applicari queunt.

(i) quandoque ergo *meliorem probationem* iniungere poteſt, ſi terminus probationi nullus praeſcriptus fuit. Hoc facto, ſimpliciter ſuper probatione pronunciat.

(k)

to. *c. intimaſti. 68. de appell. l. 1. §. fin. l. 2. C. de relation.*

17. Ferenda eſt ſententia de eo, quod petitur, non de alio, *l. 1. & 2. C. ſi a non comp. iud* vt ſententia ſit libello conformis. *c. licet. Heli. 31. de ſimoniac. c. qualiter. 24. §. ad corrigendos. in fin. de accuſat. Clem. ſaepe. §. verum quia. de verb. ſignif. c. conſultationib. 10. de off. iud. deleg. c. ex parte. 32. de reſcript. c. 2. C. 3. qu. 9.*

18. De abſentis & inauditi cauſa ſententia regulariter ferri non poteſt; *c. inter quatuor. 8. de maior. & obed. l. abſentem. C. de poenis.* niſi is prius contumax fuerit declaratus. *d. c. inter quatuor. d. c. conſultationibus.*

19. Debet ſententia, vt valeat, matura deliberatione adhibita, & absque praecipitatione, *c. 70. ſummopere. C. 11. qu. 3. c. quoniam contra. 11. de probat. c. 4. Apoſtolicae. C. 35. qu. 9.* iuxta ſacrorum canonum, ſi cauſae ſunt clericorum & ſpirituales, *c. quod clericis. 9. de foro compet. c. pen. & fin. de ſecund. nupt.* ſi temporales & ſeculares, ſecundum legum decreta, (k) *c. 1. & 2. de oper. nou. nunc.*

(k) ſine dubio hoc AVCTOR de eo intelligit caſu, ſi haec a iure canonico diſcrepant. Verum praxis hodierna, etiam inter proteſtantes, contrarium docet ex antiqua & vulgata perſuaſione, 1) ius Canonicum conſcientiis conſulere; 2) magis aequitati fauere, quam iuri ſtricto; 3) ſententias in iure Romano controuerſas clare decidere; denique 4) a patribus, Chriſtianis, iis-

nunc. Fac. *tot. 19. diſt. apud* Gratianum, ferri: *c. 1. & c. ne innitaris. 5. de conſtit. c. 1. hic. indices. 4. §. bonus iudex.* C. *3. qu. 7.* ſi canon vel lex deficiat, iudicium iudicis arbitrio relinquitur. *c. vnaquaeque. 3. §. fin.* C. *13. qu. 2.*

20. Contra ius litigatoris facta ſententia valet quidem ipſo iure, ſed per appellationem ſuſpendi, *l. 2. C. quand. prou. non nec.* vel in integrum reſtitutionem, ſine alio extraordinario remedio reſcindi poteſt.

21. Debet & iudex in dicenda ſententia animaduertere, vt non acclamationes populi, *c. ad noſtram audientiam. 3. de conſuet. c. Oſius. 2. de elect.* ſed (1) ex iure, & iuris ordine ſeruato, *c. fin. C. 2. qu. 6. c. in cauſis. 19. hic.* & (2) in ſcriptis, (3) per ſe, *c. fin. hic. in 6. c. 7. in primis. §. fin.* C. *2. qu. 1.* (4) ſedens, *d. c. fin. §. fin. hic. in 6.* (5) certam, *l. in ſententiis. 58. ff. hic. l. 1. & 2. C. de ſent. quae ſin. cert. quant.* (6) libello, *c. 1. & 2. de libell. oblat.* aut, ſi inter partes conueniat, conuentis conformem, *c. 2. de pact. c. 1. de transact. l. ſi conuenerit. 26. ff. de iudic.* (7) die iuridica, *c. 1. de feriis.* (8) in loco conſtituto, *c. fin. de reſcript. l. ſi vt proponis. C. quom. & quand. iud. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de recept. arb.* (9) publice, *c. conſu-*

iisque piiſſimis, latum, compilatum & conſtructum eſſe. Inde in plerisque fere materiis ius canonicum Romano praefertur.

(l)

ſuluit. 24. de offic. iud. deleg. l. cum ſententiam. 6. C. de ſent. & interloc. (10) pure, non ſub conditione, *c. 29. biduum. §. quid ergo. C. 2. qu. 6.* (11) ſecundum allegata & probata, *c. ſi Sacerdos. 2. de offic. iud. ord.* eam ferat: (12) citatis ad hoc litigatoribus; vel tribus edictis, vel vno peremtorio, trium tamen tempus, integrumque ſpatium in ſe continente. (l) *c. 1. de cauſ. poſſ. & propriet.* Lanfr. *in c. quoniam. verb. citationes. num. 7. de probat. & c. cum olim. 34. de teſtib. & atteſt.*

22. Sententia, recte lata, poſt decem dies, ſi ab ea non fuerit appellatum, tranſit in rem iudicatam: *c. quod ad conſultationem. 15. ff. taliter. hic.* & actionem & exceptionem producit. *c. 1. c. 2. loci noſtri. C. 35. qu. 9. c. cum inter. 13. hic.*

23. In rem iudicatam non tranſit ſententia, quae impugnari poteſt: vt eſt ea, quae contra matrimonium, (m) *c. lator. 7. & ibi Gloſſ. ad verb. permane-*

(l) Talis citatio hic non deſideratur, ſed *vna & ſimplex*, quia magis eſt *monitoria* quam *arctatoria*. Imo in cauſis eccleſiaſticis aliisque ſummariis ſufficit, ſi abſque citatione vtrique legitime inſinuetur.

(m) An ergo contra *ſponſalia?* Id quidem exiſtimo, quia haec non ſunt matrimonium, vtut de ſponſalibus *de praeſenti*, h. e. *puris*, quidam contrarium ſtatuant. Praeterea ſi nec contra matrimonium in rem iudicatam tranſit, an ergo tollit libertatem, ad noua tranſeundi vota? Id neceſſario inde ſequi deberet, ſi in rem iudicatam tranſire non poteſt, quia omni tempore adhuc impugnari poteſt. Ad minimum ita-

 que

manere. c. tenor. 10. c. conſanguinei. 11. hic. & ibi Panorm. *& ad c. ex litteris. n. 12. de conſ. & affin.* aut pro matrimonio, in gradu prohibito contracto lata: *d. c. conſanguinei. & c. tenor.* Fac. *c. fin. c. videtur. 3. qui matrim. accuſ. poſſ.* quae a iudice, per ſordes aut imperitiam magnam, dicta; puta quoad iudicem non tranſit ea in rem iudicatam, omnino quoad partes. (n) Bart. *ad l. 1. num. 9. ff. quod quiſque. iur.* Alex. *ibid. num. 19.* Angel. *num. 3.* Franc. *ad c. ſaepe. num. 43. & ſeq. de appell.*

24. Talis iudex, ſi per ſordes male iudicauit, parti laeſae tenetur in litis aeſtimationem; *l. fin. C. de poen. iud. mal. iud.* vbi Gloſſ. Salic. ſi per imperitiam, in factum actione conuenitur, & in quantum iudicantis religioni viſum fuerit, condemnatur, *l. ſi iudex. 6. ff. de var. & extr. cogn. l. 15. ff. de iudic.* & inſuper ex hoc iure ab executione officii per annum ſuſpenditur: interim a diuinis arcetur; ſi iis ſe ingeſſerit, irregularitatis laqueo innodatur; a quo non niſi per Pontificem ſummum liberari poteſt. *c. 1. hic. in 6.*

TIT.

que dicendendum, *re adhuc integra*, exceptionem rei iudicatae opponi non poſſe. Conf. ius eccleſ. prot. *lib. 2. tit. 27. §. 42. ſqq.*

(n) vt iudex *ex officio* de cauſa tali rurſus cognoſcere poſſit, nec partes opponere queant exceptionem rei iudicatae.

(o)

Tit. XXXV.

DE EXECUTIONE REI IUDICATAE.

Ut ante ſententiam *executio* fieri non debet contra debitorem, *c. ſignificante. 69. de appell. l. 1. C. de execut. rei iud.* ſic contra, poſtquam ſententia lata eſt, maxime ſi tranſierit in rem iudicatam, *executio* differri non debet: *c. 3. ſicut. C. 2. qu. 1.* non obſtante exceptione, *d. c. ſicut. 2.* quae puta in continenti probari nequit. (o) *c. veniens. 38. de teſtib. & atteſtat. c. literas. 12. de reſtit. ſpol. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib.*

2. Fieri debet executio ab eo iudice, qui ſententiam tulit, ſiue ordinario, *c. ſi quis contra. 4. §. fin. de foro comp.* ſiue delegato; *c. ſignificaſti. 7. de off. iud. deleg.* qui & ordinario ſententiam ſuam exequi mandare poteſt. *c. paſtoralis. 28. §. quia vero. deleg. c. de caetero. 5. de ſent. & re iud.* Isque eam executioni mandabit, licet ipſi videatur iniuſta: *d. c. paſtoralis. 28. §. quia vero.* non ſi nulla. Tum enim quaeſtionem ad iudicem, qui ſententiam tulit, deferet. *d. c. caetero. 5.* (p)

3. Fit

(o) & quae iam in ventilatione cauſae principalis a partibus plenisſime eſt diſcuſſa.

(p) Ipſemet de *nullitate* vel ideo cognoſcere nequit, ne *per indirectum* cauſae diſcuſſionem ad ſe reuocet. Idem dicendum de alio iudice, in ſubſidium imploraKto,

3. Fit executio aliter in *actione perſonali*, aliter in *actione reali*.

4. In *reali* facienda ſtatim poſt decennium, *c. cum Bertholdus. 18. eod. c. cum delictus. 32. de elect. c. ſignificauerunt. 36. de teſtib. & atteſt.* In *perſonali*, non niſi poſt emenſa quatuor menſium ſpatia. *c. quaerenti. 26. de offic. iud. deleg. c. quod ad conſultationem. 15. X. de ſent. & re iudic.*

5. Quod tamen quadrimeſtre tempus nonnunquam, perſonarum locorumque qualitate, & aliis circumſtantiis conſideratis, arctari extendique a iudice poteſt, *d c. quod ad conſultationem. l. 2. ff. de re iud.*

6. Executionem aliter facit *iudex ſecularis*, aliter *eccleſiaſticus*.

7. *Ille*, primo bona mobilia & ſe mouentia capi iubet; ſecundo immobilia; tertio ad nomina, ſiue iura, id eſt, ad ea quae debentur condemnato, modo ſint liquida & confeſſa, peruenit; ſi dare recuſat, manu militari cogit. *vid. l. a Diuo Pio. 15. ff. eod. l. qui reſtituere. 68. ff. de rei vend.*

8. *Hic*, pro conditione & ſtatu perſonae victae, vel ſuſpendit, vel deponit, vel excommunicat, vel degradat: ſi ea cenſurae eccleſiaſticae non paret, brachium ſeculare implorat. *c. cum nobis ab homine.*

to, veluti *rei ſitae*, in quam executio facienda; qui, niſi *nullitas* ſtatim manifeſta ſit, de illa decernere nequit, ne iudicis alterius ſententiam per indirectum ſuae ſubiiciat cognitioni.

Digitized by Google

ne 10. de iudic. iudicem ſecularem auxilium denegantem excommunicat. *c. 1. de offic. iud. ord.* Dd. *in c. quoniam. 14. eod. c. ſtatuimus. 2. de maledic.*

9. Qui executionem iniuſtam putat, precibus, non vi, tentare debet, (q) an ea, donec ſuperior magiſtratus conſulatur, differri poſſit? *c. ſi quando. 8. c. paſtoralis. 28. §. quia vero. de offic. de-leg.*

TIT. XXXVI. II. x. 28.
DE APPELLATIONIBVS.

QVia, vt diximus, ſententia, a qua apellatum, non tranſit in rem iudicatam, nec propterea executioni tradi debet; *c. venientes, 19. de iureiur.* cum propter ſuperioris auctoritatem, tum etiam quia nihil eſt poſt appellationem innouandum: *c. dilecti, & 52. hic. tot. tit. nihil. appell. pend. innou.* ideo de appellationibus dicemus.

2. Eſt *appellatio*, a minore iudice ad maiorem, ratione grauaminis, facta prouocatio. *c. 1. c. 28. anteriorum. C. 2. qu. 6.*

3. Eſt

(q) Hoc maxime intelligendum de *iudice ordinario*, cui a *delegato* Pontificis demandata eſt executio, quem delegatus auctoritate, qua pollet, cogere poteſt.

(r)

3. Eſt vel *iudicialis*, vel *extraiudicialis*. (r) *Clem. 3. hic.*

4. *Haec* eſt, quae extra iudicium ad ſuperiorem, vel ab *inſtanti*; vt quia beneficium alteri in praeiudicium meum collatum; *c. concertationi. 8. eod. in 6.* vel *a futuro grauamine*, vt ne fiat electio, poſtulatio, beneficii collatio, *c. conſideramus. 10. c. cum nobis. 19. c. auditis. 29. de elect.* poſſeſſione mea turbet; *c. bonae. 51. hic.* ſuſcipitur. *not. in d. c. bonae. 51.*

5. Hoc enim iure a quocunque grauamine, etiam extraiudiciali, recte appellatur. *c. 3. & c. ſuper. 12. eod. c. concertationi. 8. eod. in 6. c. 18. non ita, C. 2. qu. 6.*

6. Eſt extraiudicialis appellatio dupliciter conſideranda: (1) quando non a *iudice* appellatur, ſed a *parte* extra iudicium; *d. c. bonae. 51.* vbi Dd. (2) quando a iudice procedente extraiudicialiter (s) appellatur. Philip. Franc. *in d. c. bonae. num. 7.*

7. Fa-

(r) Haec diſtinctio iuri Romano incognita, & iure canonico inuenta, vt eo vberior materia eſſet appellandi ad ſedem papalem, quae fauet quibuscunque appellationibus, ſub praetextu *defenſionis naturalis.*

(s) Iudex *extraiudicialiter* procedere dicitur, (1) quando *de facto*, ſine cauſae cognitione, procedit, quia ita vt *priuatus*, non vt *iudex* procedere dicitur, (2) quando ante L. C. grauat partem: quicquid enim ante L. C. fit, *extraiudicialiter* fieri dicitur, cum *initium iudicii* L. C. dicatur in iure Romano.

(t)

7. Facienda haec appellatio ad iudicem ordinarium, coram quo, cum ordinaria via eſt litigandum, aduerſarius eſt vocandus, non ad iudicem appellationis. (t) *c. cum ſit Romana. 5. §. ſi vero hic.* Gloſſ. *ad d. c. concertationi. 8. ad verbum grauatum. eod. in 6.* Panorm. *in c. dilecti filii. num. 7. hic.* Quippe ea nihil aliud eſt, quam ad cauſam prouocatio; *d. c. cum ſit Romana.* Panorm. *in d. c. dilecti filii. num. 4.* vt non tam *appellatio*, quam *prouocatio* ſit appellanda. *d. c. cum ſit Romana. §. ſi vero.*

8. *Iudicialis appellatio* eſt, quae in iudicio, de his, quae in illud veniunt, vel circa illud accidunt, ante vel poſt ſententiam definituam, a minore iudice ad maiorem interponitur. *c. ſignificante. 34. c. Rudolphus. 35. de reſcript. d. c. cum ſit Romana. 5. d. c. ſuper. 12. h. t.*

9. Ante ſententiam definitiuam, cum ab interlocutoria, *c. ſignificante. 34. cum 6. ſeqq. de reſcript.* vel alio grauamine; vt ſi quis citetur ad locum non tutum, *c. accedens. 4. vt lite non conteſt.* vel ad diem breuiori termino conſtituto, *c. 1. de dilation.* prouocatur.

10. Si-

(t) ſeu ſupremum. Verum hoc intelligendum, quando *a parte* grauamen infertur: ſi enim a *iudice*, ad ſuperiorem appellatur, intra decem dies. *c. 8. h. t. in 6.* Priori caſu autem non ſunt praeciſe fatalia obſeruanda, ex ratione, quam autor ſubiicit.

(t)

10. Siquidem hoc iure ab omni onere appellari poteſt. *d. e. ſuper. 12. c. cordi. 1. hic. in 6. Clem. appellanti. 5. eod. c. vt debitus. 59. c. cum ſpeciali. 61. & paſſim. hic.* Quippe appellatio ſpecies eſt defenſionis, & in innocentiae praeſidium comparata, *d. c. cum ſpeciali. 61. §. porro. h. t.*

11. Sed hoc Concilio Tridentino eſt emendatum, admittente, ſecundum normam iuris ciuilis, appellationem ab ea duntaxat interlocutoria ſententia, quae *vim* habet *definitiuae*, vel cuius grauamen per appellationem a definitiua reparari nequit. (t) *Seſſ. 24. de reformat. cap. 20.*

12. Poſt ſententiam definitiuam, cum ab ipſa, vel eius executione appellatur, *l. ab executore. 4. ff. h. t. l. ab executione. C. quor. app. non recip.* ſi quidem in ea modus excedatur. *d. l. ab executore. e. quod ad conſultationem. 15. de ſent. & re iud.*

13. Appellare poſſunt ſiue ſuo, ſiue alieno nomine, vt quia mandatum habent, negotium alienum gerunt; omnes, quorum intereſt, non fuiſſe ita iudicatum, vel extra iudicium aliquid actum, ſiue in

(t) quod merito in omnibus foris obſeruandum eſſet, cum *ſimplex decretum* facile a iudice inferiori reuocari poſſit, nec magnum in ſe contineat praeiudicium regulariter. Quando autem interlocutio *vim definitiuae* habet, incidens punctus per modum *ſententiae* definitur deciditurque, vtroque ſuper eo audito, quae facilius admittit appellationem.

(u)

in ſententia contineantur, ſiue non *c. 30. non ſolent. c. 28. anteriorum. c. 3. omnis oppreſſus. C. 2. qu. 6. c. vt debitus. 59. hic. c. vlt. §. fin. vt lite pend. c. interpoſita. 70. ʃ. eidem. c. ſignificante. 69. h. t.*

14. Non qui condemnatus ob contumaciam veram, *l. 23. ʃ. fin. ff. hic. l. 53. ff. de re iud.* caſ. *in c. vt inquiſitionis. 18. de haeretic. in 6.* ob manifeſtum crimen, *c. cum ſit 5. §. fin. c. peruenit. 13. hic.* qui de crimine confeſſus & conuictus, *l. 2. C. quor. appell. non recip. l. non tantum. 6. ff. hic.* qui ſe a iudice non prouocaturum iurauit, *c. quaeſtioni. 21. hic.* vbi Gloſſ. ſententiam quoquomodo probauit, *c. gratum. 20. de offic. iud. deleg.* qui aduerſarii appellationi in eadem cauſa non detulit. (u) *c. conſtitutis. 23. c. an ſit. 42. hic. c. bonae. 36. de elect. c. fin. de immun. eccleſ.*

15. Appellari debet ab inferiore iudice gradatim, (x) *c. dilecti. 66. hic. c. duo ſimul. 9. de offic. & pot. iud. ord. c. Romana. 3. ʃ. ab Archidiaconis. hic. in 6.* ad ſuperiorem, *c. 28. anteriorum. c. 9. placuit.*

(u) Hoc contingit, ſi quis delegatos iudices impetrauit, ſub clauſula: *remota appellatione*, & reus coram illis poſtea actorem reconuenerit, tunc nec actor in cauſa hac appellare poteſt. Quod vni iuſtum, alteri quoque iuſtum eſſe debet.

(x) appellatio *per ſaltum* facta non quidem eſt deſerta, interim ad intermedium remittitur. MEV. 4. *dec.* 204.

(y)

placuit. C. 2. qu. 6. fac. *c. cum inferior. 16. de maio & obed.* Gl. *ad c. 2. verb. officiali. de conſuet. in* non parem; *d. c. anteriorum. §. illo videlicet.* Ni conſuetudo eum in eo caſu fecerit maiorem. (y Ioan. And. *ad c. Romana. 3. h. t. in 6.*

16. Sic appellatur a ſubdito ordinario epiſcop ad Epiſcopum, *c. 3. §. 1. hic. in 6. c. a collation 11. eod. in 6.* ab officiali generali Epiſcopi, & a Epiſcopo ad Archiepiſcopum, *c. 2. de conſuet. i 6. c. 3. hic. in 6.* a concilio Archiepiſcopali ad Pr matem, *c. 9. placuit. C. 2. qu. 6. c. 3. ſi inter. C. qu. 4. c. 34. Presbyteri. C. 11. qu. 3.*

17. Ad Papam, vt & eius legatum, *c. 1. de offi legati.* omnes appellare poſſunt, etiam intermiſſ mediis, *c. 45. Metropolitanum. C. 2. qu. 7. c. 4. quis veſtrum. c. 5. omnes. c. 6. ad Romanam. 7. ſi quis putauerit. c. 10. ideo huic. c. 11. decre C. 2. qu. 6.* non tamen a ſeculari iudice, (z) ni

(y) quod in illis contingit locis, in quibus appellatio d rigitur ad principem, ipſa tamen cauſa appellation ab eodem collegio *nomine principis* inſtruitur.

(z) & ſic nec ab Epiſcopo, quatenus ſecularem iuriſd ctionem vt *ſtatus Imperii* exercet: ab hoc enim ap pellatur non ad Papam eiusque nuncios, ſed ad au guſta imperii tribunalia, R. I. *de anno* 1654. §. 16 alioquin friuole appellantes banno imperii feriun tur.

is de temporali eccleſiae Romanae iurisdictione ſit. *c. ſi duobus. 7. §. fin. h. t.*

18. Ad Papam tamen ſi facta appellatio, iuxta *formam. c. ſtatutum. 11. de reſcript. in 6.* eius cauſa non in curia Romana debet agitari; ſed in *partibus* ſeu locis litigantium cognoſcenda & determinanda delegari. *c. qua fronte. 25. &* ibi Dd. *hic.* Niſi propter defectum iuſtitiae, aut iuſtum metum ſummo Pontifici probatum, partibus delegari non poſſit. *in Concil. Baſileenſi. §. ſi vero quippiam. de cauſ. in pragmat. ſanct.*

19. Appellari non poteſt a Papa, *c. ipſi ſunt canones. 16. c. cuncta per mundum. 17. cum ibi notat. C. 9. qu. 3. c. omnes. 1. diſt. 22.* ab imperatore, *l. 1. ff. a quib. appell. non licet.* a Principe ſuperiorem non habente, vt Rege Franciae. *c. per venerabilem. 13. qui filii ſunt. legit.*

20. A delegato iudice appellatur delegans, *c. ſuper quaeſtionem. 27. §. fin. de offic. iud. deleg. l. 3. C. de pedan. iud.* ſiue is Papa, *c. ab arbitris. 11. d. offic. iud. deleg. in 6.* ſiue Princeps, *c. ſignificantibus. 49. hic. l. eos etiam. 16. ff. eod.* ſiue alius: praeterquam ſi delegans totius cauſae iurisdictionem ſubdelegato mandauerit. (a) Hoc enim caſu, cum ipſe nihil iurisdictionis ſibi reſerua-

(a) hoc de *mandata iurisdictione* intelligendum, ſi non certa cauſa, ſed vniuerſitas cauſarum mandata eſt, quia ita mandatarius idem habet tribunal, quod mandans.

uarit, non ad eum, ſed eius ſuperiorem, facienda prouocatio. *d. c. ſuper quaeſtionum.* §. *porro. & d. l. 1.* ʃ. *fin. ff. a quibus app. c. cum te conſulente. 18. de offic. iud. deleg. c. ſi delegatus, 7. eod. in 6.*

21. Clericus non debet appellare iudicem laicum, (b) *in princ. & canon. ſeqq. C. 25. qu. 1.* nec Chriſtianus alterius fidei iudicem: *c. 32. Catholicus. C. 2. qu. 6.* niſi ſub eo degat. *c. ſi in adiutorium. 7. diſt. 10.*

22. Appellari poteſt, in quacunque cauſa, ſiue ciuilis ſit, ſiue criminalis; *can. liceat. C. 2. qu. 6. c. cum ſit Romana. 5.* ʃ. *fin. hic. l. & in maioribus. l. addictos ſupplicio. 19. l. ſi quis. 39. C. l. non tantum. ff. eod.* ſiue maior, ſiue minor, *c. de appellationibus. 11. hic. l. litigatoribus. 14. l. & maioribus. l. 25. in fin. C. eod.* niſi expreſſe prohibeatur.

23. Prohibetur appellatio ea, (1) per quam quis impedire conatur, ne teſtamentum aperiatur, & ſic ſcriptus heres in poſſeſſionem non mittatur; *c. fin. §. ſi quis etiam. C. 2. qu. 6. l. 6. C. hic.* (2) Ab eo, quod edicto perpetuo receptum & decretum eſt; *c. con-*

(b) a iudiciis eccleſiaſticis; bene tamen, quando *forum ſeculare* ſortitur. In Gallia tamen receptae ſunt appellationes *ab abuſu*, vt vocantur, ad Regem a iudiciis eccleſiaſticis. CAROL. FEVRET *de abuſu.* P. de MARCA *de C. S. & I. lib. IV. C. 19. ſqq.*

(c)

c. conſuluit. 27. hic. l. 7. ſ. pen. ff. de appell. recip. (3) A poſſeſſione momentanea; (c) *c. fin. §. ſi de poſſeſſion.* C. *2. qu. 6. l. 2.* C. *de Edict. D. Adr. toll. l. vn.* C. *ſi in mom. poſſ. appell.* (4) Ab exſecuſatione, niſi (vt dictum) modus excedatur. *c. quoad conſultationem. 15. de ſent. & re iud. l. ab exſecutione.* C. *quor. appell. non recip.* (5) Ab regularis diſciplinae correctione, *c. ad noſtram. 3. c. reprehenſibilis. §. nec ſubiecti. & §. fin. c. quia nos. 32. hic.* niſi modus excedatur. *c. de priore. hic. c. ſuper. quaeſtionum. §. nos autem. de offic. deleg.* (6) A ſententia interdicti. *c. ad hoc. 37. hic. c. ei qui appellat. §. quoties.* C. *2. qu. 6.* (7) In cauſa fiſci vel tributariae functionis. *d. c. ei qui. §. quoties etiam.* C. *2. qu. 6. l. 4.* C. *quor. app. non recip.* (8) A grauamine futuro; niſi de eo communicatio (d) facta ſit, vel cum per indicia appareat. *c. inter. certa. c. conſuluit. c. cum ceſſante. hic.* (9) Ab electionis confirmatione; *c. conſtitutus.*

(c) Sed ius canonicum, quod praxis vtplurimum ſequitur, etiam ab hac appellationes recipit, *c. 15. X. de reſtit. ſpol. clem. vn. de cauſ. poſſ. & propriet.* quippe quo a quouis grauamine appellare licet. Admittitur tamen appellatio in illa tantum quoad effectum *deuolatiuum, non ſuſpenſiuum.*

(d) forſan legendum *comminatio*, veluti ſi comminatio de *executione* facta ſit, quamuis Belgica cum hac editione rurſus conſpiret.

tus. 47. hic. (10) reſcripti conceſſione. *c. ſi quando, de reſcript. c. ex parte. 4. de aetat. & qual. ordin. l. 1. ff. a quib. app. non lic.*

24. Fieri debet appellatio, vel *illico* a ſententia lata, aut grauamine impoſito, id eſt, iudice adhuc pro tribunali ſedente, aut nondum ad extraneos actus diuertente, *c. poſt appellationem. §. forma, C. 2. qu. 6. l. litigatoribus. 14. C. l. 25. ff. hic.* viua voce, verbo *appello*; vel *intra tempus* a iure conſtitutum, id eſt, hodie, decendium; *Nou. 23. §. 1. Auth. hodie. C. hic. c. concertationi. 8. hic. in 6. c. biduum. §. quod autem. c. anteriorum. C. 2. qu. 6.* a tempore illati grauaminis, de momento in momentum computatum, *d. Auth. hodie. d. c. quoad conſultationem. de re iud.* in ſcriptis poſt viuam vocem, aut ſine ea: (e) *c. appellatione. 9. hic.* inſerta, ſi ab *interlocutoria*, (f) alioue grauamine fiat, appellationis rationabili cauſa, *c. 1. h. t. in 6. c. vt debitus honor. 59. c. interpoſita. c. cum ſpeciali. 51. c. cauſam. h. t.* & addito, exce-

(e) In *ſcriptis* neceſſario facienda ſub poena *deſertionis*, ſi illico haud interponitur: viua voce enim tantum fieri poteſt, ſi *illico* appellatur. Dn. LYNCKER. *deciſ.* 178.

(f) *ſimplici*, quam iudex reuocare poteſt, adeoque vt decernere de reuocatione queat, grauamina ei exponenda ſunt: in *mixta*, quae vim definitiuae habet, grauaminum expreſſio non deſideratur.

(g)

ceptionem ſuam non fuiſſe admiſſam: *c. dilecto filio. 65. h. t.* ſin a *diffinitiua*, neutrum eſt neceſſarium. *c. 1. verſ. is qui & ibi* Gloſſ. *h. t. in 6. c. Romana. §. cum autem. & ibi not. hic.*

25. Poteſt ergo, qui a *definitiua* appellauit, in iudicio appellationis, quas placuerit, grauaminis cauſas proponere, etiam non coram iudice, a quo eſt appellatum, propoſita, item noua inſtrumenta, nouos teſtes, producere, non adducta adducere, non probata probare. *c. conſtitutis. in 2. h. t. c. fraternitatis. de teſtib. c. cum Ioannes. de inſtrum. l. per hanc. C. de temp. appell. c. accedens. vt lit. non cont. non proc. ad teſt. exam.*

26. Qui ab *interlocutoria*, vel alio grauamine extra iudicium, *c. vt circa. de elect, in 6. c. 1. de his quae fiunt a maior. part. Capit. c. bonae hic.* appellauit, ſolam appellandi cauſam expreſſam, non aliam in appellationis iudicio proſequi debet, vt & illud ex *iiſdem* prioris iudicii *actis* terminari & iudicari. *Clem. appellanti. h. t. c. cauſſam. 62. c. ne debitus. h. t.*

27. Appellaſſe cenſetur, qui poſt grauamen illatum, ſe protectione ſuperioris, omiſſo per ſimplicitatem verbo *appello*, ſubmiſit. *c. ad audientiam. 34. h. t.* qui metu appellare prohibitus, intra tempus, quo prouocatur, coram iudice a quo appellare voluit, vel ſi eius copiam habere non poteſt, coram viris probatis, proteſtatione ſuper hoc propoſita, appellationis cauſas, *c. fin. h. t. c.*

fin. de offic. ordin. c. fin. de elect. puta ſi ab interlocutoria (g) appellatio ſit, expreſſit. *l. 2. C. qui per met. iud. non appell.*

28. Appellatione rite interpoſita, appellans *literas dimiſſorias*, quibus ſcilicet cauſa ad eum, qui appellatus eſt, dimittitur, (quae vulgo *Apoſtoli* dicuntur) inſtanter & ſaepius vno contextu, *Clem. quamuis. hic.* intra triginta dies continuos, Gloſſ. *in c. non ſolum. verb. dicendum. hic. in 6.* a lata ſententia numerandos, Gloſſ. *ad c. ab eo. de appell. in 6.* ab eo, a quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, petere debet. Alioqui appellationi ſuae renunciaſſe cenſetur, *d. c. ab eo. 6. hic. in 6. Clem. 2. eod. l. iudicibus. 24. C. eod. l. vn. ff. de libell. dimiſſ.* vt & ſi *Apoſtolos* intra praefixum a iudice terminum non petierit. *d. c. 2. verſ. verum ſi iudex.*

29. Si iudex Apoſtolos dare negat, denegatione ea appellans iterum appellare debet: alioquin iudici conſentire, & appellationem deſerere videretur, & ſententia tranſiret in rem iudicatam. Zabarell. *ad Clem. 1. col. 3. verſ. ex hac Gloſſa. de dolo & contum.*

30. A-

(g) Imo a quacunque: natura enim *proteſtationis* hoc poſtulat, vt cauſae proteſtationis exprimantur. Reuera haec proteſtatio non eſt medium appellandi, ſed appellationem, aliunde impeditam, conſeruandi impediendique, ne fatalia labantur.

(h)

30. Apoſtolis conceſſis, & appellato appellatio inſinuari debet, vt vocatus ad eius iudicium veniat. *Clem. 1. §. eſt tamen. h. t. Clem. cauſam. de elect.* & iudici *ad quem* intra terminum praefixum praeſentari; (h) *c. ſi vero vocatis. §. quod ſi obiiciant. hic. in 6.* alioqui prior ſententia in rem iudicatam tranſit. *c. perſonas. hic.* Gloſſ. *in l. praeſens. C. hic. & c. ſaepe. Ext. hic.*

31. Praefigitur is terminus vel *a lege*, cum lex, vel ſtatutum, certum praeſentandae appellationis tempus praeſcribit; vel *ab homine*, cum iudex, perſonae cauſaeque circumſtantiis perpenſis, illud ſtatuit. Vterque eiusdem effectus, niſi quod terminus *legis* a iudice a quo minui, non prorogari poſſit: (i) *c. ad haec quoniam. hic.* Gloſſ. *in d. c. cum ſit Romana hominis* vero ab ipſo iudice *a quo* (k) intra tempus a ſe praeſcriptum recte prorogatur. Franc. *in d. c. perſonas.*

32. Prae-

(h) vocatur alias *introductio* appellationis, quae fit per exhibitionem *ſupplicationis* pro decernendis proceſſibus appellatoriis, annexo libello appellationis & grauaminum, in quo ſtatus cauſae refertur, grauamina exponuntur, & reformatio ſententiae petitur.

(i) bene tamen a iudice *ad quem* per R. I. de anno 1654. §. 67.

(k) hic enim in apoſtolis exprimere ſolet terminum, intra quem appellatio introduci debeat, cum iure canonico non ſit determinatus. *c. 4. 5. 26. X. h. t.*

32. Praeſentatione facta, ſi iudex, ad quem appellatum, appellationem recipiat, debet appellans iudici a quo, ſuam praeſentationem, vna cum compulſorialibus & inhibitionibus, ſi eas petierit, referre. vt not. *l. Praeſes. C. hic. c. perſonas. & tot. tit. hic.*

33. *Compulſoriales*, ſunt literae, quibus iudex ad quem, poſt appellationis receptionem, iudici a quo mandat, vt acta cauſae ad ſe, intra certum terminum, transmittat; *l. is apud quem.* & Dd. *ibi C. de edend.* vt veritas inquiri & falſitas vitari poſſit. *c. quoniam. de probat.*

34. Quod ſi nolit, mandatis poenalibus per iudicem appellationis, (l) vt edat, poteſt compelli. *d. l. 15. apud quem. vid.* Gail. *lib. 1. obſ. 13. & 134.*

35. Dantur hae literae non ſolum pro edendis actis, ſed & in priuatorum cauſis pro edendis rationibus, inſtrumentis, inueſtituris, ciuitatum ſtatutis. Canon. *in c. 1. de probat.* & Dd. *in l. 1. §. editiones. ff. de edend.*

36. *Inhibitiones* ſunt literae, quibus iudex appellationis iudici a quo prouocatum interdicit, ne appellatione pendente quid in cauſa attentet, innouet, vel vlterius procedat.

37. Eae

(l) quae proinde peti debent, imo & hoc quoque neceſſarium eſt, vt appellans *documentum requiſitionis* ab inferiori iudice petat, quo ſuam diligentiam in requirendis actis demonſtrare queat.

(m)

37. Eae tantum decernuntur ad petitionem appellantis, ſi a ſententia definitiua, aut definitiuae vim habente appellatum: (m) per text. *in c. non ſolum. c. Romana.* §. *ſi vero. hic. in 6.* ſiquidem de appellatione interpoſita, & iurisdictione iudicis appellationis competenti conſtet. *c. paſtoralis.* §. *praeterea. de offic. deleg. d. c. non ſolum.*

38. Non decernuntur, ſi coram iudice appellationis dicatur, non eſſe appellatum, aut non debite, appellationem ad eum defectu iurisdictionis non pertinere; *d. c. Romana.* §. *ſi vero. c. ſuper litteris. de reſcript.* nec in extraiudiciali appellatione; Panorm. *in c. dilecti. num. 4. de maior. & obed.* nec cum tertius pro ſuo intereſſe appellat; Felin. *in c. cum ſuper. num. 11. de iudic.* & Panorm. *in c. in litteris. de reſt. ſpoliat.* nec interdicto retinendae poſſeſſionis; *c. 2. de elect.* Gloſſ. *in d. c. non ſolum. Rot. decimum. num. 1.* nec in cauſſa nullitatis. *c. praeſentium. C. 67. qu. 1.*

39. Appellatione & inhibitione facta, ſi quid nihilo-

(m) in appellatione ab *interlocutoria* tunc demum inhibitiones decernuntur, ſi prius iudex de grauaminum idoneitate ex veritate cognouerit. *c. 3.* §. *quodſi obiicitur, h. t. in 6. R. I. de anno* 1654. §. 93. Imo ante inhibitionem iudex inferior adhuc in cauſa procedere poteſt. *c. 2. de dolo & contum. in 6.*

hilominus innouatum vel attentatum, ſiue a Iudice a quo, ſiue a parte omnino reſcinditur. *c. non ſolum. 7. c. poſt appellationem. §. Vlpianus. C. 2. qu. 6. c. 1. c. ad praeſentiam. 16. c. dilectus. 55. hic.*

40. Appellatio enim deuoluit cauſae cognitionem ad ſuperioris tribunal, maxime vbi ab inferiore eſt admiſſa, (n) *c. ſaepe. §. ſatius. h. t. c. 1. c. non ſolum. 7. eod. in 6.* & ſuſpendit ſententiae exſecutionem, vt & iudicis officium, qui eam protulit; puta regulariter, & ea in cauſſa, & articulo, in quibus eſt appellatum. *c. venientes. 19. de iureiur. c. dilectis. 55. hic. c. licet. de offic. legat. c. ſacro de ſent. excommun. c. paſtoral. §. praeterea c. fin. de offic. legat.*

41. In alia cauſa, quam a qua appellatum, poteſt iudex contra appellantem procedere; *c. cum teneamur. 17. & c. praeterea. 22. h. t.* niſi forſan ea cauſa, in qua non appellatum, ita ei, in qua eſt appellatum, ſit coniuncta, vt ſeparatim, & niſi poſt appellationis deciſionem, tractari & decidi nequeat. (o) *c. ſu-*

(n) quoad *interlocutoriam* ſententiam, in qua alias iudex tam diu procedere poteſt, quamdiu inhibitio haud eſt decreta. *c. 2. de dolo & contum. in 6.*

(o) veluti ſi a *puncto incidente*, qui remoratur cauſae principalis deciſionem, appellatum. *c. 16. X. h. t.* Hoc caſu, ſi prior ſententia reformatur, tota cauſa deuoluitur ad iudicis ſuperioris deciſionem: *c. 59. in f. X. h. t.* ſi confirmauit, remittitur cauſa ad inferiorem, niſi ſponte conſenſerit appellationi, *c. 4. h. t. in 6.*

(p)

c. ſuper eo. 10. eod. c. poſt appellationem. §. ſi quis ex pluribus. C. 2. qu. 6.

42. Non ſuſpendit aliquando, iuſta ratione id ſuadente, appellatio iudicis officium, quin aliquid cum effectu agere poſſit. Nam fructus rei petitae, ſi ab appellante a ſententia a ſe lata diſſipentur, recte iubet ſequeſtrari, *c. fin. de ſequeſtr. poſſ. can. quoties poſt. C. 2. qu. 6.* & ea quae iure, non obſtante appellatione, & ſine praeiudicio eius, executioni poſſunt mandari, recte exequitur. (p) *l. Iudex. l. Paulus. ff. de re iudic. l. diui fratres. ff. de poen. l. 1. ff. ſent. reſc. non poſſe.* Recte etiam in cauſa, a qua appellatum, non diffidita procedit, ſi appellationi renunciauit. *c. conſtitutus. 45. hic.*

43. Is appellationi renunciauit, vel *expreſſe*, deſiſtendo ab appellatione, vt in *c. ei, qui §. ſi quis libellos. C. 2. qu. 6. c. 4. hic. in 6.* quod poteſt, ſi aduerſarii non interſit, (q) & ſumtus in appellatione proſequenda non fecit; aut ſi fecerit, eos ei reſtituat. *c. interpoſita. §. 2. hic.* vel *tacite*; puta Apoſtolos intra triginta dies non petendo, *c. ab eo. 6. 6. vt ſuper. hic. in 6. Clem. 2. eod.* iudicem ad quem

(p) veluti ſi plures ſunt condemnati & quidam appellauerint, quidam ſententiam approbarint; contra hos poteſt fieri executio.

(q) intereſſe autem eius incipit a tempore factae inſinuationis, quia inde ius quaeſitum habere incipit, vt eam perſequi poſſit, altero licet deſiſtente, *c. 59. X. h. t.* ad effectum, vt pinguiorem adhuc obtineat ſententiam. *l f. C. de appell.*

(r)

quem appellauit, intra praefixum tempus non adeundo. *d. c. perſonas. 4. hic.* appellationem intra annum, vel biennium, vel aliud tempus a iudicibus, prout cauſarum qualitas deſiderat, *c. ex ratione. c. oblata. §. ſuperior. c. conſtitutus. h. t.* definitum, non proſequendo: *c. cum ſit Romana. 5. hic: c. directae. 39. eod. c. gratum. de offic. deleg.* & tum aduerſario negligente in expenſis appellans damnatur. (r) *c. reprehenſibilis. 26. c. ad haec. 17. c. peruenit. 28. c. 33. h. t.*

44. Currit hoc tempus appellationis proſequendae a die interpoſitionis eius, aut a die illati grauaminis, vbi a futuro grauamine eſt appellatum. *c. ſicut. 3. hic. in Clement.*

45. Ex eo ſubducitur tempus compromiſſi, ſi quod inter partes interea interceſſit, *c. quamdiu. 4. hic. in Clem. Nouell. 23. §. 1.* nec nocet eius lapſus, ſi mora iudicis ſit extractum; *Nouell. 119. §. hoc. quoque.* ſi ipſe iuſta cauſa impeditus, appellationem proſequi non potuerit. *c. ex ratione. 7. hic.*

46. Non tantum, qui appellationem deſeruit, in expenſis condemnatur, ſed & qui temere appellauit; *c. reprehenſibilis. h. t. c. 1. de elect. in 6.* Abb. *in c.*

(r) remittiturque cauſa ad iudicem inferiorem, vt tamen deferens ob nouum grauamen denuo appellare poſſit, *c. 39. X. h. t.* Sic quoque *tacite* appellationi renunciatum cenſetur, ſi appellans adit iudicem inferiorem, petitque vt grauamen tollat. *c. 54. X. h.*

(s)

in c. inter caetera. h. t. puta ſi de eius *temeritate* indubitato conſtet.

47. Appellans enim, qui in prima inſtantia obtinuit, (s) etiamſi in appellationis cauſa ſuccumbat, non tamen eſt in expenſis condemnandus. Quod ita procedit, ſi ex nouis probationibus, & actitatis ſuccumbat; ſecus ſi ex iisdem, ſeu actis prioribus, (t) *iuxt.* Gloſſ. *in c. ignorantia. de reg. iur. in 6.* Imol. & Hoſtienſ. *in c. finem litibus. de dolo & cont. & tradit.* Mynſing. *obſeru. 89. cent. 2.*

TIT. XXXVII.

DE RECVSATIONIBVS.

Appellationibus affinia ſunt, *recuſatio*, *relatio*, *ſupplicatio*, *in integrum reſtitutio*, de quibus proinde ordine tractabimus.

2. *Recuſatio* appellationi eſt affinis, quia ſicut per hanc receditur ab audientia iudicis, ita per illam.

(s) forſan quod ſententiam primam pro ſe obtinuit, a qua alter ſupplicauit, & ita reformata eſt, vt hic appellare neceſſum habuerit. Ratio huius deciſionis eſt, quod qui ſententiam pro ſe habeat, non poſſit *temerarius* appellans dici.

(t) Saluo tamen arbitrio iudicis: poteſt enim cauſa admodum dubia eſſe, vt etiam hoc caſu *probabilem appellandi cauſam* habuiſſe cenſeatur, ad quam primario in doctrina de *expenſis* reſpiciendum, attendendumque, vtrum grauamina probabilia fuerint, nec ne?

(u)

lam. *c. ſecundo requiris. de appell. c. quod ſuſpecti.* C. *9. qu. 5.*

3. Eſt enim *recuſatio*, iuriſdictionis vel audientiae, cauſa ſuſpicionis propoſita, declinatio. *d. c. quod ſuſpecti. c. ſuſpicionis. de offic. deleg.*

4. Recuſari poteſt tam iudex ordinarius, (u) *c. ſi quis contra. de foro comp. c. placuit.* C. *2. qu. 6. c. peruenit.* C. *11. qu. 1. c. cum ſpecialis. de appell.* quam delegatus; (o) *d. c. ſuſpicionis. c. poſtremo. de appell.* niſi hic ad petitionem partis ſit datus. Is enim, qui eum petiit, ſi non ex noua cauſa oriatur ſuſpicio. *c. inſinuantem de offic. deleg.* recuſare eum non poteſt. *c. induciae* §. *offeratur.* C. *3. qu. 3.* & *c. cum olim. de offic. deleg.*

5. Proponi debet recuſatio ante litis conteſtationem, *c. inter monaſterium. de re iudic.* vel poſt, ſi tum demum ſuſpicionis cauſa oriatur, *c. inſinuantem. de offic. deleg.* in quacunque litis parte; etiam poſt concluſionem, ſi poſt ſuperuenit; *iuxt.* Felin. *in d. c. inſinuantem.* praeſtito tamen a recuſante iuramento, eam de nouo ad eius notitiam perueniſſe. *c. paſtoralis. de exception.*

6. Fieri

(u) de iure Canonico: de iure Ciuili admodum dubium eſt, an magiſtratus ordinarius eiurari potuerit? an vero ſaltim iudices pedanei & delegati?

(o) licet datus ſit cum clauſula *remota recuſatione*, quae tantum operatur, ne facile & temere vt ſuſpectus remoueatur.

(p)

6. Fieri debet ſcripto; quia interlocutoriae, a qua, vt ſupra diximus, in ſcriptis appellandum, comparatur. (p) Angel. Fulgoſ. Salic. *in l. fin. C. de iudic.*

7. Illud (iudici praeſenti exhibendum, *l. apertiſſimi. C. de iudic.*) iuſtam ſuſpicionis cauſam, poſtea probandam, continere debet.

8. Iuſtae cauſae inter alias ſunt: ſi iudex litigatori ſit inimicus; aut amicus, cognatus, affinis aduerſarii; aut ſi in eodem negotio fuerit aduocatus, procurator; vel ipſe cum alio habeat litem ſimilem: ne ius inter alios dicat, quod ſibi dici poſtulat. *d. c. cum ſpeciali. 61. c. cum cauſam quae. 18. de iudic.*

9. An cauſa iuſta ſit, cognoſcit, ſi recuſatur vnus ex delegatis Papae, & clauſula: *quodſi ambo intereſſe non poſſint, alter in cauſa procedat*, adiecta, is qui non recuſatur; (q) ſi ea clauſula non adiecta, arbitri; ſi delegatus Epiſcopi recuſatur, Epiſcopus; *c. ſi contra. de offic. deleg. in 6.* ſi ordinarius iudex

(p) vel potius ideo, quia ſecundum *n. ſq.* cauſae recuſationis exprimendae ſunt. Vnde qui ſe ſimpliciter offert ad *iuramentum perhorreſcentiae*, non exprimendo cauſas, id etiam nuncupatiue fieri poſſe cenſeo.

(q) Virtute huius clauſulae alter ſine altero procedere poteſt, ſi modo ei innoteſcat, alterum procedere non poſſe; id vero hoc caſu certo ſcire nequit, niſi antea de *cauſa recuſationis* cognouerit.

(t)

iudex recuſatur, arbitri. (r) *c. cum ſpeciali. 16. c. ſecundo requiris. 41. de appell.*

10. Qui partibus terminum, ad ſuſpicionis cauſam probandam, aſſignant; iudex recuſatus eos ad cauſam finiendam compellit. *c. ſuſpicionis. de off. deleg. in 6.*

11. Cauſa intra annum non probata, iudex perinde procedit, ac ſi recuſatus non fuiſſet. *d. c. ſecundo requiris. 41.*

12. Ea probata, debet abſtinere, & cauſam alteri committere vel ad ſuperiorem transmittere. *d. c. cum ſpeciali. 16. c. cum te. de off. deleg. c. peruenit. C. 11. qu. 1. c. placuit. C. 2. qu. 6.*

TIT. XXXIIX.

DE RELATIONIBVS.

R*Elatio* appellationi affinis eſt, quia cum ea in effectu conuenit; nam vt appellatione inſtituta nihil eſt innouandum, ita nec ad ſuperiorem relatione facta.

2. Eſt

(r) de iure ciuili hi de ipſa lite cognoſcebant, non de *cauſa ſuſpicionis*, ſi iudex eiuratus erat; *l. 16. & 18. C. de iudic.* ſed iure canon. tantum de cauſa ſuſpicionis. Sed rarius forſan hi hodie eliguntur, poſtquam recuſans ſimpliciter, ſine expreſſione cauſae, ſe offerre poteſt ad iuramentum perhorreſcentiae, *c. 11. de reſcript. in 6. verſ. tum vero.*

(s)

2. Eſt *relatio*, iudicis competentis, de iure ob difficultatem vel eius ambiguitatem, *l. 1. & 2. C. de dilat.* dubitantis ad Papam aut Principem miſſa conſultatio. (s) *c. intimaſti. 68. de appell. c. ſi quid in eccleſia. C. 2. qu. 7.* a Iuſtin. prohibita. *Nou. 185.*

3. Locum habet, cum vel in caſu controuerſo nullum ius expreſſum; vel expreſſum quidem, ſed propter diuerſas interpretum ſententias, dubium aut ſibi ipſi contrarium. (t) *c. paſtoralis. de fid. inſtr. c. literas. de reſt. ſpol.*

4. Fieri debet ante ſententiam definitiuam in ſcripto; proceſſu coram iudice habito, dubitationis articulis & iuribus, quae ipſum perplexum reddant, inſertis. Specul. *in §. qualiter. titul. de relat.*

5. Cuius exemplum partibus edi debet, vt ſi forte relatio alicui minus plena videatur, ſuas apponere rationes & refutatorios libellos Pontifici

(s) In iure nouo ſublata, ſed a pontificibus reducta, quia moris fuit ab antiquiſſimis temporibus conſulere ſedem papalem, grauibus emergentibus dubiis, quod illuſtrat P. DE MARCA *de C. S. & I. lib. 1. c. 10. & tot epiſtolae Pontificum*, antiquitatum refertiſſimae, docent.

(t) Poſtquam ius Romanum ſeculo XII. e tenebris erueretur, nouis & infinitis litibus in foro anſam dedit, quas Pontifex conſultus decidit; ſed plerumque parum feliciter, quia Gloſſarum ineptas ſententias vtplurimum ſecutus eſt.

ci aut Principi offerre poſſit. (u) *c. cum inter. de elect.*

6. Relatione pendente, quae innouantur, vel de cauſae meritis inquiruntur, vel fiunt, irrita habentur. *c. licet. de off. deleg. c. bonae. de poſtulat. Praelat. c. nomen. C. 2. qu. 1. c. denique. C. 6. qu. 3.*

TIT. XXXIX.
DE SVPPLICATIONIBVS.

S*Vpplicatio* appellationi eſt affinis; quia vt haec ad inferioris iudicis ſententiam corrigendam interponitur, ita illa ad mitigandam ſententiae ſeueritatem illorum, a quibus appellari non licet.

2. Eſt ergo *ſupplicatio* quaedam ſuperioris imploratio, aduerſus ſententiam, contra quam ordinarium appellationis remedium non competit. (x) Abb. *in c. ex litteris. in vlt. not.*

3. Eſt

(u) quod iuri ciuili antiquo conforme eſt. *l. f. D. quando appell. ſit l. 1. C. de relat.* Hoc modo facta relatione, maxime ſi ſimul acta transmiſſa ſunt, reſcriptum principis *deciſiuum* ſequitur, quod alter conſenſiſſe videatur in ea, quae relatione ſcripta ſunt. *cit. l. f. l. 6. & 8. C. Theod. de appell.*

(x) Datur tamen adhuc etiam *ſupplicatio* in iudiciis *inferioribus*, vt autor non adeo diffitetur in §. 8. quae intra 10. dies proponitur, coram eodem iudice, etiam in cauſis, in quibus appellare licet.

(y)

Digitized by Google

3. Eſt enim remedium extraordinarium, ex gratia Principis ſeu ſuperioris conceſſum. Abb. *in d. c. ex literis. in vlt. not.*

4. Proinde conceditur tantum ei, cui appellationis remedium ordinarium non competit. Gloſſ. *in d. c. ex literis, in 4. not.* Specul. *tit. de off. omn. iud. §. quae ad. 1. num. 12.*

5. Supplicatur ad eundem iudicem, a quo alias appellare non licet. *Auth. quae ſupplicatio. C. de precib. Imp. offer.* vbi Iaſ. Specul. *de ſupplic. in princ.*

6. Supplicatur tantum in caſibus, vbi remedium appellationis ordinarium ceſſat, Gloſſ. *in d. c. ex literis. in 4. not.* puta propter iudicis vel excellentiam vel priuilegium, non vbi de iure communi appellare non licet. Innoc. & comm. Canon. *in d. c. ex literis.*

7. Fit ſupplicatio, vt appellatio, vel in continenti; vel poſt in ſcriptis. Salic. Iaſ. Gloſſ. *in d. Auth. quae ſupplicatio.*

8. Fieri debet intra biennium, ſi fit ſuperiori, vt principi; *l. vn. C. de ſent. praeſ. praet.* intra decem dies, ſi iudici, (y) *vt in d. Auth. quae ſupplicatio-*

(y) inferiori ſcilicet, quia, vt *lit.* x dictum, etiam hodie in inferioribus iudiciis, imo etiam in conſiſtoriis, adhiberi ſolet, vbi appellatio adhuc ad ſuprema tribunalia permiſſa eſt, vt in Electoratu Hannouerano. Vnde, quae *n. ſq.* traduntur, hodie ad inferiora iudicia, et-

catio. Ita Gloſſ. *in d. c. ex literis. in verb. ſupplicauit.*

9. Intra decem dies ſi facta, ſententia non aliter executioni mandatur, niſi victor tantum reſtituendi, ſi ipſum poſtea ſuccumbere contingat, quantum fuerit in condemnatione, ſatisdationem praeſtiterit. Intra biennium, poſt decem dies, ſi facta ſupplicatio indiſtincte, ſine vlla ſatisdatione, ſit executio. Abb. *in d. c. ex literis.* & Gl. *ib. in verb. ſupplicari.* text *in d. c. Auth. quae ſupplicatio.* Mynſ. *1. obſ. 74.* & *cent. 6. obſ. 74.*

TIT. XL. l. x. 41.
DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE.

R*Eſtitutio in integrum* appellationi eſt affinis, quia vt hac iudicis imperitia vel ſententiae iniquitate laeſo ſuccurritur: ita illa ei, qui metu, dolo, errore, aliaue cauſa excuſationem merente, in captionem incidit.

2. Eſt *reſtitutio in integrum*, in priſtinum ſtatum reductio. (z) *l. quod ſi minor. 25. §. reſtitutio.*

etiam eccleſiaſtica haud ſpectant, in quibus habet effectum *ſuſpenſiuum.*

(z) Ex clauſula generali praetoria, & ſic potiſſimum contra *rem iudicatam* adhibetur. In plurimis tamen iudiciis hodie admittitur etiam contra ſententias intra decem dies ob *noua grauamina*, quae antea in proceſſu nondum vel tacta vel non ſatis excuſſa, quae ante omnia ſunt deducenda, vt ei locus relinqui queat.

(a)

tio. ff de minor. l. vn. C. de reputat. quae fiunt. & c. l. 1 C de ſent. paſſ.

3. Datur ſiue ſententia iudicis, vel alio iudiciali actu, ſiue & contractu alioque caſu, laeſis; *l. 1. & paſſim. ff. de minor. & tot. tit. ff. & C. quibus ex cauſ. maior. c. 1. c. 8. hic. c. 1. eod. in 6* minoribus viginti quinque annis; *l. 1. & tot. tit. C. ſi adu. rem iudic. l. pen. C. ſent. reſc. non poſſe. l. ait Praetor. 7. §. ſed & . ff. de minor.* & eorum exemplo reipublicae, *l. 4. C. quibus ex cauſ. maior. l. 3. C. de iure Reip. lib. 11.* & eccleſiae, (a) *c. 1. & 2. hic.* Gloſſ. *in c. 1. verb. iure minoris. & c. auditis eod. c. quid ergo. C. 23. qu. 4. c. ius publicum. diſt. 1.* etiam contra aliam eccleſiam; (b) *d. c. auditis.* item maioribus viginti quinque annis, ſed his ob iuſtam, doli, metus, *tot. tit. quod vi met. cauſ.* abſentiae, *l. 1. & 2. C. quib. ex cauſ. maior. l. nec non. 28. ff. eod.* erroris, aliamue cauſam, *l. 1. §. 1. quod falſ. tut. l. 2. ff. de reſtit. in int.*

4. Conceditur etiam contra ſummi Pontificis, *c. tum ex literis. 5. cum c. ſeq. h. t. c. ſententiam. C. 35. qu. 9.* adde *c. veniam. eod. qu. 3.* aut

(a) h. e. clericis, praelatis, capitulo, quia talibus laeſis, ſeu in bonis eccleſiaſticis, quia hi iuxta doctrinam Doctorum Romanae eccleſiae dicuntur conſtituere eccleſiam.

(b) Si modo altera de damno vitando, altera de lucro captando certet.

aut Principis ſententiam, *l. minor. 19. §. 1. de minor.*

5. Peti debet intra quadriennium continuum a tempore laeſionis (c) computandum; *c. 1. in princ. cum ſeq. hic. in 6. c. vn. cod. in Clem. l. vlt. C. de temp. in int. reſt.* niſi ob aliquam cauſam, ex qua in integrum reſtitutio decerni ſolet, ea intra hoc tempus non ſit petita, *d. c. 1. verſ. aut alia rationabilis.* niſi iure communi iuuetur laeſus, vt quia ipſo iure non valeat, quod actum eſt: hoc enim caſu quadriennii praeſcriptio non obſtat, *c. vlt. in fin. hic. in 6.*

6. Peragi debet cognita cauſa, & praeſente aduerſario, *l. 3. ff. hic. l. 3. ff. ex quib. cauſ.* aut per contumaciam abſente, *c. cum ex literis. 5. §. tandem deliberatio. h. t. l. in cauſa. ff. de minor.*

7. Eam concedere poſſunt iudices ordinarii adminiſtrationem habentes, (d) & ab eis delegati, ſi ſci-

(c) & quidem *cognitae*, cum *cit. c. 1.* requirat *negligentiam*, quae ignoranti eccleſiae h. e. capitulo & vniuerſitati clericorum imputari non poteſt. Vnde contendunt, quadriennium hoc non currere viuente eo, per quem eccleſia laeſa eſt, ſi demum poſt eius mortem notitiam laeſionis accipiat. Hac impetrata, contra lapſum quadriennii reſtitui nequit, quia alioquin nunquam reſtitutio finiretur, & fruſtra hic terminus ei foret praefixus.

(d) Pontifex in *c. 9. cit.* hanc deciſionem petiit ex *l. f. C. vbi & apud quem cognit.* in qua re iudices, *admi-*

ſcilicet ſpecialiter ea cauſa ipſis delegata ſit, vel alii cauſae delegatae incidat. (e) Non delegati ab ordinariis adminiſtrationem non, ſed tantum iudicandi facultatem, habentibus, (f) non arbitri compromiſſarii. *c. cauſa. 9. h. t. l. 3. C. vbi & apud quem &c.*

8. Eam ſi ſemel alicui in alio iudicio denegarunt, praeterquam ad appellationem omiſſam, amplius concedere non debent; niſi ob nouas defenſiones. *c. fin. h. t.*

9. Ea ſi conceſſa, ſi contra ſententiam, cauſa ex integro agitur: *l. 1. C. adu. rem. iud.* ſin contra contractum aliumue actum, (g) res retractatur, & in

---

miniſtrationem habentes, maiores intelliguntur, quibus olim duntaxat reſtitutio conceſſa, minoribus vero denegata erat, quod hic applicatur ad Epiſcopos alioſue praelatos. Vnde forſan dubium eſt, an Archidiaconi reſtituere poſſint? ſane in noſtris foris ***ſecularibus & eccleſiaſticis*** reſtitutio cohaeret iurisdictioni.

(e) ita vt non ſeparato proceſſu, ſed ***incidenter*** tantum in cauſa principali de ea iudicandum ſit.

(f) h. e. qui non vniuerſam dioeceſin adminiſtrant, ſed tantum in particularibus diſtrictibus iudicandi facultatem habent. Sed dubito, an hodie etiam in foris pontificiorum reſtitutio ita reſtringatur?

(g) modo retractari poſſit ſecundum principia iuris canonici. Nam (1) non datur contra matrimonium, quod indiſſolubile eſt. (2) contra contractus iuratos, per ***auth. ſacramenta puberum. C. ſi adv. vend,*** quae ex principiis iuris canonici eſt deſumta.

in priſtinum ſtatum reponitur, ita vt vnusqui que, tam qui reſtituitur, quam alius, contra que reſtitutio poſtulata, *c. generalis. diſt. 45. c. ſuam. poenit* ius ſuum integrum recipiat. *l. quod ſi min 25 §. pen. ff. de minor. l. vn. C. de reputat. quae ſiu l. 1. & 2. C. ſi adu. transact.*

10. Tempore ſi quis ſe laeſum dicit, non fiet t tius temporis reſtitutio, ſed eius tantum, quan ſe laeſum probat. *Clem. vn. in fin. hic.*

11. Pendente cauſa reſtitutionis, nihil innoua debet, ſed, donec ea ſit finita, omnia in ſuo ſta manere: *l. vn. C. in int. reſt. poſt.* niſi reſtitutio co tra ſententiam petita malitiae & tergiuerſatio ſuſpicione laboret; tum enim ſententia executi ni mandatur, praeſtita tamen ab aduerſario ca tione idonea de reſtituendo eo, ſi ſuperatus in r ſtitutione petenda fuerit, quod medio tempo ſententiae ipſius occaſione percipiet. *c. ſuſcita. 6. hic.*

12. Quod omne iudicis arbitrio committit *d. c. ſuſcitata, 6.*

TIT. XLI. II. x. 30.

DE CONFIRMATIONE VTILI, VEL INVTILI.

SEquitur de confirmatione vtili, vel inuti quia aliquando ſententia per appellation ſuſpenſa, per ſuperiorem vel inferiorem iudic confirmatur.

2.

2. Eſt *confirmatio*, actus legitimi vel canonice celebrati per ius confirmandi habentem, ex certa ſcientia & cauſa cognita facta corroboratio. *c. ſtuduiſti. de offic. deleg. & c. bonae memoriae. 3. hic.*

3. Fit vel *a lege*, cum ea ex cauſa ius conſtitutum firmat; vt ex lapſu fatalium, neglectu vel deſertione appellationis ſententiam firmat, eaque in rem iudicatam tranſit: *c. cum ſit Romana. de appellat. Clem. ſicut appellationem. eod.* vel *a iudice* ſuperiore & inferiore ordinariam aut mandatam iurisdictionem habente. *c. de confirmationibus. c. examinata. h. t. c. 2. de reſcript.* Ab inferiore, cum, ob appellationem deſertam, ſuam; a ſuperiore, cum inferioris ſententiam confirmat: non contra, *c. innotuit. de elect. c. cum inferiore. de maior. & obed. c. inferior. diſt. 21.* vel *a quouis Praelato* pro ratione dignitatis, qua aliis praeeminet. *c. nihil eſt. de elect. c. ad noſtram. c. fin. h. t.*

4. Confirmantur non tantum actus iudiciales, *Auth. ei qui appellat. C. de temp. & reparat. appell.* ſed & actus Canonici; vt ſunt electio, inſtitutio, praeſentatio, collatio, &c. *c. ex inſinuatione. de procurat. & c. poſtquam. de elect.* item actus legitimi; vt ſunt adoptio, acceptilatio, tutoris datio, &c. *vid. l. actus legitimi. ff. de diu. reg. iur.* Non actus iuris gentium, (h) qui voluntate

(h) h. e. non indigent confirmatione, ſed ex conſenſu con-

tate partium nituntur; vt ſunt, emtio venditio, locatio conductio, &c. niſi partes confirmationi conſentiant, Pontifex eos de plenitudine poteſtatis ex certa ſcientia confirmet. *arg. c. quia diuerſitatem. de conceſſ. praebend.* Item confirmantur priuilegia, *c. inter dilectos. de fid. inſtr.* beneficia, *c. ad noſtram. hic.* poſſeſſiones, *c. dudum. de decim.* arbitria, compoſitiones, transactiones. *c. fin. & c. examinata. hic. c. fin. de transact.*

5. Fieri debet confirmatio, ex certa ſcientia, cum cauſae cognitione, (i) ad petitionem partis, ſi ea alii poſſit praeiudicium afferre. (k) *c. 1. de transact. c. venerabilis. hic.*

6. Ea conceſſa vel *ius tribuit*, vt in confirmatione electionis datur adminiſtrandi poteſtas: *c. transmiſſam. de elect.* de beneficio, per Pontificem ex

contrahentium ſubſiſtunt. Vnde ſi vel maxime iudicialiter confirmantur, ea confirmatione maius robur iis non conciliatur, ſed ſi aliunde vitium habent, non obſtante confirmatione irritari poſſunt. Breuiter: *confirmatio* vel eſt neceſſitatis, & eo caſu actui conciliat valorem, qui ſine confirmatione ſubſiſtere nequit: vel eſt *liberae voluntatis*, & hoc caſu nouum robur actui non conciliat.

(i) Si eam lex requirit: ſunt enim actus, qui requirunt *confirmationem* iudicis, ſine cauſae cognitione, vt ſi pater filio naturali vel emancipato tutorem dederit, *l. 1. §. 2. de confirm. tut. vel curat.*

(k) Vnde quoque ad eam citandi ſunt omnes, quorum intereſt, vel qui ius contradicendi habent; non citatis confirmatio talis non praeiudicat.

(l)

ex certa ſcientia, & cum cauſae cognitione confirmato, praeterPontificem, & cui is ſpecialiter commiſit, nemo cognoſcere poteſt. *c. quoniam Abbas. de offic. deleg. c. veniens. de teſt. c. Raynutius. de teſtam.* Vel *ius conſtitutum* tantum *declarat & conſeruat. c. praeceptum. diſt. 12. c. quia intentionis. de priuileg.*

7. Priori modo conceſſa, petitionem alterius & iudicis cognitionem remoratur, non poſteriori modo; in forma, puta communi, conceſſa. (l) *c. quia diuerſitatem. de conceſſ. praebend. c. conqueſtis. C. 11. qu. 3.*

8. Sed haec obtinent, ſi confirmatio ſit *vtilis*, id eſt, ſi valet; non, ſi *inutilis*.

9. *Inutilis* eſt, quae per ſubreptionem, *c. 2. hic*, vel obreptionem, *c. ad noſtram. hic.* impetrata.

TIT. XLII.
DE IVDICIIS EXTRAORDINARIIS.

HActenus diximus de iudiciis ordinariis: reſtat, vt & de extraordinariis ſeu ſummariis aliquid dicamus.

2. *Iudicium extraordinarium* ſeu *ſummarium*, quando non in figura iudicii, ſed ex iudicis officio, per modum inquiſitionis, (m) vel denunciatio-

(l) ſine ſpeciali cauſae cognitione, vt in contractibus confirmandis fieri ſolet.

(m) Vnde etiam proceſſus inquiſitorius *ſummarius* eſſe dici-

tionis, vel alias de plano ex aequitate proceditur. *c. ſuper his. & c. qualiter. de accuſat.*

3. In eo ergo, nec ſolennis libelli porrectio, nec litis conteſtatio eſt neceſſaria. Tempore feriarum ob hominum neceſſitates conceſſarum iudex poteſt procedere, dilationes, exceptiones, (n) appellationes dilatorias & fruſtratorias repellere, teſtium ſuperfluam multitudinem refraenare; terminum ad ſimul poſitiones & articulos dandum praeſcribere; ad omnia acta & monumenta, quibus partes in cauſa poſt articulorum dationem vti volunt, diem certam pro labitu aſſignare; ſtans vel ſedens, etiam concluſione non facta, ſententiam proferre. *Clem. ſaepe. de verb. ſign.*

4. Sic proceditur in cauſis electionum, poſtulationum, vel prouiſionum, dignitatum, perſonatuum, officiorum, praebendarum, decimarum, matrimonii, vſurarum, & ſimilium. *Clem. 2. de iudic.* (o)

FINIS LIBRI TERTII.

IV-

dicitur, ad ſolennia *accuſationis* haud adſtrictus, ſed etiam iudex quandoque in aliis quam criminalibus cauſis, ex officio procedere poteſt, de quibus egi diſſ. de *iudice ex officio procedente, c. II.*

(n) altioris indaginis ſcilicet; non omnes enim reiiciuntur.

(o) Praeter has huc referuntur cauſae paruae, ruſticorum, publicae, alimentorum, moram non ferentes, mercatorum, nauticae, executiuae, cambiales &c.

(p)

IVRIS CANONICI,

PER

APHORISMOS

Strictim

EXPLICATI

LIBER QVARTVS.

Tit. I.

DE DELICTIS.

HActenus de iudicio ciuili: nunc ad *criminale* transgrediamur, in quo de crimine ſiue delicto, publicae diſciplinae cauſa, agitur.

2. Nam, licet ius Pontificium poenarum atrocitatem exhorreat, praeſertim quibus de ſanguine & vita hominis agitur, tamen, vt mali coerceantur, & boni inter malos quieti viuant, *c. non fruſtra. C. 23. qu. 5.* certas adinuenit poenas, quibus ſontes, citra ſanguinis vindictam,

au-

Google

aut membrorum debilitationem, plecti poſſint. (p)

3. Suſtulit etiam hoc ius diſtinctionem iuris ciuilis inter priuata delicta & publica; & omnia voluit publica eſſe. (q) *per Gl. in c. infames. in verb. fures. C. 4. qu. 1.* Hoſtienſ. *in c. ſtatuimus. de malef.*

4. De-

(p) In vniuerſum doctrina haec nata eſt ex conceptu de *ſatisfactione* & *poenitentia eccleſiaſtica*. Olim Epiſcopi in quaeuis delicta & peccata inquirebant tantum in hunc finem, vt lapſis poenitentiam imponerent, eosque ita, vt credebant, conuerterent. Neque enim peccatum remitti poſſe cenſebant, niſi DEO ſatis factum eſſet. Inde inquirebant *ex officio*, tanquam cenſores eccleſiaſtici, in quaeuis crimina, ſed citra proceſſum forenſem; tandem vero etiam hunc adhibuerunt, & forum criminale exſtruxerunt. Hoc facto cum iudice ſeculari non leues contentiones ſubortae, relatae ab ESPENIO *P. III. iur. eccleſ. tit. 4. c. 1.* quae tandem dederunt cauſam, vt fieret diuiſio delictorum, & quaedam *eccleſiaſtica*, quaedam *ſecularia*, quaedam *mixta* dicerentur. Interim *lib. V.* decretalium adhuc more *diſciplinae antiquae eccleſiaſticae* conceptus eſt, & quaeuis crimina complectitur.

(q) eo ſenſu, quod omnia ad cenſuram Epiſcopi pertineant, & in ea inquirere *ex officio* poſſit ad effectum poenitentiae agendae. Id ipſum vero poſtea ad fora ſecularia quoque tractum fuiſſe videtur.

(r)

4. Delicti ſiue criminis nomine hic venit non ſolum dolo mālo admiſſum, ſed damnum, culpa, licet leuiſſima, datum. *c. fin. de iureiur.* (r)

5. Oritur delictum ex ipſa re, id eſt, maleficio, *l. 4. in princ. ff. de oblig. & act.*

6. Cogitatione ſola conceptum delictum a iure non coercetur. *c. cogitationis. qu. 3. de poenit. diſt. 1.*

7. Delicta, quae hoc iure conſiderantur, ſunt vel *quarumcunque perſonarum*, vel *certarum*, vt *puerorum*, *clericorum*.

8. *Quarumcunque perſonarum* crimina committuntur contra decalogum, eiusque vel *tabulam primam*, vel *ſecundam*.

9. Contra primam; *Simonia*, *Iudaiſmus*, *Saraceniſmus*, *Haereſis*; *Schiſma*, *Apoſtaſia*, *Anabaptiſmus*. (s)

10. Contra ſecundam; *homicidium*, contra praeceptum ſecundum: *adulterium*, & *ſtuprum*, contra praeceptum tertium: *furtum*, tam *qualifica-*

(r) quia etiam hoc *peccatum* inuoluit, ob quod *poenitentia* imponitur. Nam non *quoad publicam vindictam*, ſed quoad hanc de delictis hic agitur, ſi exceperis (1) delicta, quae poſtea vocari coeperunt *eccleſiaſtica*, (2) *mixta*, (3) clericorum crimina & exceſſus, qui variis modis in iure Canonico exercentur.

(s) Horum cognitionem *priuatiue* ſibi vindicant iudicia eccleſiaſtica, quia haec ipſa poſt ſeculum XII. vocata ſunt *eccleſiaſtica*.

(t)

ſicatum, quam *ſimplex*, contra praeceptum quartum: *falſum*, contra praeceptum quintum. (t)

11. *Certarum perſonarum* crimina ſunt: *calumnia* in crimen deferente; *colluſio*, in accuſato de crimine & accuſatore; *venatio*, *percuſſio*, *maledictum*, *miniſtratio*, in clerico; *exceſſus officii* in Praelato.

12. De his omnibus ordine tractabimus.

TIT. II. V. x. 3.

DE SIMONIA.

SImoniae crimen (a Simone Mago, qui primus in nouo teſtamento hoc ſcelus (u) admiſit, dictum, *c. qui ſtudet. C. 1. qu. 1.*) tunc ad-

(t) haec dicuntur *ſecularia*, quia vindictae publicae ſubſunt, ſed tamen etiam quoad effectum *poenitentiae* ad iudicem eccleſiaſticum ſpectant. Vnde abſolutus in foro ſeculari non ſtatim abſolutus cenſetur in foro eccleſiaſtico.

(u) Ita cenſuere patres & pontifices, maxime in redemtione *officiorum ſacrorum*, quibus accedit *ordinatio*. Per hanc enim tradi Spiritus S. ordinatis aſſerunt ſuſtinentque, & conſequenter ſi pretium interuenit, contrahi commercium de *dono ſpirituali*, ſeu *actuali* Spiritus S. virtute, concludunt. vid. diſſ. *de inuolucr. Simon. delect. C. I.* Sed vero, quaecunque demum ſpecies ſimoniae effingatur, non illud tamen ſcelus continet, quod Simon magus commiſit. A qui-

admittitur, cum aliquid pro rebus ſpiritualibus (x) exigitur, vel promittitur.

2. Res ſpirituales intellige non tantum proprie, vt conſecrationes, benedictiones, Sacramentorum diſtributiones, ordinationes, & quae habentur *in c. non ſatis. & c. cum in eccleſiae. 9. c. nemo. 14. c. ea quae. 16. hic.* ſed & res temporales ſpiritualibus adnexas, vt praebendae. (y) *c. ſi quis obiecerit. C. 1. qu. 3.*

3. Eſt

A quibusdam ex pia intentione, a quibusdam ex ſtupiditate, denique ab aliis etiam mala mente haec doctrina eſt propagata, & defenſa.

(x) Simon magus dona miraculoſa Spiritus S. quae *magica* eſſe credebat, nec tamen pretio comparari, aliisque conferri aut communicari poterant, comparare intendebat. Aſt quae hic *ſpiritualia* dicuntur, non ſunt *dona Spiritus S.* ſed pretio comparari poſſunt, vt inductione omnium ſpecierum liquet, quas recenſui in *cit. diſſ. c. 1.* §. 23. *ſqq.* Neque etiam qui officium S. redimit, dona Spiritus S. redimere intendit, ſed officium, eique annexa commoda, iura &c. quae vtique pretio comparari poſſunt, licet non *honeſte & licite* comparentur. Non eſt in hoc facto SIMONIS ſcelus, ſed crimen *ambitus eccleſiaſtici*, Romae ſicuti olim, ita adhuc hodie maximè familiare. vid. Dn. IAEGER. *de ſimon. curiae Romanae.*

(y) Imo *bona ſimpliciter eccleſiaſtica*, adeo vt haec vendens committere dicatur ſimoniam, quod vendat *dona DEI.* Sed ita quoque qui agrum ſuum vendit, ſimoniam committit, quia omnia bona noſtra ad *dona DEI* referenda ſunt. vid. VRBANI II. *epiſt. 17. ad Lucium.*

Kk (z)

3. Eſt *Simonia* vel *conuentionalis*, cum aliquid datum eſt, vel de dando conuenit; *c. 2. de confeſſ. c. nonnulli. C. 1. qu. 1.* Vel *mentalis*, cum nullum factum interceſſit, ſed ſola praua dantis aut recipientis mens & intentio. *c. tua nos. 24. c. vlt. hic. c. ex multis. C. 1. qu. 1.*

4. Haec nulla poena a iure coercetur; ne quidem reſignationis aut reſtitutionis, cum cogitationis poenam nemo patiatur, ſcilicet quoad forum exterius; proinde ſufficit eam expiari per poenitentiam coram Deo.(z) *c. vlt. hic. iunct. c. cogitationis de poenitent. diſt. 1.*

5. Contrahitur *conuentionalis Simonia*, non tantum cum pecunia ipſa pro re ſacra datur, recipitur, promittitur; ſed & cum dans a lingua, vel manu, vel obſequio recipientis munus exigit, *c. ſunt nonnulli. C. 1. qu. 1.* Gloſſ. *1. in Sum. 1. qu. 1.*

6. Munus a lingua, eſt fauor, munus a manu, eſt pecunia, munus ab obſequio, eſt ſeruitus indebite praeſtita. *d. c. ſunt nonnulli. 114.*

7. Pecuniae appellatione intellige, quicquid homines poſſident: *c. totum quicquid. C. 1. qu. 3.* ſiue ſit res corporalis, mobilis vel immobilis; ſiue incorporalis. *l. pecuniae nomine. 222. ff. de verb. ſignif.*

8. Quod

(z) et *ſacerdote*, cui hoc manifeſtandum, vt condignam imponat poenitentiam.

(a)

8. Quod ſponte, ſine promiſſione, pacto, conditione, animo permutandi pro re ſpirituali, eique annexa, offertur, recipi, absque ſcrupulo ſimoniacae prauitatis, poteſt. (a) *c. tua nos. §. ſi vero. h. t. c. etſi quaeſtiones. §. qui autem. c. veniens. c. ex tuae. c. fin. eod.*

9. Ad cognoſcendam enim Simoniam, conſiderandum eſt, quid, *c. ſerui. diſt. 19.* quale, *c. pen. & vlt. diſt. 49.* a quo, *arg. c. in grauibus.* C. *3. qu. 8.* pro quo, *c. dictum eſt.* C. *1. qu. 1.* qua intentione, *c. in ſcripturis.* C. *8. qu. 1. c. officii. de elect.* quantum, *c. Ananias.* C. *15. qu. 1.* offeratur. (b) *vid. c. etſi quaeſtiones. h. t.*

10. Accuſare Simoniae quilibet catholicus poteſt; *c. dominus h. t.* licet ſit ſeruus, etiam

---

(a) Huc pertinent *iura ſtolae*, pro abſolutione, baptiſmo, precibus publicis, benedictione ſacerdotali &c. Neque enim horum honorariorum oblatione id agitur, vt haec ſacra, tanquam venalia, emantur, ſed in *ſuſtentationem miniſtrorum eccleſiae*, ad quam ſinguli obligati ſunt, offerantur. Si haec honoraria crimen habent, etiam praebendae ab eo non ſunt vacuae, nec ſalaria paſtorum, quae illis pro opera ſacra, praeſtantur. Hoc tantum ſupereſt diſcrimen, quod illa pro opera *definita*, haec pro *indefinita*, ſoluantur. PAVLVS vero nullum in his crimen agnoſcit. *1 Cor. IX.*

(b) peccari vtique poteſt in *modo*, ſi quis nimis *auare* illa exigit, ſed ſi vel maxime in *modo* peccatur, non eſt ſimonia, ſed ſordidum auaritiae peccatum.

iam dominum: criminoſus, meretrix. *c. tanta. 7. h. t.* (c)

11. Teſtes, de Simonia teſtimonium reddentes, repelli non poſſunt, niſi exceptionibus, quibus probatis appareat, eos malignitate potius, quam iuſtitiae zelo adductos, teſtificari. *l. licet. Heli. 21. circ. fin. hic.*

12. Accuſari de Simonia poteſt tam dans, quam accipiens, *c. non ſatis. 8. §. vnde quisquis. c. veniens. 19. c. dilectus. 30. verſ. tam in dantes. c. conſulere. 38. c. ſicut. 39. fin. c. quoniam. 40. verſ. tam recipiens. X. h.* item is, pro quo ſciente & conſentiente alius dedit: *c. Matthaeus. 23. c. ſicut tuis. 33. verſ. niſi poſtea. eod.* non is, pro quo ignorante aut inuito dedit alius, aut promiſit. *c. nobis fuit. eod.*

13. Accuſatus interim, donec de veritate conſtiterit, Miſſarum ſolennia celebrare prohibetur. *c. accuſatum. & c. ſeq. h. t.*

14. Conuicti de Simonia varie puniuntur, pro varia inter Simoniacos diſtinctione. Nam alii ſimoniace ordinantur a Simoniacis, alii ſimoniace a non ſimoniacis, alii non ſimoniace a ſimoniacis. *c. ſta-*

(c) comparatur hoc crimen ex principiis iuris canonici crimini laeſae maieſtatis, maxime quod circa *redemtionem officiorum publicorum* committitur. Argumentum trahunt ex *l. 31. in f. C. de Epiſc. & cleric.* ſed inane, iudice ZIEGLERO *de Epiſcop. c. V. §. 61.*

(d)

ſtatuimus vt ſicut. 107. ſ. vlt. & canon. ſeqq. C. 1. qu. 1.

15. Simoniace ordinantes vel ordinati, vt & mediatores, *c. ſi quis Epiſcopus. C. 1. qu. 1.* deponuntur; (d) *c. conſulere. 38. hic. c. quos conſtiterit. 6. & c. ſtatuimus decretum. 108. C. 1. qu. 1.* fructus, quos perceperunt, ſub periculo animae reſtituere obſtringuntur, *c. 2. extr. com. h. t.* excommunicantur, nec niſi a Pontifice abſolui poſſunt; *c. quicquid. C. 1. qu. 1. c. reperiuntur. §. fin. c. ſi quis Epiſcopus. ſ. fin. c. qui ſtudet. C. 1. qu. 1. d. c. 2. Extr. com. h. t.* pecunia data aut accepta reſtituitur, *c. ſi quis dator. C. 1. qu. 3.* id eſt, confiſcatur. Gloſſ. *in d. c. ſi quis dator.* ſi non reſipiſcant, ſed in hoc crimine perſeuerent, perpetuo anathemate feriuntur. (e) *d. c. ſi quis dator. c. conſtiterit. & c. ventum eſt. C. 1. qu. 1.*

16. A Simoniacis, licet non ſimoniace, ordinati, tamen deponuntur; niſi probent, ſe, cum ordinarentur, neſciuiſſe, eos eſſe Simoniacos, eosque pro Ca-

(d) & patroni venales parochias habentes, iure ſuo priuantur, idque propter abuſum, qui *iuris priuationem* inducit.

(e) Adulatores excipiunt Papam, quod hic ſimoniam committere haud dicatur, tanquam omnium beneficiorum dominus, contra quos calamum ſtrinxit. IO. LAVNOIVS *tr. de veneranda eccleſiae Rom. circa ſimon. tradit.*

Catholicis in eccleſia fuiſſe habitos. (f) *c. de ſimoniace. 22. hic. d. c. ſtatuimus decretum. 108. cum can. ſeqq.*

17. Monachus ignorans per Simoniam in monaſterium receptus, (g) poſt monaſterii a ſe factam abdicationem, ad idem monaſterium reducitur, vel in alio eiusdem ordinis collocatur, *c. de regularibus. 25. hic.* ſciens, ad arctius monaſterium transfertur. *d. c. de regularibus.*

18. Monialis, hoc caſu monaſterio exturbata, in locum regulae arctioris, ad agendam perpetuam poenitentiam, retruditur. *c. quoniam. 40. eod. & c. de regularibus.*

19. Pecunia aliquid ab eccleſia qui redemit, & qui ab eo accepit, & qui pro eo interceſſit, infamia notantur. *c. vlt. qu. 3.*

TIT. III. V. x. 4.
NE PRAELATI VICES SVAS, VEL ECCLESIAS SVB ANNVO CENSV CONCEDANT.

SEquitur de conceſſione iurisdictionum & eccleſia-

(f) Simoniaci, qui antea hoc crimen commiſerant, ſunt *ipſo iure* irregulares, vt etiam ordinatio, quae poſtea ab iis citra ſimoniam facta eſt, crimine non careat.

(g) nam etiam qui pro *ingreſſu in monaſterium* pecuniam dat, ſimoniam committere dicitur. *c.* 8. 25. 30. *X. h. t.* ESPEN. *diſſert. de ſimon. circa ingreſſ. relig.*

(h)

ſiarum ſub pretio vel annuo cenſu; quia ſimoniae ſpecies eſt: *arg. c. ex multis. C. 1. qu. 3.* puta ſi Praelatus certam pecuniae ſummam accipit, lucrum vero totum, vel eius partem, is, cui conceſſio facta; *arg. c. ex multis. C. 1. qu. 3. c. 2. & 3. hic.* non ſi praelatus certo ſalario alicui, vt iurisdictionem exerceat, quia ipſe fortaſſe infirmus, abſens, *c. peruenit. de appell. c. de rectoribus de cleris aegrot.* conſtituto, totum lucrum recipiat. (h) *c. militare, 5. C. 23. qu. 1.*

2. Quo caſu nec praelatus peccat, quia Epiſcopalem iurisdictionem exercentibus ſalarium dare poteſt: *c. caritatem. C. 12. qu. 2.* nec qui operas ſuas ſpirituales locat, ſi aliunde ſumtus non habeat; *c. duces. C. 1. qu. 1.* quia qui altari ſeruit, de altari viuere debet. *c. ſecundum Apoſtolum. de praeb.*

3. Aliter ſi Praelati iurisdictionem, ſuam & eccleſiarum regimen, vt dictum, concedant; quia, cum ius ſpirituale, id eſt, iurisdictionem, quae ſpiritualis eſt, vendant, *c. ex multis. C. 1. qu. 3.* ſimoniam committunt, *vt not. in c. ſi quis Epiſcopus. C. 1. qu. 1. c. ſaluator. C. 1. qu. 3.* & propterea poenis canonicis in ſimoniacos conſtitutis ſubiacent. *c. 2. h. t.* Proinde Epiſcopus, ſi id commiſit, poteſtate

(h) Minus honeſtum eſt, locare pro *certa mercede* iurisdictionem quamcunque, ob multa incommoda, quae inde ſequuntur; magis licitum vero officialibus certum ſalarium conſtituere.

ſtate conferendi priuatur; *c.2. h. t.* ſi eo ſciente & diſſimulante a ſubditis perpetratum, Canonicae poenae ſubiicitur, *c. 2. eod.* id eſt, duobus menſibus excommunicationi ſubiacet, *c. quicquid. C. 1. qu. 1.* ſi Epiſcopo ſubditus, eo ignorante, id commiſit; ſi Presbyter, quatuor menſium excommunicatione plectitur; ſi Diaconus, trium; ſi Subdiaconus vel alius clericus, arbitraria poena & excommunicatione plectitur. *d. c. quicquid.*

4. Qui vices Praelati, vel eccleſiae adminiſtrationem, pretio dato, & annuo cenſu conſtituto, ſuſcepit, officio ſuſcepto priuatur, *c.1. h. t.* & a clero remouetur. *d. c. eod.*

5. Fructus eccleſiarum & obuentiones temporales ementes & vendentes (i) his poenis non ſubiacent, quolibet enim alienationis titulo diſtrahi poſſunt. *c. fin. h. t.*

TIT.

(i) An huc referendi quoque ſunt praebendarum redemtores? quod negant, quia per *indirectum* officium ſacrum, canonia ſcilicet, emitur, & ſic talem contractum nullum eſſe iudicat CARPZ. *lib. II. I. C. def.* 312. Interim hodie quotidie fiunt reſignationes in fauorem tertii pro certo *bonorario*, quo pretium palliare vtplurimum ſolent. Haec parum *boneſte* fiunt; ſed in noſtris eccleſiis non adeo *nulliter* agitur.

(k)

Tit. IV. V. x. 28.
DE MAGISTRIS ET NE ALIQVID EXIGATVR PRO LICENTIA DOCENDI.

Simoniae ſpeciem prae ſe fert, Abb. *in c. 1. h. t.* licet proprie Simonia non ſit, Innoc. *in c. eod.* cum docendi licentia pro pecunia conceditur.

2. Qui docendi munere fungitur, *Magiſter* vocatur, eo quod magis quam alii monet ac monſtrat. *l. cui praecipua. 57. ff. de verb. ſignif.*

3. Talis debet in qualibet eccleſia Cathedrali, imo & alia, cuius ſufficiunt facultates, a Praelato cum Capitulo, aut maiori & ſaniori eius parte, conſtitui, eique de beneficio (quo fruiturus quamdiu in docendi perſtiterit munere, *c. quia nonnulli. §. aſſignetur. hic.*) proſpici, vt Clericos & pauperes in humanioribus literis aliisque facultatibus gratis doceat. *c. quia nonnullis. 4. §. verum. c. prohibens. §. ſane h. t.* (k)

4. Te-

(k) Hodie *Scholaſtici* dicis gratia in Cathedralibus eccleſiis conſtituuntur, munere ad Academias translato. Olim enim tum in *capitulis*, tum in *monaſteriis* ſcholae erant, quibus *ſcholaſticus* canonicus praeerat, cui certa erat praebenda conſtituta, quae adhuc hodie durat. Quin vero haec praebenda, ex maiorum primordiali inſtituto, Profeſſoribus Academicis commode & licite applicari poſſit, nullus dubito.

 (l)

4. Tenetur enim eccleſia, ſicut pia mater, neceſſitati eorum prouidere, qui parentum opibus non poſſunt iuuari. *c. quoniam. c. qui nonnulli. eod.*

5. Qui docenti licentiam vendit, aut idoneae perſonae licentiam docendi petenti interdicit, ne doceat, beneficio eccleſiaſtico priuatur. *c. 1. & tot. tit. hoc.*

TIT. V. V. x. 6.
DE IVDAEIS.

IVdaeos hic dicimus non ſecundum carnem, ſed ſecundum fidem, id eſt, non eos qui ſunt ex natione Iudaica (tales enim poſſunt eſſe Chriſtiani;) ſed eos qui veteri teſtamento, ad literam ſuperſtitioſe intellecto, fidem habent; nouum vero reiiciunt. *c. Martha. §. caeterum. de celeb. Miſſar. & c. translato. de Conſtit.*

2. Hi aliquando *eodem cum Chriſtianis iure* vtuntur, aliquando *deteriori.*

3. *Eodem iure:* in contractibus, matrimoniis (l) le-

(l) quoad *bigamiam* & prohibitionem graduum, non quoad ea, quae ex conceptu de *ſacramento matrimonii* fluunt. Vnde facilius eorum matrimonia diſſoluuntur, diuortiorum cauſa mere ſecularis habetur, imo in *poena bigamiae* remiſſior debet eſſe magiſtratus, quippe quae ex *ſacramento matrimonii* fluit.

(m)

leges Chriſtianorum ſequuntur. *l. nemo Iudaeor.* 7. *C. hic.* Vt Chriſtiani die Dominico; ita nec hi die Sabbati inuiti ad iudicium trahuntur; a Chriſtianis violari prohibentur. *l. nullus. l. die Sabbato. l. in Synagogam. C. eod.* vbi vide *Aphoriſmos noſtros.*

4. *Deteriori iure*; quia ab honoribus & dignitatibus remouentur, (m) *c. cum ſit. 16. hic.* nouas ſynagogas extruere prohibentur, *c. 3. 7. hic. l. vlt. §. 1. C. eod.* ab actis legitimis repelluntur, *c. alieni. C. 2. qu. 7.* Chriſtiana mancipia, *c. 2. X.* famulos, nutrices, obſtetrices Chriſtianas, *c. ad haec. 8. & c. etſi iudaeos. 13. eod.* habere prohibentur, ab aſſidua Chriſtianorum communione, *c. ſaepe. C. 8. qu. 1.* & connubiis, *c. caue. 15. & c. ſeqq. C. 28. qu. 1.* abſtinere tenentur, in die paraſceues oſtia & feneſtras clauſas habere coguntur, *c. quia. 4. h. t.* in diebus paſſionis dominicae in publicum prodire vetantur. *c. in nonnullis. 15. §. in diebus. eod.* Habitu, per quem a Chriſtianis diſcernantur, vtriusque ſexus, vti iubentur, *d. c. in nonnullis.* iudaei Medici Chriſtianos in infirmitatibus inuiſere, ei medicamenta praebere, in iisdem cum eis balneis eſſe prohibentur. *c. nullus. c. omnes. C. 28. qu. 1.*

Quae

(m) inſtar *ſeruorum*, quo intuitu vocantur der Käyſerl. Maj. Kammer-Knechte. Vnde quoque receptio eorum ſolummodo *ex gratia*, per modum *diſpenſationis*, fit, quae tantum a domino territorii, non magiſtratu inferiori, peragi poteſt.

(n)

5. Quae ſi iudaei non ſeruauerint, puniuntur; vel in perſonis, *vt c. ſaepe. diſt. 28.* vel pecuniariter, *c. cum ſit. h. t.* vel ſpiritualiter, ſed indirecte, vt cum fideles eis participantes excommunicantur. *c. etſi Iudaeos. hic. c. quanto. de vſur. c. de terris. de decim.*

6. Chriſtianum mancipium ſi habeant, illud quicunque Chriſtianus, datis duodecim ſolidis; vel ad ingenuitatem, vel ad ſeruitium redimere poteſt. *c. 1. & 2. h. t.*

7. Iudaei, qui praedicta ſeruant, nec ad fidem Chriſtianam cogi, (n) *c. ſicut Iudaei. 9. h. t.* nec in perſonis, nec bonis violari; nec in feſtiuitatibus moleſtari, nec eorum coemeteria violari, corpora humata effodi debent: qui contra faxit, vel officii priuatione, vel excommunicationis cenſura plectitur. *c. ſicut Iudaei. 9. h. t.*

TIT. VI. V. x. 6.
DE SARACENIS.

SAracenos hic itidem intelligimus, non ex gente, ſed religione.

2. Accipiuntur & hic pro *paganis, ſeu gentilibus,*

(n) Imo nec iudaeorum liberi, inuitis parentibus, ad baptiſmum rapiendi ſunt, fatente ENGELIO *ad h. t. n. 11.* quia, poſtquam in ciuitates recepti ſunt, *iure communi* fruuntur.

(o)

bus, quamuis proprie *gentiles* ſint, qui idola colunt, eisque ſacrificant. *l. 2. C. de pagan. Saraceni* vero vtrumque teſtamentum, vetus & nouum, ſaltem ex parte admittunt, ſed multifariam peccant, Chriſtum Saluatorem eſſe negantes, loca erroribus ſuis contraria, a nobis eſſe corrupta aſſerentes.

3. Hi eisdem fere poenis, quibus iudaei, ſubiacent. Nam Meſchitas extruere vetantur, *Clem. vn. de Iudaeis.* ſimulacra extruentes, deiiciuntur & morte afficiuntur, *c. non ſolum. C. 28. q. 1.* mancipium Chriſtianum habere prohibentur, *c. Iudaei. 5. de Iudaeis.* honoribus & dignitatibus remouentur, *c. cum ſit. 16. c. ex ſpeciali. 18. eod.* diſtincto a Chriſtianis habitu incedere iubentur, in die paſſionisDominicae in publicum prodire vetantur, *c. in nonnullis. 15. eod.* Chriſtiani ab eorum communione (o) ſub poena cenſurae eccleſiaſticae abſtinere iubentur, *c. ſaepe. c. ſeq. C. 28. qu. 1.* niſi cum eis, ad fidem Chriſtianam conuertendi gratia viuant: *c. quam. ſit. eod.* eis ſubſidium tempore belli dantes, prohibitas merces, vt arma vendentes, curam eorum nauium gerentes, excommunicantur, bonorum priuatione mulctantur, capientium ſerui fiunt. *c. ita. 6. c. ſignificauit.*

(o) Vnde nec foedera cum iis pangere Chriſtianis imperantibus licitum eſſe, pontifices volunt, quod FRANCISCO Regi Galliae vitio datum eſſe conſtat.

cauit. 11. c. quod olim. 12. c. ad liberandam.
eod.

TIT. VII. V. x. 7.
DE HAERETICIS.

HAereticus (ab haereſi, id eſt, electione dict
eſt, qui ſibi eligit doctrinam ſingularem
a ſenſu Catholicae eccleſiae (p) alienam, *c. ha*
ſis. C. 24. *qu.* 3. eamque pertinaciter defendit.
qui in eccleſia. C. 24. *qu.* 3.

2. Non ergo Haereticus cenſendus, qui ſen
tiam ſuam, quamuis falſam atque peruerſam, r
pertinaci contentione (q) defendit, praefer
q

(p) h. e. *cleri dominantis* ſeu qui principatum in
dam republica gerit. Vel etiam, qui recedit a
formularia publice approbata. Ita in ſenſu iur
haereticum definimus. Vnde *haereticus* dici ne
qui vnam ex approbatis in imperio noſtro profi
religionem, ſaltim quoad effectus ciuiles, vt *pa*
ligioſa cum omnibus inde dependentibus iuribus
fruatur.

(q) *pertinaciam* deſiderant in haeretico, quam
collocant, ſi quis in clerici dominantis verba iurar
lit, vtut de veritate contrariae ſententiae per eo
ſit conuictus. Fluit haec ſententia ex principio
fallibilitate cleri dominantis, quod ſoli papae
eſt adſcribendum, ſed aliis religionibus ſaepe
mune eſt, vti facete oſtendit RICHARD STEE
praefat. ad Clementem XI. Pontificem, pr
tractatui: *L' etat preſent de l' Egliſe Romaine.*

quam non audacia ſuae præſumtionis peperit, ſed a ſeductis atque in errorem lapſis parentibus accepit, & veritate, quam ſollicite quaerit, inuenta, corrigi paratus. *c. dixit. Apoſtolus.* C. 24. *qu.* 3.

3. Tria ergo, vt quis poſſit puniri vt haereticus, requiruntur: (1) Falſum eum dogma tueri, & ita in articulis fidei, contra eccleſiae decreta errare: *c. ad abolendam. h. t.* (2) Scienter errare, (r) & ita peruerſae eſſe voluntatis: *c. haereticus.* C. 24. *qu.* 3. (3) Pertinaciter errorem defendere, nec corrigi velle. *c. qui in eccleſia. c. ſchiſma. 34. can. haec eſt fides.* C. 14. *qu. 3. c. damnamus. in verb. pertinaciter. de Summ. Trinit.* His adde, (4) fuiſſe baptizatum. Siquidem Pagani, Iudaei, alieni a fide, non ſunt haeretici.

4. Dubii in fide etiam infideles & haeretici dicuntur *in c. 1. hic*, ſed ita demum, ſi in tali dubitatione animi habuerint firmitatem, & pertinaciam, ob quam in illa dubitatione perſeuerarunt. Ioann. Andr. *ad c. 1.*

5. Haereticorum licet vna ſit vanitas, *c. excommunicamus. 13. & c. pen. h. t.* & aduerſus Dei eccleſiam

(r) Sed ita nullus datur haereticus, quia nemo ſcienter errat. Sed ſcienter cum errare aiunt, qui cleri dominantis, qui *donum infallibilitatis* habet, doctrinas reſpuit. An noſtrates, qui *communem conſenſum eccleſiae Euangelicae* allegant, prudentius agant, non inquiram.

(s)

cleſiam (s) conſpiratio, *c. quidam autem. in fin. C. 24. qu. 3.* tamen quia quidem vna eſt veritas, errandi tamen a ſcopo plures viae; eorum variae & diuerſae ſunt ſectae. Quas vide in *c. quidam. 14. qu. 3. d. c. excommunicamus. hic. l. Arriani. C. eod. Nou. 109.* Auguſt. *lib. de haeret.*

6. Nomina habent, (t) vel *ab auctore ſectae*; vt Manichaei, a Mane; Eutychiani, ab Eutyche; Menandriani, a Menandro; Nicolaitae, a Nicolao; & alii: vel *a cauſis, quas eligendo inſtituerunt*; vt Aquarii, Alogii, Anthropomorphitae, & alii. *d. c. quidam autem. C. 24. qu. 3.*

7. Haeretici vt inquirantur & exſtirpentur *ordinarie* ad ſingulos Epiſcopos per ſuas Dioeceſes pertinet; *d. c. excommunicamus. 13. §. adiicimus. hic.* remiſſius ſi agant, alii idonei, eis Epiſcopatu remotis, in eorum locum ſubſtituuntur: *d. c. excommunicamus. §. fin. Extraordinarie* ad Inquiſitores haereticae prauitatis, a ſummo Pontifice, ad hoc, vt aduerſus haereticos, vel coniunctim cum Epiſcopis, vel ſoli, ſecundum formulam a iure iis

(s) h. e. aduerſus *regnum ſacerdotale*, quod dogmata per modum *legis* vi & manu militari, vel *palam* vel *clam* imperat.

(t) impoſita ab aduerſariis, vt eos eo magis premant. Inde quaeuis atrociſſima, ridicula & abſurda Actoribus, more Gentilium antiquo, imputant, vt haereticos in crimen publicum eo facilius deducere queant.

(u)

iis definitam, (u) procedant, conſtitutus. *c. cum officium. 1. h. t. in 6. c. vt omiſſa. 12. c. per hoc. in 6.*

8. Ad iudices ſeculares regulariter notio huius criminis, cum mere ſit eccleſiaſticum, non pertinet: *c. ad abolendam. h. t.* ſed tenentur eccleſiaſticorum ſententias exequi; (x) *c. vt inquiſitionis. 18. h. t. in 6.* nullo in contrarium ſtatuto obſtante. *c. ſtatutum. 9. eod. in 6.*

9. Proceditur contra haereticos, eorumque receptatores, fautores & defenſores, nec non de haereſi ſuſpectos, cum eis communicantes, *c. didicimus. 31. §. inuenimus. & c. ſchiſma. C. 24. qu. 1.* cum & illi haereticis connumerentur: *c. excommunicamus. 13. §. credentes. & c. pen. & fin. h. t. c. 2. §. haeretici. c. vt officium. 11. c. accuſatus. 8. §. ſacerdotes. eod. in 6.* ſimpliciter, de plano & absque aduocatorum ac iudiciorum ſtrepitu & figura. *c. ſtatuta. 20. hic. in 6.* vbi Gloſſ. (y)

10. Ad-

(u) de proceſſu impio contra haereticos plenius agit PHILIPP. a LIMBORCH *in hiſtor. inquiſit.*

(x) clerici ergo declarant, quinam haereticis annumerandi ſint? magiſtratui ſeculari gloria parendi eſt relicta.

(y) Deſumunt argumentum ex *l 5. §. 7. C. ad L. Iul. mai. & l. 6. §. 9. D. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam.* quia *perduellionem* in hoc crimine quaerunt. sed (1) etiam in hoc crimine *ordinarie* proceditur, ſi nulla *praerupta ſeditio* adſit, quam praeſupponit *l. cit. 6.* (2) tantum hi, qui *interueniunt*, h. e. qui *intercedunt*

10. Admittuntur in inquiſitione facienda teſtes excommunicati, ſocii criminis: modo, ex veriſimilibus coniecturis, teſtium numero, perſonarum tam deponentium, quam eorum, contra quos deponuntur, qualitate, aliiſque circumſtantiis, falſum dicere non praeſumantur. *c. in fidei fauorem. 5. & c. accuſatus. 8. §. 2. licet. h. t. in 6.* quod & in ſimoniae crimine, aliiſque quibusdam, ad eorum deteſtationem, receptum. *vt in c. 1. de teſtibus. in 6. c. tanta eſt labes. 7. de ſimonia.*

11. De haereſi conuicti, *viui* & *mortui*, varie puniuntur.

12. *Mortui*, excommunicantur; *c. final.* C. *24. qu. 2.* eorum bona confiſcantur, *c. accuſatus. 8. §. in eo vero. h. t.* nec filiis orthodoxis reſeruantur, *c. vergentis. 18. h. t.* ſepultura eccleſiaſtica ipſis denegatur, *c. nec quisquam. §. credentes. verſ. ſane Clerici. C. 24. qu. 2.* Fac. *c. Eccleſiam. 27. & ſeq. de conſecrat. diſt. 1.* niſi abſoluantur: *c. ex parte. 15. in fin. & c. ſacris. 12. de ſepultur. c. 1. & 2.* C. *24. qu. 1.* ſepulti eccleſiaſtice exhumantur; *d. c. ſacris.* qui eos ſepeliuit, excommunicatur, & niſi propriis manibus publice extumulet, eosque terrae proiectos relinquat, non abſoluitur, *c. quicunque haereticos. h. t. in 6.* pollutum coemeterium reconciliatur, *c. conſuluiſti. 7. de conſec. eccleſ. vel alt.*

13. *Vi-*

---

dunt pro perduellibus, in *cit. l. 5.* reprobantur, non aduocati.

13. *Viui* puniuntur, & in *perſona*, ſiue *propria*, ſiue *liberorum*; & *bonis*,

14. *In perſona propria*, quod excommunicantur, *c. ad abolendam. 9. c. excommunicatus. 12. c. pen. hic.* vna cum ſcriptis damnantur, *c. fraternitatis. 4. hic. c. nullus.* C. 3. *qu.* 4. iis ſubiecti a debito fidelitatis, dominii, & obſequii abſoluuntur, (z) *c. abſolutos. hic.* eorum liberi a poteſtate patria liberantur; *c. quicunque. §. illorum. eod. in 6.* a conciliis & officiis publicis remouentur, *c. cum quibus.* C. 24. *qu.* 3. *c. excommunicantes. §. credentes. h. t. c. 2. §. haeretici. eod. in 6.* acta illorum reſcinduntur; *c. 1. de ſchiſm.* ad agendum, *c. fin. c. excommunicamus. 13. §. credentes. hic.* teſtimonium dicendum, accuſandum, *d. c. excommunicantes. §. credentes. c. definiuimus. 1.* C. 4. *qu.* 1. teſtandum, *c. excommunicamus. hic.* contrahendum, *c. omnis, qui recedit. & can. 26. quae dignior domus.* C. 24. *qu.* 1. *c. clericus. c. cum quibus.* C. 24. *qu.* 3. patrocinium, ſi ſunt aduocati, praeſtandum, *d. §. credentes.* non admittuntur.

15. *In perſona liberorum*; quod illi ipſis ſuccedere, licet ſint orthodoxi, nequeant: *c. vergentis.*

(z) Haec peſſima doctrina peperit tot mala in imperio noſtro, & aliis regnis, quam ex profeſſo defendit ſcelus illud Galliae, ROSSAEVS *de iuſta Reipubl. vindicta in reges impios & haeretic.*

gentis. 10. §. *ne huiusmodi. h. t.* quod vsque ad ſecundum lineae paternae, ad primum lineae maternae gradum, eorum filii ad beneficium eccleſiaſticum, vel officium ſeculare, non admittantur; niſi parentes ante mortem ſe emendauerint, *c. ſtatutum. eod. in 6.*

16. *In bonis* cum *acquirendis*; quod ad hereditatis ſucceſſionem non admittantur, *d. c. excommunicantes.* ***§. credentes. c. excommunicamus***, tum *acquiſitis*; quod ea & cum iis dotes vxorum, quae, ſcientes eos eſſe haereticos, ipſis nupſerunt, *c. decreuit. h. t. in 6.* ipſo iure confiſcentur, & ſi clerici ſint, eccleſiae, a qua ſtipendia perceperunt; ſi laici, fiſco principis temporalis adiudicentur. *c. excommunicatus. 13. §. damnati. h. t.* (a)

17. Confiſcationis tamen executio, vel bonorum ipſorum occupatio, per Principes, aut alios fieri non debet, antequam per Epiſcopum loci, vel aliam perſonam eccleſiaſticam, ſuper hoc poteſtatem habentem, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata. *c. cum ſecundum. eod. in 6. & d. c. vergentis. 10. h. t. c. excommunicatus. §. damnati. eod.*

18. Prae-

(a) Haec omnia iam olim ad ſuggeſtionem cleri dominantis conſtituere Imperatores in *l.* 14. 19. *& f. C. h. Nou.* 109. *c.* 1. Conf. Dn. THOMAS. *de iure princip. circa haereticos.*

(b)

18. Praedictas poenas, vt & quod iudici ſeculari, animaduerſione debita puniendi, alioqui relinquuntur, effugiunt, continuo, poſt erroris deprehenſionem, ad fidei catholicae vnitatem (b) recurrendo, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi regionis publice abiurando, ſatisfactionemque congruam exhibendo; *c. ad Apoſtolicum. hic. c. ſuper eo. eod. in 6. c. ſtatutum. 15. ʃʃ. fin. hic. c. ad abolendam. 9. eod.* Qui enim parati ſunt erroris correctionem accipere, non ſunt haeretici. *c. 19. dixit Apoſtolus. C. 24. qu. 5.*

19. Suſpecti tantum de haereſi eiſdem poenis ſubiacent, niſi & hi ad arbitrium Epiſcopi, iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatisque perſonae, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint. *d. c. ad abolendam. §. qui vero inuenti.*

20. Qui poſt erroris abiurationem, & poſtquam proprii Epiſcopi examinatione ſe purgauerint, in abiuratam haereſin recidiſſe deprehenduntur, ſeculari iudicio, vt haeretici pertinaces, ſine vlla penitus audientia (c) ſunt relinquendi, *d. c. ad abolen-*

(b) Haeretici *extra eccleſiam* conſtituti dicuntur, extra quam non eſt ſalus. Hoc dogma quaelibet religio ſibi vindicat, quatenus ſeparatam conſtituit eccleſiam.

(c) Hic eſt proceſſus clericalis contra haereticos, quibus omnem defenſionem amputant, ex doctrina de *notorio*, quod nullum proceſſum requirit.

lendam. & illos quoque. & ibi Gloſſ. *ad verb. audientia. h. t. c. accuſatus. 8. eod. in 6. d. c. ad Apoſtolicam.*

21. In haereſin recidiſſe, id eſt relapſi, cenſentur tripliciter. *Primo* ex fictione iuris, illi, qui de haereſi vehementer ſuſpecti, non conuicti, haereſin abiurarunt; non qui leui ſuſpicione in crimen inciderunt, qui quidem grauius, ſed non poena relapſorum puniendi. *c. accuſatus. 8. in princ. & §. ſi autem. 1. h. t. in 6. Secundo*, qui culpabiles in vno articulo fidei inuenti, vel in vno eccleſiae ſacramento, vel ſecta, in alterius articuli, Sacramenti, vel ſectae haereſin inciderunt. *d. c. accuſatus. 8. §. cum vero. Tertio*, qui poſt abſolutionem vel abiurationem, haereticos viſitat, ſibi aſſociat, fauet. *d. c. accuſatus. 8. §. ille quoque.*

22. Haeretici pertinaces, & relapſi, quibus iura indulgent, ne laicorum manibus relinqui poſſint, in carcerem perpetuum ablegantur, vel muro, poenitentiam erroris acturi, includuntur. *c. excommunicamus. 2. §. fin.* vbi Gloſſ. & Abb. *h. t.*

23. Quae poena hodie arbitrio ius dicentis, ſi ei viſum fuerit, in aliam mitiorem mutari poteſt. *c. vt commiſſi. hic. in 6. d. c. excommunicamus. §. 2.* vbi Abb.

TIT. VIII. V. x. 8.

DE SCHISMATICIS.

SEquitur de ſchismaticis; quia omnis haereticus eſt

eſt ſchismaticus; ſed non omnis ſchismaticus haereticus. *c. inter haereſin. C. 24. qu. 3.*

2. *Schismatici* (a ſchismate, id eſt, ſciſſura, dicti, *c. 34. ſchisma. C. 24. qu. 1.*) ſunt, qui ſe ab vniuerſali eccleſia per inobedientiam diuiſerunt. (d) *d. c. 24. ſchisma. d. c. inter haereſim.*

3. Dico *ab vniuerſali eccleſia.* Nam, quia a dogmate, contrarium eccleſiae tenendo recedunt, haeretici ſunt; ſchismatici autem tantum illi, qui a Prae-

(d) A primis *eccleſiae* temporibus admodum *vnio* inter eccleſias diuerſorum locorum commendata eſt, quam ſcripta Apoſtolica quoque inculcant: qui hanc vnionem ſcindebat, *ſchiſmaticus* dicebatur, & *communione ſacrorum* excludebatur. Sed in hac *vnione* non vnice ad *eccleſiam Romanam*, tanquam *dominantem*, reſpiciebatur, vt, qui ab eius ſocietate recederet, ſchismatis reus fieret. In genere ad maiorem eccleſiarum maxime *Apoſtolicarum* partem reſpiciebant, vt IRENAEI *contra haeret.* ſcripta docent. Sed poſtquam Epiſcopus Romanus *primatum vniuerſalem* cum imperio ſupereminente adeptus eſt, noua *ſchiſmatis* definitio inde orta eſt, adeoque *ab vniuerſali eccleſia recedere*, eſt communioni cum papa renunciare, quod *rebellionis & perduellionis* crimen eſt, cum eccleſia ſit *reſpublica*, ad ſtatum ciuilem admodum compoſita. Propter hoc *imperium ſacrum* ſchisma inter eccleſiam orientalem & occidentalem factum fuiſſe oſtendi in *obſeruat. ad Petrum de Marca lib. I. de C. S. & I. c. 1. §. 4.*

a Praelato vniuerſali & eius eccleſia Catholica recedunt; *d. c. inter haereſim.* eccleſiam Dei & corpus eius lacerantes, vt dicitur *in c. de Liguribus. C. 23. qu. 5. c. aduocauit c. vbi. C. 24. qu. 1.* (e)

4. Vnde hi ſine iuſtitia, caritate & mercede ſunt, *c. vbi ſana fides. C. 24. qu. 1.* Spiritum Sanctum, *c. loquuntur. C. 24. qu. 1.* & omnem poteſtatem in rebus eccleſiaſticis amittunt; quia foris ſunt extra eccleſiam. *c. 31. didicimus. C. 24. qu. 1. c. 1. h. t. c. alienationes. C. 12. qu. 2.*

5. Proinde ordinationes, beneficiorum collationes, rerum eccleſiaſticarum alienationes, per illos factae, ſunt irritae; *c. 1. h. t. c. ordinationes. C. 9. qu. 1.* ab iis ordinati ab officio repelluntur; niſi cum iis diſpenſauerit is, qui diſpenſandi poteſtatem habet. (f) *c. 2. h. t.*

6. E-

(e) Tale Gallos vel *vere* vel *ficte* nonnunquam intendiſſe, & patriarchae inſtitutionem meditatos fuiſſe, dixi in *obſeru.* ad P. de MARCA *cit. l.* §. 1. nec forſan hodie ſedes Romana, quale periculum ei immineat, recte perpendit. Interim vix poſſum concipere, quomodo in ſenſu iuris canonici *ſchismatici* eſſe poſſint, qui non ſint ſimul *haeretici*, cum errent in articulo fidei, a Pontificibus ſtabilito & recepto, Papam per Chriſtum primatum accepiſſe, & hunc quoque in *vmbra Petri* conſeruari.

(f) haec enim & ſimilia alia iura tantum ſunt intra *eccleſiam*, h. e. hierarchiam & rempublicam eccleſiaſticam concluſa, extra quam non datur ius, poteſtas, ſalus &c. Sed haec hodie in Germania eſſe inania, liquidum eſt, cum expreſſe per *I. P.* Papae Epiſcoporum

6. Eam habet tantum ſummus Pontifex, ſi ſcienter a ſchiſmatico ſunt ordinati: ſi ignoranter, quilibet diſcretus Praelatus. *c. 1. & 2. de ordin. ab Epiſc. qui res ign. Epiſc. d. c. ordinationes. C. 9. qu. 1.* Fac. *c. 1. ſi quis a ſimoniacis. C. 1. qu. 1.*

7. Praeterea ſchiſmatici excommunicantur & damnantur; *c. de Liguribus. C. 23. qu. 5.* gradu & dignitate eccleſiaſtica, ſi habent, deiiciuntur; *c. 40. ſubdiaconus quondam & c. qui contra. C. 24. qu. 1.* ſi ſunt laici, & nobiles, aut Principes, nobilitate priuantur, Principibus ſecularibus, corporaliter puniendi, traduntur. *d. c. qui contra. & d. c. de Liguribus, & c. denique. C. 7. qu. 1, c. non vos. C. 2. qu. 1.*

8. Quibus poenis & ſchismaticorum defenſores & fautores puniuntur. *c. didicimus. C. 24. qu. 1.*

TIT. IX. V. x. 9.

DE APOSTATIS.

Apoſtatae ſunt, qui a ſtatu fidei, obedientiae, vel religionis, quam ſe tenere profeſſi ſunt, temerarie recedunt.

2. Apoſtaſiae enim tres ſunt ſpecies; *perfidiae, in-*

rumque poteſtas ſit ſuſpenſa quoad proteſtantes, qui tamen a *communione ſacrorum* haud ſunt éxcluſi, ſed proteſtantes, qui papae nuncium miſerunt, & Catholici in eadem *ſocietate eccleſiaſtica* in capitulis viuunt.

inobedientiae, *irregularitatis*. *c. 1.* vbi Gloſſ. *hic.*

3. *Perfidiae apoſtaſia eſt*; cum qui Chriſtianam religionem eiusque verum cultum deſerunt, *c. non poteſt. C. 2. qu. 7.* & ad Iudaicos aliosue deteſtabiles ritus deflectunt. (g)

4. Hi eisdem poenis, quibus haeretici, plectuntur. *c. 1. hic. d. c. non poteſt. c. infames. C. 6. qu. 1. c. celebritatem. diſt. 4.*

5. *Apoſtaſia inobedientiae* eſt, cum qui praecepta ſuperioris transgrediuntur, vel ſacris ſtatutis & canonibus non obediunt; *c. alieni. C. 3. qu. 4. c. ſi quis. de maior. & obed.* quibus tamen obediendum credunt. *c. nulli. diſt. 10.*

6. Hi fiunt infames, accuſare, vel teſtimonium dicere prohibentur, excommunicantur, deponuntur, & quandoque degradati iudici ſeculari traduntur. *c. ſi quis a ſuo. C. 3. qu. 4. c. ſi autem vobis. C. 10. qu. 3.*

7. *Irregularitatis apoſtaſia* eſt, cum qui ab ordine aſſumtae religionis (h) recedunt. *c. fin. hic.*

(g) Inde etiam magos huc referunt, qui Chriſto renunciarunt, ex quo eſt, quod poena *ignis* ſecundum *n. ſq.* afficiantur. Et tamen proteſtantes negant, haereticos & apoſtatas comburendos eſſe.

(h) ſeu a monachatu. Ab hoc differt *apoſtaſia ordinis*, quando quis, *relicto clericatus ordine*, laicalem ſtatum rurſus induere intendit, quod graue crimen eſſe cenſent, haereſeos ſceleri ſimile. Inde quoque *apoſtaſia ſtudiorum* inualuiſſe videtur.

(i)

hic. c. ex parte. de temp. ord. c. fin. diſt. 50. c. quantum. diſt. 47. c. beatus. C. 3. qu. 4.

8. Hi, apoſtaſia durante, ipſo iure fiunt infames; ab accuſatione & teſtimonio repelluntur, *c. alieni. C. 2. qu. 7. c. beatus. C. 3. qu. 4.* a dignitatibus remouentur; *c. legi. C. 16. qu. 1.* ſi admoniti, ſe non corrigunt, deponuntur, priuilegiis clericis conceſſis priuantur, *c. ſine ornatu. C. 22. qu. 4. c. ſin autem. C. 11. qu. 3. c. 1. hic.* foedo carceri, donec, ſuos pertaeſi errores, ad ſaniores mores, a quibus tam obſtinatis animis declinarunt, reuertantur, includuntur. Abb. *in. d. c. pen. hic.*

TIT. X. V. x. IX.
DE ANABAPTISTIS.

Anabaptiſtae ſunt, qui ſacrum baptiſmum iterant. *Clem. 1. §. vlt. de ſum. Trinit.*

2. Hi, ſi Clerici, deponuntur: *c. eos quos. diſt. 4.* ſi laici, excommunicantur, nec ad ordines admittuntur. (i) *c. qui aliquo. diſt. 51. c. qui in qualibet. C. 1. qu. 7. c. 2. de apoſt.*

3. Re-

(i) quin iuxta leges Codicis *crimen capitale* committunt, iuxta *tit. C. ne ſacr. baptiſm. iteret.* quae ſententia confirmata in *R. I. de anno* 1529. §. 6. Verum hic rigor potiſſimum in *cit. R.* ſtatutus eſt contra *ſeditioſos* Anabaptiſtas, vt ex *R. I. de anno* 1530. *&* 1535. liquet, vbi vocantur die aufrühriſche unchriſtl. Secte des Wiedertauſs, quod ex hiſtoria illorum temporum

3. Rebaptizati ignoranter, ad ordines, niſi maxima neceſſitate vrgente, admitti non poſſunt: ſcienter, per ſeptem annos poenitere debent: per tres, qui pro munditia ſe rebaptizari petiuerunt: *c. qui his. 17. de conſecr. diſt. 4.* Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis ſponte vel coacte rebaptizatis, perpetua poenitentia imponitur. *c. eos quos Epiſcopos, 18. ead. diſt. 4.*

TIT. XI.
DE PARRICIDIO.

SEquitur de *homicidio*; quod eſt vel ***parricidium***; de quo hoc titulo, vel ***homicidium***; de quo titulo proximum ſequente.

2. *Parricidium* eſt, quando occiduntur parentes vel filii, vel aliae perſonae ſanguine coniunctae.

3. Illud committentes, parricidae dicuntur: qui tamen proprie ſunt illi, qui parentes aut liberos occiderunt: de quibus, & eorum poena legibus ſtatuta, vide Aphoriſmos noſtros in Digeſtis. Nos tantum hic tractamus de his, qui libe-

rum conſtat. Sectae autem huic *ſeditio* per ſe non ineſt, ſed *ex accidente* ei acceſſit. Vnde durum foret, poenam *capitalem* eis dictare, aut ius ciuile, ex *odio vatiniano* patrum ergo hanc ſectam natum, ſequi.

(k)

beros occiderunt, & eorum poena hoc iure ſtatuta. (k)

4. Qui ſcienter liberos interfecerunt, grauius quam homicidae puniri debent. *c. cum iuramento. de homicid. c. aut facta de poenit. diſt. 1.*

5. Mulier partum animatum, medicamentis, vel aliter abigens ſponte, vel abortum ita faciens, capitali ſupplicio plectenda eſt. *c. aliquando. c. Moyſes. c. ſemina, C. 32. qu. 2.*

6. Mitius cum ea agitur, quae per iracundiam, quod maritus illi exprobrare ſolitus, filium ſuum non eſſe, eundem filium occidit. Nam, ſi maritus mortuus, (l) poenitentiae agendae cauſa ad monaſterium tranſire debet, *c. 1. de his qui fil. occid.* & ibi perpetuo manere, nec alii nubere: niſi de incontinentia timeatur. *c. veniens. eod.* Si maritus vna cum aliis liberis adhuc ſuperſtes, vxor, iniuncta ſceleris ſui poena, ob liberorum ſalutem, marito non adimitur, ſi ademta, reſtituitur. *c. intelleximus. eod.*

7. Si infans in lecto parentum ſuffocatus inueniatur,

(k) h. e. quae reſpicit *animi emendationem* & *ſatisfactionem*, quam olim intenderunt, & poenis his conſequi poſſe crediderunt.

(l) Ante mortem eius ab eo ſeparari non potuit, quod in mariti praeiudicium factum fuiſſet, cum *totale diuortium* ob hanc cauſam pontificii haud admittant. Ais, hunc caſum non eſſe dabilem, quod vxor ſtatim morte afficiatur; reſpondeo, loqui pontificios de *occulta caede*, confeſſionario manifeſtata, qui executionem *poenae eccleſiaſticae* differre tenetur.

(m)

niatur, &, quis ex coniugibus eum oppreſſerit, ignoretur, vterque, mortis euentu conſiderato, tribus annis poenitere debet, & horum vnum in pane & aqua peragere, *c. fin. eod.* ſiquidem culpa vel negligentia eorum praeceſſit; ſi non, nec ſunt puniendi. Gloſſ. *in d. c. fin.*

TIT. XII. V. x. 11.
DE INFANTIBVS ET LANGVIDIS EXPOSITIS.

Filium necare etiam videtur is, qui infantem, aut languidum exponit, vel ab alio exponi patitur, ſiue expoſitionem ab alio factam ratam habet, qui ei alimenta denegat. *c. vn. h. t.*

2. Sic expoſitus a poteſtate patria liberatur, *d. c. vn.* nec patri repetitio, *l. 1. C. eod.* nec ei, qui eum ſuſcepit, aluit, aliquod ius in eius perſona competit. *d. c. vn. l. ſancimus. C. eod.* (m)

3. Serui vel liberti ſic a dominis expoſiti libertatem & ingenuitatem nanciſcuntur. *d. l. vn.*

TIT. XIII. V. x. 12.
DE HOMICIDIIS.

Simplex *homicidium*, eſt violenta vitae hominis ademtio, (n) *c. homicidium. 28. de poe-*

(m) ſi de patre non conſtat, in dubio habentur pro *legitimis*; ſed praeſumtio haec quoad baptiſma non ſufficit, quod *in dubio* potius peragendum eſt.

(n) contra ius facta: nam alioquin non eſt delictum, niſi in clerico, qui ne quidem iudicio, quo ſanguinis poena decernitur, intereſſe poteſt, ni velit *irregularis* fieri, quod ex *moribus primitiuae eccleſiae* ortum traxit. (o)

poenit. diſt. 1. can. diſplicet. C. 23. *qu. 4. c. ſi non licet.* C. 23. *qu. 5.*

2. Homines puta cuiuscunque aetatis, conditionis. Nam & qui infantem interemit, aut foetum iam animatum, id eſt, poſt quadrageſimum a conceptu diem, abegit, homicidii reus eſt. (o) *c. Moyſes.* C. 32. *qu. 2. c. ſicut ex literarum. h. t. c. quod vero. C. 32. qu. 2.*

3. Homicidii nomine apud Canones etiam venit odium, detractio, mala perſuaſio, omnisque motus iniquus ad nocendum alteri. *c. homicidiorum. cum 4. ſeqq. de poenit. diſt. 1. c. paſce. diſt. 85. c. omnis. c. homicidium. de poenit. diſt. 1. c. ſi aliquis. 5. hic. d. c. ſicut ex literarum. c. ſi quis abſciderit. diſt. 55.* Verum nos de eo agemus, quod ad hominis internecionem pertinet.

4. Eſt illud aut *voluntarium*, aut *non voluntarium*, aut *neceſſarium:* quia homicidium committitur, vel ex voluntate, vel ex caſu, vel ex neceſſitate. vid. Gloſſ. *in c. ſicut dignum. §. fin. ad verb. conſilium. h. t.* vid. *c. ſequens.*

5. *Voluntarium* eſt, quod committitur animi propoſito, & dolo; & vel aperte, & ſine inſidiis; *c. 1. hic.* vel proditorie ex inſidiis, *aſſaſſinium* dicitur. *c. 1. eod. in 6.*

6. Non

(o) quoad effectum poenae eccleſiaſticae: non quoad *poenam ordinariam* criminalem, cui demum locus eſt, ſi poſt dimidium tempus, quo *motus* ſeſe in ventre exſerit, abactus eſt partus.

(p)

6. Non refert, quomodo caedes facta ſit, gladio, fuſte, veneno. (p) *c. ſi aliquis. 5. h. t.*

7. Occidiſſe etiam videtur, qui dolo malo cauſam mortis praebuit: *c. lator. c. ſicut ex literis. 20. h. t. c. 2. de cleric. percuſſ.* qui ad homicidium certum incitauit, *c. ſicut dignum. 6. §. qui vero. hic.* qui opem tulit, *d. c. ſicut dignum. §. illud autem.* qui ſciens ſarcinas occidentium cuſtodiuit: *d. c. ſicut dignum. §. hi quoque.* qui occiſum a mandatario verberari mandauit. *c. fin. h. t. in 6.*

8. Poena homicidii voluntarii, pro ratione occidentis & occiſi, eſt hoc iure diuerſa.

9. Nam quia eccleſia homicidas ad poenitentiam cogere debet: *c. itaque. C. 24. qu. 3.* poenitentialis poena introducta eſt in Epiſcopo homicida, depoſitio & peregrinatio, & annorum quindecim poenitentia; in Presbytero, annorum duodecim, cum depoſitione: Diaconis decem, aliis Clericis & laicis ſeptem: (q) quorum tres in

(p) Sed ratione *poenae criminalis* multum refert, cum *veneficium* grauius coerceatur.

(q) Et tamen laicis poena *mortis*, eaque indiſpenſabilis, vt putant, imminet. Verum hoc etiam ad *occultum* homicidium trahi vel etiam intelligi poteſt, de caſu, quo poena mortis homicidae eſt remiſſa. Hanc enim remitti a magiſtratu ſeculari poſſe, Chriſtiani primaeui, & horum exemplo patres, crediderunt, adeo vt pro iis intercedere clerici debuerint, & praecauere, ne ſanguis effunderetur. *c. 1. C. 23. qu. 5.* Ex

in pane & aqua, cum prohibitione, ne ad gradum ſacerdotii accedere praeſumant. *c. 41. ſi quis homicidium. diſt. 50. c. ſi quis viduam. c. ſi voluntate. diſt. 50.*

10. Quod ſi delicti grauitas tanta ſit, vt amplius rei Clerici proterua temeritas ferri non poſſit, laicorum manibus, Sacris antea ablatis, plectendus dimittitur. *c. cum non ab homine*, vbi Dd. *de iudic.*

11. Qui Presbyterum occidit, duodecim annis debet poenitere, ſine militiae cingulo, & ſpe coniugii, vsque ad vltimum vitae tempus manere: *c. qui presbyterum. 24. C. 17. qu. 4.* pecuniariam mulctam ſoluere: *c. 26. omnes Presbyteri. C. 17. qu. 4.* qui Monachum, aut Clericum occidit, arma debet relinquere, in monaſterio, cunctis vitae ſuae diebus, ſeruire, publicam poenitentiam agere, *c. 28. qui occiderit. C. 17. qu. 4.* mulctam pecuniariam ſoluere. *c. qui Subdiaconum. C. 17. qu. 4.* (r)

12. Quae eſt diuerſa; in occidente Diaconum, CCCC. ſolidorum; Subdiaconum, CCC; Presbyterum,

Ex quo patet, ſententiam, quod *poena homicidii* ſit indiſpenſabilis, non eſſe ex doctrina primitiuae eccleſiae aut patrum natam, ſed forſan propriam eccleſiis proteſtantibus ſententiam.

(r) Contra milites potiſſimum haec poena introducta eſt, qui *in bello* clericos vel monachos occidunt, & ita a criminali vindicta immunes ſunt.

terum, DC. Epiſcopum, DCCCC. Monachum, CCCC. *d. c. qui Subdiaconum.* 17.

13. Qui ſibi ipſis violentam mortem quolibet modo (s) inferunt, hi cum pſalmis ad ſepulturam deduci non poſſunt, nec pro illis vlla in oblatione debet fieri commemoratio, (t) *c. placuit. C. 23. qu. 5.* niſi ex inſania, mentis impotentia, id fecerint. *c. illa. c. ſi quis inſaniens. C. 15. qu. 1.*

14. *Non voluntarium homicidium* eſt, quod fit caſu atque ita praeter facientis opinionem: aut mentis inopia, ab infantibus, *Clem. vlt. h. t. c. fin. de delict. puer.* ſcilicet nondum doli capacibus, fac. *l. vn. C. de falſ. mon. l. 7. ff. ad Leg. Corn. de ſicar. c. de illis. de deſponſ. impub.* furioſis, *d. Clem. vn. c. nec is. 11. §. 1. c. illud. §. itaque. c. aliquos. c. ſi quis inſaniens.* C. *15. qu. 1.* dormientibus. *d. Clem. vn.* Ratio ibi. *& c. maiores. §. verum. de baptiſmo.*

15. Hoc, quia fato quodammodo imputatur, extra noxam eſt: *c. latro. 9. hic. c. ſi qui arborem. & ſeq. diſt. 50. c. nec is. c. ſi quis. C. 15. qu. 5. c.*

(s) ſed tamen ſine *deſtinato conſilio* per *culpam propriam* plures pereunt, in aquis natantes ſuffocantur, ita frementes fata anticipant, vel etiam in re licita verſantes, ſed nimis ſe praegrauantes, moriuntur, quibus minime ſepultura honeſta eſt deneganda.

(t) Haec ratio potiſſimum tales priuat honeſta ſepultura, quam etiam noſtrates iis denegant, teſte CARPZOVIO *lib. II. I. C. def* 376. & tamen oblationem pro anima defuncti (Seel-Meſſen) non facimus.

(u)

c. de occidendis. C. *23. qu. 5. c. clerico. c. eum qui. diſt. 50.* niſi forte culpa (u) caſum praeceſſerit: hac enim ſpecie homicidium a iure Ciuili punitur, ſed mitius: *l. 1. §. ſed ſi. l. 4. §. 1. ff. ad leg. Corn. de ſicar. l. ſi putator. 31. ff. ad l. Aquil.* & Canonico irregularitate notatur: *c. continebatur. 8. c. ad audientiam. 12. h. t. c. hi qui. diſt. 50.* ſicut & ſi, dum rei illicitae opera dabatur, caſus inciderit. *d. c. continebatur. 8. c. ſuſcepimus. 10. c. pen. & vlt. hic.*

16. *Neceſſarium homicidium* eſt, quod ob neceſſariam corporis defenſionem, citra vindictae imaginem, fit.

17. Hoc non punitur: *Clem. vn. h. t.* licet Cardinalis ſit occiſus: *c. felicis. de poenis. in 6.* cum vim vi reppellere, omnia iura permittant. *c. ſignificaſti. 18. circ. fin. h. t. c. 3. §. ſi vero. de ſent. excom.*

18. Qui ſocio opem tulit, quem alius occidere volebat, & aggreſſorem occidit, excuſandus videtur; alioquin enim & ipſe eſſet reus mortis eius, ſi omiſiſſet defenſionem, & ſi, cum poſſet defendere, non feciſſet. *c. non in.* C. *23. qu. 3. c. ſicut dignum. §. & illi etiam. hic. c. 1. & can. error. diſt. 13.*

TIT.

(u) h. e. (1) ſi occidens *rei illicitae* dedit operam. *c. 8. X. h. t.* (2) ſi in modo peccauit. *c. 7. X. h. t.* (3) ſi debito *loco* & *tempore* actus non eſt ſuſceptus.

Tit. XIV. V. x. 23.
DE TORNEAMENTIS.

NOn ſolum homicidium iure prohibetur, ſed etiam ea, per quae ad homicidia perueniri ſolet, vt ſunt, *torneamenta, duella, ars ſagittariorum*.

2. *Torneamenta* ſunt nundinae vel feriae, in quibus milites ex condicto conuenire ſolent, & ad oſtentationem virium ſuarum & audaciae temere congredi. *c. felicis. 1. h. t.*

3. Quae hoc iure, non ciuili, *l. ſolent. l. in quibus. ff. de aleator.* ſunt prohibita, adeo vt, ſi quis forte in iis ſit interfectus, non tantum occidens poena (x) homicidii voluntarii puniatur; ſed & occiſus: licet enim vulnerato concedatur poenitentia, tamen, ſi moriatur, eccleſiaſtica ſepultura carebit, niſi caſu ſit occiſus, cum non ludendi cauſa ad torneamenta venerit. *c. 1. & 2. h. t.*

TIT. XV.
DE DVELLIS.

DVellum, eſt ſingulare certamen. Graeco vocabulo *monomachia* vocatur; *c. mo-*

no-

(x) *eccleſiaſtica* ſcilicet: nam *criminalem* hoc caſu olim ceſſaſſe in confeſſo eſt.

(y)

nomachiam. *C. 2. qu. 4. c. 1. & 2. hic.* ad veritatem occultam eruendam olim adhiberi ſolitum. (y)

2. Hoc iure canonico prohibetur: *d. c. monomachiam & c 1. 2. de purg. vulg.* quia multi per pugnam ſine iuſta cauſa, cauſam ſuam perdiderunt: & quia Deus, quod fieri non debet, *c. quare C. 22. qu. 2.* hac pugna tentatur. *c. Mennam. C. 2. qu. 5.*

3. Clericus hoc per ſe, vel per alium, ſponte offerens, vel oblatum ſponte, vel iudice praecipiente, non inuitus, ſuſcipiens, punitur, *c. itanc. C. 32. qu. 5. c. ita*

(y) vt vel *teſtes* vel *litigantes* in pugnam coirent. De priori caſu locus elegans occurrit apud MABILLONIVM *in act. Benedict.* circa *ann.* 653. *ſec. II. p.* 181. *Enimuero longiuſcule litem iudicibus protrahentibus, eo quod nec hi cedere illis, nec illi aſſenſum aliis praebere vellent, tandem adiudicatum eſt, vt ab vtraque parte teſtes exirent, qui poſt ſacramenti fidem ſcutis ac baculis decertantes finem controuerſiae imponerent.* De poſteriori locus eſt ſingularis apud EVNDEM *ſecul. V. p* 581. Clerici quoque & monaſteria hoc genere probandi vtebantur, quamuis alii eorum vicem ſubirent. Sic MABILLON *cit. tr. ſec. IV. p.* 11. *p.* 394. *in not. lit. a.* refert diploma LVDOVICI VI. Francorum Regis, Theobaldo abbati Foſſalenſi conceſſum anno 1118. vt ſerui eius monaſterii *aduerſus omnes homines, tam liberos quam ſeruos, in omnibus negotiis liberam habeant teſtificandi & bellandi licentiam*, cuius priuilegii exercitium tamen GREGORIVS IX. poſtea prohibuit.

c. ita faciat. C.22. qu. 2. Excuſatur, ſi inuitus, cum alias forſan euadere, vel res ſuas ſaluare non poſſit, ſuſcipiat. *c. interfeciſti. de homicid.* Innoc. *in c. porro, ſi Clericus. 1. h. t.*

4. Poena clerici duellum ſponte offerentis, vel oblatum ſuſcipientis irregularitas eſt, & depoſitio; niſi, morte vel membri mutilatione non ſecuta, cum eo miſericorditer diſpenſetur. *d. c. 1. & 2. h. t.* (z)

TIT. XVI. V. x. 15.
DE SAGITTARIIS.

SAgittariorum & balliſtariorum arte aduerſus Chriſtianos, ſub poena anathematis, vti non licet; *c. vn. hic.* puta in bello iniuſto, *arg. c. ſicut ſi conſtiterit. 3. de iureiur.* omnino iniuſto. (a) *c. Dominus. C. 23. qu. 2.*

TIT.

(z) De hiſce duellis plenius agunt MAVRITIVS RACHELIVS, GERHARD, & quos THVRMANN. in *duellicis* adducit. De iniuſtitia horum iudiciorum duellicorum agitur in *tom. IX. obſerv. 5. §. 12. ſqq.*

(a) Sed quis de eo iudicabit? papa forſan. Id olim ſibi arrogauit, vt antiquitates referunt, quo ipſo *iura gentium* admodum conuulſa; neque enim ei ſufficiebat, *iura publica* regnorum turbaſſe: vbique falcem in alienam meſſem immiſit. Liquidum huius rei documentum occurrit in *c. 13. X. de iudic.*

(b)

TIT. XVII. V. x. 16.
DE ADVLTERIIS.

ADulterium generaliter dicitur omnis coniunctio, quae poteſtatem aut naturam legitimi coniugii non habet: *c. nemo blandiatur. 4. nec hoc. C. 32. qu. 3. c. idololatria. C. 28. qu. 1.* proprie tamen diuerſae ſunt fornicationis ſeu illicitae coniunctionis ſpecies, *adulterium*, *ſtuprum*, *inceſtus*, *raptus*, *fornicatio ſimplex*, *luxuria contra naturam*.

2. *Adulterium*, eſt violatio alterius thori. Commixtio cum coniugato vel coniugata. *c. adulterium. C. 36. qu. 1.* Vnde adulterium dicitur, quaſi ad alterius thorum acceſſio. *c. cum lex. §. adulterium. C. 36. qu. 1.*

3. Committitur hoc iure, non ciuili, (b) *l. 1. C. hic.* etiam in ſolutam mulierem, a coniugato; *c. 19. & c. fin. C. 31. qu. 5.* cum eadem in marito, quae in vxore, caſtimonia requiratur. *c. nemo blandiatur. C. 32. qu. 4. c. apud nos. C. 32. qu. 5.*

4. Sed hoc ita, ſi praeter actum thori, ſiue ſui, ſiue alie-

(b) quo tantum erat *concubitus cum alterius vxore:* maritus cum *ſoluta* ſimplex ſtuprum committebat. De iure canonico adulterium eſt *violatio fidei coniugalis*, quam in praxi amplectimur, nec tamen vbique *poena ordinaria* maritis, cum ſoluta ſe commiſcentibus, dictatur.

alieni, violandi, & conſenſus & ſcientia alieni thori adfuerit. Non enim hoc crimen ſine *dolo malo* committitur; nec etiam e voluntate, ſed ab actu intelligitur. *l. pen. l. miles. l. 23. l. 25. ff. hic.*

5. Vnde ea, quae nupſit cum eo, quem ignorabat habere vxorem, adultera quoad primum non eſt; niſi, poſtquam id ipſum ſciuerit, cum eo concumbat; *c. ſi virgo nupſerit. C. 32. qu. 2.* vxor, ab alio quam a marito, violenter oppreſſa, vel ignoranter cognita, vt adultera accuſari nequit. *c. in lectum. C. 34. qu. 2. l. vim paſſa. ff. hic.*

6. Poſſunt mariti, etiam ex ſuſpicione, (c) vxores adulterii accuſare: *c. maritus. 4. hic.* & vxores maritos: *c. 1. vt lit. non cont.* non tamen ex adulterii ſuſpicione coniuges ſe ſeparare, aut ſe dimittere, niſi prius cauſa cognita & probata. *c. tuae. de probat. c. 1. vt lit. non cont. c. multorum. C. 35. qu. 6. c. priusquam. C. 27. qu. 2.*

7. Accuſatio adulterii vel *criminaliter* inſtituitur coram iudice ſeculari; vel *ciuiliter*, coram iudice eccleſiaſtico. *c. tuae fraternitatis. 5. de procuration.*

8. *Criminaliter*, quando agitur ad poenam; quae in adultero, eſt gladii *l. quamuis. 10. in fin. C. hic.* in adultera, quod verberibus affecta, in mo- [illegible] na-

(c) Eſt hoc crimen *occultum, & facti tranſeuntis*, vbi *corpus delicti* non incurrit in oculos, & hoc intuitu *ſuſpicio* ſola ſufficit.

(d)

naſterium detruditur. *Nouel. 134. c. 10.* quod & a iure canonico videtur receptum *in c. gaudemus. de diuort. c. gaudemus. de conuerſ. coniug.*

9. *Ciuiliter*, cum coniux ad ſeparationem thori agit.

10. Cuius cognitio ad eccleſiaſticum iudicem ſolum ſpectat. *c. tuae fraternitatis. de procur. c. 1. de offic. ordin. c. at ſi Clerici. §. de adulteriis. de iudic.* Gloſſ. *in c. cum ſit. & c. conqueſtus. de foro compet.* Qui & excommunicatione in adulteros vti poteſt. *vt in c. intelleximus. c. 2. hic.*

11. Separatio illa non eſt vinculi matrimonii, *c. quos Deus. C. 33. qu. 2. c. de infidelibus. de conſang. & affin. c. inter corporalia. de translat. Epiſc.* ſed tantum cohabitationis & thori diuiſio, *c. pen. & fin. h. t.* (d)

12. Ea conceſſa, dos & donatio propter nuptias, coniugi innocenti applicantur. *c. plerumque. 4. de*

(d) Id ipſum ex doctrina AVGVSTINI nouiter receptum; olim enim *totale diuortium* conceſſum fuiſſe patet ex *c. 1. X. de diuort. d. 1. X. de donat int. vir: & vx c. 2. c. 34. qu. 1. & 2.* Inde quoque eſt, quod tale diuortium pontificii etiam admiſerint in caſu, ſi nudus cum nuda repertus fuerit in eodem lecto, *c. 12. de praeſumt.* licet inde *adulterium* plene haud ſit probatum. Inter proteſtantes tamen hoc etiam ſufficit ad totale diuortium, nec ſine ratione.

de don. inter vir. & vxor. c. 1. vt lite non cont. c. ſi quis vxorem. C. 32. qu. 1. l. 8. ff. fin. l. fin. C. de repud. Nouel. 117. §. quia vero. Nouel. 134. §. antep.

13. Non conceditur; ſi eam petens ipſe quoque adulterium commiſit; *c. pen. & fin. hic.* ſi eius committendi accuſator auctor fuit; aut factum probauit. *c. diſcretionem. 6. de eo qui cogn. conſ. 1. mulier. l. 49. ff. ſol. matr.*

14. Non licet hoc iure (vt ciuili; *l. Gracchus. ff. hic.*) marito. vxorem adulteram in adulterio deprehenſam, vel eius adulterum occidere. (e) *c. ſi quod verius. c. admonere. c. inter haec ſanctitas veſtra. C. 33. qu. 2.*

15. Clericus, ſi adulteraſſe aut confeſſus aut conuictus fuerit, depoſitus ab officio, communione conceſſa, toto vitae ſuae tempore in monaſterium detruditur: *c. 10. ſi quis Clericus. diſt. 81.* de adulterio tantum infamatus, ad confeſſionem adulterae debet ſe cum vicinis quinque Presbyteris iurantibus purgare; ſi ſe purgare non poteſt, ab officio ſuſpendit. *c. ſignificaſti. 5. h. t. vt in c. quam ſit graue. 9. de exceſſ. Praelat.*

16. Poteſt tamen Epiſcopus, poſt peractam poenitentiam, cum Clericis, in adulteriis, & aliis crimi-

(e) Sed *poenitentia eccleſiaſtica* dictatur, qua occaſione forſan factum, vt ius ciuile in praxin introduci haud potuerit.

(f)

minibus inferioribus diſpenſare: neque debet omnem depoſitum poſt poenitentiam ſeculari curiae tradere. *c. at ſi clerici. 4. §. de adulteriis. de iudic.*

TIT. XIIX.
DE STVPRO.

Stuprum, eſt illicitus coitus cum virgine, aut vidua honeſte viuente. Proprie & ſtricte accipitur pro virginis defloratione. *c. lex illa. §. ſtuprum. C. 36. qu. 1.*

2. Cum vidua honeſte viuente ſi commiſſum, ſtuprator poenitentiae ſubditus, pecuniaria poena coercetur: ſi cum virgine, debet & eam pro eius conditione dotare, &, niſi pater puellae renuat, quo caſu ſufficit dotare, eam in vxorem ducere: (f) ſi, patre concedente, eam nolit ducere, corporaliter caſtigatus & excommunicatus, in monaſterium ad agendam poenitentiam detrudi. *c. 1. & 2. de adulter.*

3. Clericus qui virginem deflorauit, cum eam duce-

(f) Ius canonicum ergo conſpirat cum lege Moſaica, quae ſimpliciter legem *matrimonii* ſtupratoribus imponebat, cuius conſequens ordinarium erat *dotatio*. Poſtquam vero hodie aut *matrimonium* aut *dotatio* ſtupratori imponitur, facile liquet, dotationem hanc magis eſſe ſatisfactionem priuatam, ex arbitrio iudicis determinandam.

(g)

ducere nequeat; ſi in ſacris eſt ordinibus, debet in foro contentioſo deponi; Panorm. *in c. at ſi clerici. de iudic.* per *c. ſi quis clericus. diſt. 8. c. lator. C. 2. qu. 7.* & in carcerem vel arctum monaſterium detrudi. Panorm. *in c. pen. de adult.*

4. Qui ſacris virginibus ſtuprum intulit; ſi clericus, deponitur, ſi laicus, excommunicatur. *c. ſi quis Epiſcopus. C. 27. qu. 1.* de iure puta canonico: de ciuili, capite plectitur. *c. ſi quis non dicam. C. 36. qu. 2. l. ſi quis non dicam. C. de Epiſcop. & Cler.*

5. Sacerdos, qui cum filia ſpirituali aut poenitentiali fornicatus fuit, ab officio deponi, & duodecim annis poenitere debet, poſteaque monaſterium ingredi: femina, ſi laica, bonis ſuis pauperibus diſtributis, itidem monaſterium ingredi. (g) *c. 9. ſi quis ſacerdos. C. 30. qu. 1. c. omnes quos. C. 30. qu. 1.*

TIT. XIX.

DE INCESTV.

Ineſtus, eſt conſanguinearum vel affinium abuſus: *c. lex §. 1. C. 36. qu. 1.* non tamen quarumcunque, ſed earum, cum quibus nuptiae ſunt

(g) Neque enim hoc *ſimplex ſtuprum* eſſe creditur, ſed potius inceſtus ſpiritualis, cum etiam per *confeſſionem* cognatio ſpiritualis contrahatur.

(h)

ſunt interdictae, Couar. *in 4. libr. Decret. in 2. part. cap. 6. §. 8.*

2. Eius, hoc iure, poena eſt, quod inceſtuoſus ſit infamis, *c. 17. infames. C. 6. qu. 1.* ſacerdotes vel legitime coniunctos accuſare nequeat, *c. conſanguineorum. 4. cauſ. 3. qu. 4.* fidelium communione, & matrimonio etiam cum alia, ei interdicatur: *c. fin. C. 35. qu. 8. c. quaedam cum fratre. 19. c. ſi quis viduam. c. qui dormierit. c. 1. & cc. ſeqq. C 32. qu. 7. c. 1. de eo qui cogn. conſ. vx.* licet contractum cum alia non ſoluatur; cum non ſit impedimentum dirimens, ſed tantum matrimonium impediens. *c. transmiſſae. 4. de eo qui cogn. conſ. vx.*

3. Liberi ex inceſtuoſis complexibus ſcienter factis nati, non cenſentur legitimi; neque parentibus ſuccedunt. (h) *c. vn. C. 35. qu. 7. Nou. 12. cap. 1. Nou. 89. c. fin.* vbi alias iuris ciuilis poenas vide.

4. Sacerdos inceſtus accuſatus & conuictus deponi & beneficiis priuari debet. *c. pen. de purg. vulg.* Bern. Diaz. *in pract. crim. canon. c. 78.*

TIT.

(h) Alimenta tamen iis aeque hoc iure deberi cenſent, ac quidem liberis adulterinis, cum horum & illorum par ſit conditio.

(i)

TIT. XX. V. x. 17.

DE RAPTV.

RAptus eſt, quando puella violenter (i) de domo patris abducitur, vt corrupta in vxorem habeatur. *c. lex.* §. *1. 36. qu. 1.*

2. Eius poena eſt in raptorem, eiusque comites, praeter poenas legibus ciuilibus ſtatutas, *in l. vn.* C. *de raptu. Nouel. 123. c. ſi quis rapuerit.* C. *27. qu. 1.* ſi laici ſunt, anathema; ſi clerici, ordinis & honoris amiſſio. *c. raptores igitur. 2. c. de puellis. 4. c. ſi quis virginem. 5. & c. ſeq.* C. *36. qu. 2.*

3. Raptus autem proprie, hoc iure, dicitur committi cum femina honeſtae famae, ſiue ſit virgo, ſiue vidua, *c. raptores.* C. *36. qu. 2.* cum qua de nuptiis ante nihil actum fuerat, abducitur, *d. c. lex.* Vnde qui ſibi deſponſatam, parentibus inuitis ab-

(i) De iure ciuili etiam ſufficit, ſi puella, perſuaſionibus inducta, in raptum conſenſit. Sed de iure canonico talis abductio *raptus* non dicitur, ſi puellae antea fides de matrimonio data, reclamantibus licet parentibus, *c. 6. X. h. tit.* quod rationem non habet. Interim in praxi ex hoc iure mitigatio poenarum in hoc & aliis caſibus, ab auctore adductis, inualuit, cum crediderunt, matrimoniales cauſas eisque confines ex iure canonico eſſe decidendas.

(k)

abducit, raptor, hoc iure omnino ciuili; *l. vn.* C. *de raptu*, non dicitur. *c. cum cauſam. & fin. de raptor.*

4. Rapta quoque puella, hoc iure, non ciuili, *d. l. vn. §. etſi non nuptae. c. cum ſecundum leges. de haeretic. in 6.* legitime cum raptore matrimonium contrahet, ſi prior diſſenſio in conſenſum tranſeat; (k) *c. fin. de raptor.* ſi modo matrimonium aliunde non habeat impedimentum: vt puta: *ordinis*, *conſanguinitatis*, vel *alterius generis*. Raptor enim & rapta nomina ſunt vitiorum, non perſonarum: vitia autem cum purgata fuerint, eorum etiam nomina abolentur.

5. Sed haec de illis intellige, qui mulierum laicarum conſenſum habuerunt; nam qui Deo dicatas virgines, vel rapuerint, vel volentes matrimonio ſibi ſociare tentarint, tanquam ſacrilegi pleƈtuntur; nulla ſacrarum virginum voluntatis habita ratione. *can. 2. vbi Gloſſ. 1.* C. *36. qu. 2.*

TIT.

(k) Secundum *concil. Trident. ſeſſ. XXIV. de reform. matrim. c. 2.* deſideratur, vt rapta prius in tuto & libero loco conſtituatur, quo eo rectius cognoſci queat, vtrum libere in matrimonium conſenſerit?

(l)

Tit. XXI.

DE FORNICATIONE.

Fornicatio ſimplex (a fornicibus, id eſt, concameratis cellis, ſub quibus Romae meretrices omnibus expoſitae habitare conſueuerant, dicta) eſt omnis coitus illegitimus cum meretricibus & aliis. *c. lex illa. §. fornicatio. C. 36. qu. 1.*

2. Meretrix dicitur, quae *multorum* (l) libidini paret, *c. 16. vidua eſt. diſt. 34. c. meretrices. C. 32. qu. 4.* quae palam quaeſtum corporis ſui facit.

3. Palam quaeſtum dicitur facere non ſolum quae in lupanari ſe proſtituit; verum etiam quae in taberna, caupona, vel qua alia pudori ſuo non parcit.

4. Ve-

(l) Haec eſt definitio *meretricis* in *cit. c. 16.* adducta. Ineptiit vero gloſſa, dum *numerum certum* perſonarum, quarum libidini expoſita fuit, determinare voluit. Aliunde inueſtigare voluit, quot perſonae *multorum* numero cenſeantur? Forte fortuna incidit *in c. 9. D. 45.* vbi refertur ex Moiſis hiſtoria, *multorum* hominum ſtrages, h. e. *viginti tria millia hominum.* Inde collegit inſipidus gloſſator, *multos* homines eſſe numero *viginti trium millium* determinandos, putauitque illam demum eſſe meretricem, *quae admiſit plures quam* 23000. Mox vela retraxit inciditque in *c. 4. X. de cleric excomm.* vbi *multitudo magna* dicitur, quae *quadrageſimum numerum* excedit, & inde collegit, meretricem eſſe, quae admiſit vltra XL. perſonas. En miram gloſſatoris eruditionem!

(m)

4. Vetatur ſimplex fornicatio; *c. praedicandum, C. 11. qu. 2. c. in eo fornicator. 11. 12. c. meretrices. 11. C. 32. qu. 4. c. aliter. C. 30. qu. 5. c. adulteri. C. 32. qu.* 7. ſed eius poena, tam quoad *poenitentiae* modum, quam alia, eſt arbitraria; Lancell. *in Inſtit. iur. canon. tit. de adult. §. fin.* in laico puta: in clerico, ſi poſt primam, ſecundam, tertiam admonitionem, cum foemina, de qua fornicationis criminis eſt ſuſpectus, inueniatur fabulari, & cum ea conuerſari, excommunicatur; *c. ſi quisquam. 2. de cohab. cleric. & mul.* ſi monitus focaria non abſtineat, ab eccleſiaſticis beneficiis vsque ad ſatisfactionem ſuſpenditur; *c. ſicut. 4. eod. c. ſi autem clerici. 7. eod. c. vt clericorum. 13. de vita & honeſt. cler.* ſi ſuſpenſus eam retineat, perpetuo ab officio remouetur. *d. c. ſi autem clerici. & can. Maximinianus. 6. diſt. 81.*

TIT. XXII.

DE LVXVRIA CONTRA NATVRAM.

GRadus ſunt peccatorum: & adulterii malum vincit fornicationem, vincitur autem ab inceſtu; inceſtum vincit is coitus, qui contra naturam fit. *c. adulterii malum. cum trib. ſeqq. C. 32. qu. 7.*

2. Contra naturam fit coitus, cum maſculo, cum femina in membro ad hoc non conceſſo, *c. offere-*

bat. 12. c. vſus naturalis. 14. eod. C. 32. qu. 7. cum brutis. *c.* 4. *mulier. C. 15. qu. 1. c. hoc ipſum. §. hoc autem. C. 33. qu. 2.* (m)

3. Cum brutis commixtio, morte punitur: *d. c. mulier. C. 35. qu. 1.* cum puero, vel muliere contra naturam, hoc iure in clerico, deiectione, & in monaſterium ad poenitentiam agendam detruſione; in laico, excommunicatione, & a cœtu fidelium remotione vindicatur. *c. clerici. 14. de exceſſ. praelat. c. vt clericorum. 13. de vit. & honeſt. cleric. c. offerebat. 12. c. vſus naturalis. 14. C. 32. qu. 7.*

TIT. XXIII. V. x. 18.

DE FVRTO.

FVrtum, eſt contrectatio rei alienae, vel vſus ipſius, inuito domino, *c. dudum eccleſia.* 54. *de electione. c. non furem.* C. 7. *qu.* 1. fraudulenta, lucri faciendi cauſa. §. *furtum autem. Inſt. de oblig. quae ex delict. naſc.*

2. Eſt vel *ſimplex*, de quo hoc titulo: vel *improbus*, de quo titulo ſequente.

3. Illud vel *manifeſtum*, vel *non manifeſtum*. §. *furtorum. Inſt. eod.*

4. *Manifeſtum* eſt, quod nulla tergiuerſatione ce-

(m) Vocari alias ſolet *Sodomia*, & quidem ex *ſtylo patrum*, vt liquet ex *c.* 13. *C.* 32. *qu.* 7.

(n)

celari poteſt. (n) *c. cum olim. 24. de verb. ſignif.* & ideo nulla alia probatione indiget. *c. de manifeſta. C. 2. qu. 1. Non manifeſtum* eſt, quod celari poteſt, & probatione indiget.

5. Vtrumque fit etiam in re modica. *c. fin.* C. *14. qu. 6.* modo ea ſit aliena; *l. falſus. 43. §. qui alienum. ff. hic.* contrectetur, ſiue vere, vt rem amouendo, transferendo, *l. ſi quis. §. ſi quis aſinum ff. hic. l. alienum.* C. *eod.* ſiue ficte; vt cum falſus procurator, debitum volens exigere, aliis ſoluendum ſe praeſente delegat: *l. falſus. §. ſed is. ff. eod.* quis opem & auxilium ad furtum faciendum praeſtat; *l. is qui opem. ff. eod.* res furtiuas recipit; *l. eos.* C. *eod.* animo furandi, *c. fur autem. & c. fin. C. 14. qu. fin.* inuito domino. *d. l. falſus. c. hi qui in furtis. §. furtum. & c. fur autem. C. 14. qu. 6.*

6. Quae ſi non adſint, furtum in foro contentioſo non punitur; omnino in foro poenitentiali, & quoad Deum. *c. ſi propterea. 29. de poenit. diſt. 1.* (o)

7. Fur-

(n) Sed hoc eſt furtum *notorium*, quod non ſtatim eſt *manifeſtum* in ſenſu iuris ciuilis, vti ex diuerſitate definitionum conſtat.

(o) Quae ſſ. antec. adducta ſunt, ad *iuris Canonici* doctrinam proprie non pertinent, ſed illa in *iure ciuili* determinantur. Patres & interpretes decalogi VII. latius extendunt furti ambitum, & quidem eccleſiae R. Doctores magna cum cura, vt, quatenus *poenitentia externa* expiandum ſit furtum, conſtet.

 (p)

7 Furtum etiam faciunt: qui beneficium eccleſiaſticum ſine legitima inſtitutione occupant; (p) *c. non furem.* C. 7. *qu.* 1. *c. tres perſonas.* C. 23. *qu.* 4. *c. ordinationes.* C. 1. *qu.* 1. *c. relatum.* 21. *de iure patron.* quique beneficia, quae per adeptionem aliorum vacant, retinent; *c. dudum eccleſia.* 54. *de electio n.* qui fructus beneficiorum percipiunt, nec curant ſibi commiſſos; *c.* 12. *tres perſonas.* C. 23. *qu.* 4. qui furti conſcius, quaerente poſſeſſore, illud non indicat; *c. qui cum fure. hic.* niſi ſit Presbyter, cui fur confeſſus fuit, qui non cogitur, *c. dilectus filius.* 13. *de exceſſ. Praelat.* imo non debet, nec poteſt impune, reuelare. *c. omnis vtriusque. de poenit. & remiſſ.*

8. Qui in extrema famis neceſſitate comeſtibilia, in extrema nuditate veſtimenta ſurripuit: modo ſibi ſufficientem non excesserit quantitatem: *c.* 2. *hic. c. fraternitatis.* C. 12. *qu.* 2. *c. diſcipulos. de conſecr. diſt.* 5. *c. fin.* C. 25. *qu.* 1. *c. ſi quis. hic.* Archidiac. *ad c. poenale.* C. 14. *qu.* 5. furti poena ordinaria non punitur; ſed ei tantum trium hebdomadarum iniungitur poenitentia. *d. c. ſi quis.*

9. Neceſſitas enim quodammodo de illicito licitum facit. *c. quod non eſt licitum. de reg. iur. in* 6. *c.* 2. *de obſeru. ieiun. c. quanto. de conſuet. c. ſicut. de conſecr. diſt.* 5.

10. Si

(p) Quod Saluator eos, qui non legitimo modo *ovile eccleſiaſticum* ingrediuntur, *fures & latrones* vocet.

(q)

10. Si furtum, nulla neceſſitate cogente, ſola fraudulenta intentione commiſſum a laico, punitur poenis ciuilibus, (q) de quibus vide *Aphoriſm. noſt. in digeſta & Codic. hoc titulo.* Si a clerico: aliter ſi furtum fuit *manifeſtum*, aliter ſi *nec manifeſtum.*

11. *Si manifeſtum*; & accuſatus, confeſſus, vel legitime conuictus, eſt infamis, *c. infames.* C. *6. qu. 1. c. Euphemium. 7. §. hinc colligitur.* C. *2. qu. 3. c. conſtituimus.* C. *3. qu. 5.* & deponitur, in monaſterium coniicitur: ſi necdum corrigibilis, ſeculari iudici legitima poena puniendus traditur, *c. at ſi clerici.* §. *1. c. cum non ab homine. de iudic. c. tuae. de poenis. Si nec manifeſtum*; & fur illud vltro fuit confeſſus, rem reſtituere & poenitentiam agere tenetur: quibus peractis, ad ſacros ordines poteſt promoueri: *c. ex literis. hic.* ſi de eo damnatur, fit infamis. *d. c. infames.* C. *6. qu. 1. d. c. conſtituimus.* C. *3. qu. 5.*

12. Pro eis, qui, dum furtum committunt, occiſi fue-

(q) Interim concurrit etiam eccleſia, cooperaturque ad eius manifeſtationem. Ad furtum enim occultum reuelandum hoc medio vtendum eſſe cenſet, vt Presbyter furem ſub poena excommunicationis admoneat, publiceque adhortetur ex ſuggeſtu, vt ablata reſtituat, vel, ſub promiſſione ſilentii, ea ad aedes eius deferat. *c. vn. extrau. comm. h. tit. ANTON. LAZARIVS in quaeſt. canon. de monitor. ſeu excommunicat. ad effectum reuel.*

ſi fuerunt, non eſt orandum: quanquam, ſi comprehenſi aut vulnerati, confeſſi fuerint, communio eis non ſit deneganda, *c. 2. hic. c. fures*, C. 13. *qu. 2.*

TIT. XXIV. V. x. 17.

DE RAPINA.

FVrti improbi, quod doctores qualificatum vocant, ſpecies eſt *rapina rerum*.

2. *Rapina* eſt vel *ſimplex, de qua hoc titulo*; vel *qualificata*, ſiue *improbiter*: vt cum ex incendio rapitur; de qua *titulo ſequente*: vel eccleſia violatur; de qua *titulo proximum ſequente.*

3. *Rapina ſimplex* eſt fraudulosa rei alienae, mobilis, & corporalis, per vim facta ablatio. *c. lex illa*, C. *36. qu. 1. c. de raptoribus*. C. *36. qu. 1.*

4. In rebus immobilibus, inuaſio, §. *quod non ſolum. Inſt. de vi bon. rapt.* in beneficiis intruſio, *c. eum qui de praeb. in 6.* per vim facta, idem eſt, quod rapina in mobilibus.

5. Rapinam committentes, ſiue ſint laici, ſiue clerici, a Praelato loci, vbi deliquerunt, *c. 1.* C. *3. qu. 6. c. placuit in* C. *6. qu. 3. c. placuit. fin. c. de foro comp.* hoc iure, excommunicantur, aliisque poenis coercentur, niſi ablata reſtituant, vel de reſtituendo caueant: *c. ſuper eo. c. excommunicationi h. t.* ſi nolint, nec poeniteant, eccleſiaſti-

ca

ca ſepultura ipſis denegatur. *c. 2. de raptor.* (r)

6. Poſſunt flagellis caſtigari, & vltimo ſupplicio: ſed ab aliis quam eccleſiaſticis iudicibus damnari. *c. in Archiepiſcopatu. eod. l. capitalium. 28. §. famoſos. §. graſſatores. ff. de poen. l. per omnes.* C. *de defenſ. ciuit. l. prouinciarum.* C. *de feriis.*

7. Si in depraedando occidantur, pro eis non oratur: *c. de furtis.* quia praeſumuntur in mortali peccato mortui; pro qualibus non oratur. *c. placuit.* C. *23. qu. 5. c. pro dilectione. 95. de poenit. diſt. 2.*

TIT. XXV.

DE INCENDIARIIS.

Rapinam etiam intelliguntur commitere, qui

(r) Peracta enim poenitentia etiam in mortis articulo, abſoluuntur, & honeſte ſepeliuntur, vt tamen heredes teneantur, pro *viribus hereditatis*, ad damnum reſtituendum, *c. 5. X. h. cit.* quo defunctus eo citius ex purgatorio liberetur. Inde *generaliter* inferunt, ex iure canonico heredes ad damnum a defuncto datum reſarciendum teneri, ſi vel maxime inde non ſint locupletiores facti, quod etiam ICti proteſtantes in praxi approbant, ſed rationem iuris canonici non ſatis perpendunt,

qui ex *incendio*, vel *naufragio*, res rapiunt. *c. 3. de raptor.*

2. Qui vero data opera, ex odio, vel vindicta ignem ad conflagranda aedificia apponunt, vel apponi faciunt, *incendiarii* dicuntur; non, quorum negligentia incendii fomitem praebet. *c. peſſimam. C. 23 qu. 8.* –

3. Incendiarii, vt & qui illis conſilium, vel auxilium ſcienter praeſtiterunt, hoc iure, ſi laici, excommunicantur: nec, niſi prius, damno, pro ratione facultatum ſuarum reſarcito, iurent, ſe vlterius ignem non appoſituros, abſoluuntur. Epiſcopus vel Archiepiſcopus, qui eo non praeſtito abſoluit, per annum ab Epiſcopali officio, diſtrictione canonica, abſtinere compellitur: *d. c. peſſimam. C. 23. qu. 8. c. indigne. C. 12. qu. 5. c. quisquis. C. 17. qu. 3.* ſi clerici; pro iudicis arbitrio, habita damni, loci, & doli ratione, puniuntur; cum nulla ſpecialis poena eis infligenda canonibus ſit ſtatuta. Diaz. *in prax. verſ. incendiarii.* Quomodo vero iure ciuili incendiarii puniantur, vid. *Aphoriſm. noſt. in ff. tit. de incend. ruin. nauf.*

TIT. XXVI.

DE SACRILEGIO.

S*Acrilegium* eſt, quoties quis ſacrum violat, (s) aut

(s) Multis ergo modis committi poteſt, calicem laicis ſubtra-

aut auferendo ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro, *c. ſi quis contumax.* & *c. quisquis. C. 17. qu. 4. contra. l. diuus. ad leg. Iul. pecul.*

2. Committitur vel *in rebus*, vel *in perſonis eccleſiaſticis.*

3. *In rebus*; vt eccleſiam infringendo, vel quippiam circa eam intra triginta paſſus diripiendo, vel inde auferendo, aut iniuriam inferendo, praedia eccleſiaſtica inuadendo, venando. *c. quisquis. C. 17. qu. 4. c. praedia. C. 12. qu. 2. c. diffiniuit. C. 17. qu. 4.*

4. *In perſonis* manus violentas, clericis, vel aliis perſonis eccleſiaſticis iniiciendo, pulſando, vinciendo, verberando, aliaque iniuria afficiendo. *c. ſi quis ſuadente Diabolo. c. quisquis. & c. ſi quis. C. 17. qu. 4.*

5. In perſonis, aut earum veſtibus, Gloſſ. *in d. c. ſi quis ſuadente.* Innoc. *in c. nuper. de ſent. excomm.* commiſſum, excommunicatione maiore pu-

---

trahando, *c. 12. de conſecrat. D. 2.* verbum diuinum contemnendo, *l. 1. C. de crim.* blasphema verba eructando, *l. 3. 4. C. de apoſtat.* templa violando, eorumque immunitatem, pauperibus id, quod iis deſtinatum eſt, ſubtrahendo imo & aliis modis hic relatis. Et quia Imperatores ſibi *diuinitatem* quandam *per abuſum* attribuerunt, inde natum eſt *ſacrilegium politicum.*

punitur; a qua non niſi à Pontifice abſolutio concedi poteſt. *d. c. ſi quis ſuadente.*

6. In rebus commiſſum, varie, pro modo ſceleris admiſſi facinorisue perpetrati, niſi ſatisfactum ſit, aut de ſatisfaciendo plena ſecuritas data, punitur: nunc enim ſacrilego beneficium poenitentiae penitus denegatur, nunc anathemate vincitur, Dd. *in c. conqueſtus. de foro comp. & c. conqueſti. de ſent. excomm. c. ſi quis contumax.* C. *17. qu. 4.* nunc perpetua damnatus infamia carceri traditur, aut exilio perpetuae deportationis & depoſitionis animaduerſione coercetur. *c. attendendum.* C *17. qu. 4. c. praedia. & c. quicunque.* C. *12. qu. 2.* aliquando & pecuniaria poena mulctatur. *d. c. ſi quis contumax.*

7. Haec eis perſoluenda eſt, ad quos ſacrilegii querimonia pertinet. *d. c. quisquis,* C. *17. qu. 4.*

8. Poſſunt ſacrilegi ſub vtroque iudice, tam eccleſiaſtico, quam ſeculari, conueniri & damnari. *c. cum ſit generale, c. 8. de foro comp. l. ſi quis in hoc.* C. *de Epiſc.*

9. Eisdem poenis, quibus ſacrilegi, & puniuntur participes & adminiſtri eorum. *c. 2. de raptor.*

10. Presbyteri, ipſis, ſiue in vita, ſiue in morte, poenitentiam dantes, vel ſepulturae eorum interuenientes, vel ab eis eleemoſynas recipientes, deponuntur, & eccleſiaſtico beneficio irrecuperabiliter priuantur. *d. c. 2. circa fin.*

TIT.

TIT. XXVII. V. x. 19.

DE VSVRIS.

SEquitur *de vſuris:* quia cum rapina & furto tantam affinitatem habet vſura; vt qui vſuram accepit, rapinam facere dicatur. *c. ſi quis vſuram.* C. *14. qu. 4.* (t)

3. Quare & peccat qui vſuras accipit, non qui ſoluit: *c. debitores. de iureiur.* qui vſuras accipere non eſſe peccatum pertinaciter aſſerit, vt haereticus punitur, (u) *Clem. vn. §. fin. de haeret.*

3. V.

(t) Doctrina haec nata eſt ex Patrum confuſione, regulas *iuſti* & *amoris* confundentium, & doctrinam *CHRISTI* non ſatis perpendentium. In ore habent illud tritum: *mutuum date, nihil inde ſperantes*, quod de *vſuris* ne quidem loquitur, ſed ſummum exprimit amorem, erga illos in mutuo dando exercendum, qui adeo indigentes ſunt, vt nequidem reſtitutio *ſortis* ſperanda ſit. Eadem de cauſa quoque noſtra ope indigentibus ſuccurrendum aliis in contractibus, vt gratuita detur habitatio, merces non amare exigatur. Verum regulae amoris non tollunt *regulas iuſti*, ſi cum eo agitur, qui noſtro auxilio non indiget, ſed nos maxime eius adiutorio indigemus, & inde ab eo, qui noſtra pecunia in ſui commodum vtitur, vſuras, tanquam *mercedem pro vſu pecuniae*, ſtipulamur.

(u) Quia tot decreta paparum & patrum ſententias impu-

3. *Vſura*, hic eſt, quicquid vltra ſortem (x) principalem, ſeu debitum, creditor, ratione mutui ex pacto, vel praecedente ſua intentione, accipit. *c. fin. hic. c. putent. & fere tota.* C. *14. qu. 5.*

4. Si quid ergo ſorti & lucro creditoris accedat, praeter eius foenerandi intentionem, (y) vſura non erit. Panorm. *ad rubr. hic.* Gloſſ. *in c. conſuluit. 10. ad verb. ſperantes. hic.*

5. Eſt vſura vel *conuentionalis*, de qua expreſſe conuenit; vel *mentalis*, cum aliquis ea mente contrahit, vt aliquid vltra ſortem recipiat, omni con-

pugnat, qui ad *articulum fidei* hoc dogma retulerant. Et tamen patres hic grauiter erraſſe, inter alios egregie oſtendit *NOODT* vir clariſſ. *de foenor. & uſur. lib. I.*

(x) Tanquam *lucrum* aliquod. Inde *intereſſe* huc non pertinere cenſent, vtpote quod *compenſationem damni* continet. Equidem hoc ab *vſuris* diſtingui ſcio; ſimul tamen animaduerto, eccleſiis attribui vſuras per modum eius *quod intereſt*, ne videantur peccare contra leges, quo ipſo tamen fucum faciunt, cum ſi *reuera* intereſſe peterent, illud ante omnia probare deberent. Et tamen hac doctrina, in peſſimo fuco fundata, vtitur etiam *CARPZOVIVS p.* 1. *C.* 28. *def.* 171. aſſerens, eccleſias percipere vſuras non qua tales, ſed vt intereſſe, quod dogma alios errores peperit.

(y) Et praecedentem ſtipulationem, veluti ſi ſponte *honorarium* offeratur. En fucum nouum, ſub quo clerici vſuras tegere poſſunt.

(z)

conuentione ceſſante. *conſuluit. 10. hic. c. vſura eſt.* C. 14. *qu. 3.*

6. Vtraque prohibita eſt, *d. c. conſuluit. vbi* Gloſſ. & Panorm. *ad c. cum in tua, hic.* in mutuo vero, vel praeſumto; Canon. *per c. conſuluit. & c. nauigante. vbi* Panorm. *num. 6. & alii. hic.* Gloſſ. *ad c. 1. ad verb. plus,* C. 14. *qu. 3.* Domin. Soto *de inſtit. lib. 6. qu. 1. art. 1. & 2.* cum quia mutui contractus natura ſit, vt nihil vltra, quam datum ſit, promitti aut exigi poſſit, (z) *l. rogaſti. § ſi tibi dedero. D. de reb. cred. l. ſi tibi decem. ff. de pact. cum ſimil.* tum quia mutuum ex officio amici, quod gratuitum eſſe debet, *l. 1. de mand.* procedit. (a)

7. Mutuum praeſumtum eſt, cum in fraudem prohibitarum vſurarum de his aliter contrahitur; vt cum, pro ſolutionis dilatione, aut ob ſolutionem exſpectatam, in aliis contractibus hae exigantur, (b) *vt in c. conſuluit. 10. & in c. ciuita-*

(z) Haec ratio ex principio iuris Romani fluit, quod mutuum ſit contractus *realis*, in quo obligatio non *primario* ex conſenſu, ſed ex eo, quod *datum* & *numeratum* eſt, deſcendit.

(a) Sed non reſpuit conuentionem contrariam, ſi vſurae ſunt promiſſae. Quid enim aliud ſunt *uſurae*, quam *merces pro vſu pecuniae*? Et ſicuti pro vſu aliarum rerum mercedem accipere non eſt iniquum, ita nec pro vſu pecuniae.

(b) Veluti ſi mercatores, habita fide de pretio, pretia re-

uitate & c. fin. hic. cum ciuitas, vel iudex, vel poteſtas ſtatuit, vt vſuras in foro eccleſiaſtico repetentes, cogantur. vſurario tamen pecuniam tanto tempore mutuare, quanto pecuniam vſurarii tenuerunt: *vt not.* Gloſſ. *ad Clem. 1. ad verb. onera. hic.* cum conuenit, vt ex pignore fructus creditores percipiant, (f) *c. 1. & 2. c. conqueſtus. hic. c. ad noſtram. 7. de iureiur. c. contra. 6. de pignor.* cum res vendita cum eo pacto, vt poſt certum tempus reſtituatur, & ſimul quid vltra ſortem ſoluatur. *c. illo vos. 4. eod. c. ad noſtram. de emtion.*

8. Ex alio contractu, alia ratione, vel propter id quod petentis intereſt, ſi vſurae generali nomine petantur, ſunt permiſſae: *vt in c. per tuas. de arbitr. c. 1. de plus petition. c. ſacra. de ſent. excomm.* quia & iure diuino id quod intereſt licite petitur. *Exod. c. 21. & 22. & c. 1. & 2. de iniur.*

9. Qua ratione, ius hoc, certis caſibus, extra mutuum, quid vltra ſortem, absque vſurarum vitio

---

rerum augent, pro minori vendituri, ſi parata pecunia ſolueretur. *c.* 10. *X b t.*

(f) Praxis imperii antiquiſſima etiam *ſeculo XIII. ſeqq.* non recepit has pontificum ſententias, vti tot diplomata oppignoratorum caſtrorum & terrarum, etiam imperii oſtendunt. Vid. *STRAVCH. de oppign. territ.* Inde nec doctrina de *vſuris* recipi potuit, vtut pontifices omni conatu illam obtrudere imperio ſtuduerint, donec tandem, recepto iure Romano, legibus imperii modus ſtatutus ſit.

tio, recipere permittit: vt cum fideiuſſor, debitoris debito ſoluto, damnum repetit: *c. peruenit. de fideiuſſ.* gener, vxorem nutriens, fructus fundi pro dote promiſſa oppignorati, donec ea ſoluatur, percipit: *c. ſalubriter. 16. hic.* cum qui decem dat ſolidos, paciſcitur, vt alio tempore totidem grani, vel vini, vel olei menſurae reddantur: *c. in ciuitate. ſſ. 6. c. fin. hic.* cum Clericus beneficium eccleſiaſticum aliter redimere non valens, praetextu pignoris de manu laici percipit: (g) *c. 1. verſ. niſi forte. hic.* cum Dominus a vaſallo, remiſsis ei ſeruitiis, pignori feudum accipit: *c. 1. de feud. c. conqueſtus. 8. in fin. hic.* cum cenſus annuus in praedio, etiam cum pacto de retrouendendo, emtus. (h) *c. 5. & 2. de emt. vend. Ext. com.*

10. Vſuras exigere interdicitur omnibus Clericis, *c. ſi quis oblitus.* C. *14. qu. 4. c. quoniam. 8.* C. *14. qu.*

(g) Tunc enim vel ideo fructus percipiunt, nec imputant in ſortem, quoniam beneficium recipere dicuntur ab iniuſto poſſeſſore *GONZALES ad c. 43 de elect.*

(h) Hos annuos reditus *MARTINVS* V. approbauit in *c. 1. cit. tit.* quod iuri communi *talis Venditio* conformis ſit. Sed hi reditus magis grauarunt debitores quam vſurae: 1) quod rebus impoſiti ſint, & quemuis poſſeſſorem grauent. 2) quod emtor ſortem nunquam repetere poſſit 3) quod vltra alterum tantum aſcendant. 4) quod *ſortem* conſtituere dicantur, adeoque, receptis vſuris, inde quoque hae debeantur.

(i)

qu. 4. c. quoniam multi. diſt. 47. c. 1. hic. laicis, *c. 2. hic. cum ſimul.* Iudaeis, *c. poſt miſerabilem. 12. eod.* Capitulis, ſeu Collegiis, *c. conqueſtus. 8. eod.* ciuitatibus; *Clem. 1. eod.* etiam praetextu redimendorum captiuorum, *c. ſuper eo. eod.* Ratio in *c. ſic non ſunt. C. 3. qu. 4. c. magnopere. X. Ne Cler. vel Mon. ſecul. neque ſe immiſc.* aut vtilitatis Clericorum ad illorum ſtipendia: *arg. d. c. ſuper eo.* & ab omnibus accipere. *c. fin. C. 14. qu. 4. iunct. Matthaei cap. 3.*

11. Vnde debitores ad vſuras ſoluendas cogi non debent: *c. debitores. 6. de iureiur.* niſi ſoluturos iurauerint. Omne enim iuramentum, quod ex parte iurantis ſine detrimento ſalutis aeternae, impleri poteſt, eſt ſeruandum; *c. quamuis de pact. in 6.* iam vſuras ſoluere peccatum non eſt; eſt eas accipere, *vt not.* Gloſſ. *fin. ad c. debitores.* (i)

12. Hinc, quia non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, *c. cum tu. hic. c. peccatum. de reg. iur. in 6. c. 56. qu. 6.* creditores, aut illorum heredes, etiam extranei, *c. tua nos. hic.* Gloſſ. *ad c. Michael. 7. ad verbum, pater. eod. & Gloſſ. ad c. 2. ad verb. facultatis. eod. in 6.* vſuras acceptas, aut pretia rerum ex eis emtarum, quae ven-

(i) Coguntur ergo ad ſoluendas vſuras; ſed eas repetere non prohibentur, quod *repetitio vſurarum* extra conuentionem ſit. Ita ſophiſtice pontifex interpretatur pacta vſurarum in *c. 7. & 10. X. de iurei.*

(m)

vendendae, *c. eccleſia, vt lite pendent. c. cum tu. hic.* nulla obſtante appellatione, (k) *c. quam perniicioſum. 17. eod.* reſtituere, *d. c. debitores.* iuramentum ſuper vſuris ſoluendis praeſtitum relaxare, (l) *c. 1. c. ad noſtram. 20. de iureiur. c. dudum. 13. hic.* eccleſiaſtica diſtractione compelluntur.

13. Reſtituere debent, non tantum his, a quibus vſuras acceperunt; ſed & eorum heredibus: *c. ſic vt dignum. 6. §. eos. de homicid. c. eam te. de iureiur.* his non exiſtentibus, pauperibus, *c. cum tu hic.* ſi quidem in bonis habeant vnde reſtituere poſſint. (m) *c. Odoardus. de ſolution.*

14. Reſtituiſſe etiam videntur, ſi ab eo, qui vſuras petere poteſt, eae ſint remiſſae. Hoſtienſ. *hic. §. fin. verſ. quid ſi.* Dyn. *in Regul. peccatum. 4. num. 8. de regul. iur. in 6.* Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de vſur.*

15. Si

(k) Quod haec interponi dicatur contra iura manifeſta, Sed in imperio iura haec legibus publicis ſublata ſunt.

(l) Quod in hoc iuramento Deo promſſio facta de *ſoluendis vſuris.* Verum hunc errorem *tit. de iureiur.* reprobaui.

(m) Neque enim clerici pro quouis debito ſunt excommunicandi, ſed tantum iuratoriam cautionem praeſtare iubentur, de eo ſoluendo, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerint. Hic eſt cit *c. Odoardus,* minime vero ex eo concludi poteſt, clericos habere beneficium *competentiae.*

15. Si non reſtituant, ad communionem altaris non admittuntur; ſi in hoc peccato deceſſerint, Chriſtiana ſepultura priuantur; eorum oblationes ab eccleſia non accipiuntur; teſtamenta eorum non valent, *c. quae in omnibus, 3. hic. c. 2. eod, in 6.*

16. Quibus ſubiacent, licet de vſuris, quas receperunt, ſatisfieri, expreſſa quantitate, vel indiſtincte in vltima voluntate mandauerint, donec vel de iis plene ſit ſatisfactum illis, quibus reſtitutio facienda, vel, eis abſentibus, loci ordinario, aut eius vices gerenti, ſiue Rectori parochiae, in qua teſtator habitat, coram aliquibus fide dignis, de ipſa parochia, aut ſeruo publico, de ipſius ordinarii mandato, idonee de reſtitutione facienda ſit cautum. *c. quanquam. eod. in 6.* vbi Gloſſ.

17. Qui reſtitutione, aut de ea cautione non facta, ab vſurario impoenitente oblationem accepit, aut eum ad confeſſionem admiſit, abſoluit, eccleſiaſticae ſepulturae eum tradidit, *c. 3. hic. c. 2. eod. in 6.* eius teſtamento interfuit, *d. c. 2.* ad reſtitutionem accepti compellitur, & donec ad arbitrium Epiſcopi ſui ſatisfaciat, ab officii ſui executione ſuſpenditur. *d. c. 2.*

18. Quae pœnae canonibus imponuntur; praeterea aliae a iudicibus, vſurariis id, quod vſurae loco exegerunt, reſtituere recuſantibus, infliguntur: nam laicos vsque ad dignam ſatisfactionem vinculo excommunicationis adſtringunt, *c. praeterea, 7. hic.* Clericos ab officio ſuſpendunt, & in

in delicto, perſeuerantes deponunt atque a Clero deiiciunt, *c.1. & 2. diſt. 47. c. canonum. 2. ſi quis oblitus. 4. c. quoniam. C. 14. qu. 4.* & praeterea vſurarios rationes ſuas aduerſariis edere cogunt. *Clem. vn. §. caeterum. h. t.* (u)

19. Qui vſurarios manifeſtos alienigenas (x) in terris ſuis habitare permittunt, ſi ſunt perſonae eccleſiaſticae, & Patriarchae, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ſuſpenſionis; ſi minores perſonae ſingulares, excommunicationis: ſi collegium aut alia vniuerſitas, interdicti ſententiam incurrunt. *c. vſurarum. eod. in 6. c. ſeditionarios. 8. diſt. 46.*

20. Qui pro vſurariis manifeſtis ſtatuta (y) ordinarunt, fecerunt, ſcripſerunt, dictarunt, vel ſecun-

(u) Plenius de his poenis agit *LEOTARDVS tract. de vſur. in f.* in quo vniuerſam hanc materiam ex mente pontificiorum explicat.

(x) Hoc potiſſimum de *iudaeis* intelligendum, qui *manifeſti vſurarii* eſſe dicuntur. Qua de cauſa quoque in *R. I. de anno* 1530. von Juden und rubr. ihrem Wucher, cautum eſt, ne iudaei vſurarii tolerentur. Erat praeterea olim genus hominum, vſuris vnice ſtudentium, quos vocabant *cauſſinos* vel *caorcinos*, de quibus agunt MATTHAEVS Pariſienſis *in hiſtor. Anglic. pag.* 153. CANGIVS *in gloſſar.* voce *Caorcini*, qui admodum deſpectui habebantur, quos etiam intelligere videntur papae.

(y) Talia ſtatuta ſeculo XIV. hinc inde reperiuntur, quia ius Romanum *prorſus* & *vbique* haud erat receptum: quae quidem tollere ſtuduit pontifex, ſed non potuit, vti praxis imperii docet.

cundum ea iudicarunt, Chriſtianorum conſortio interdicuntur. *Clem.* 1. §. *caeterum.* & §. *ſane. h. t.*

21. Manifeſti vſurarii ſunt, confeſſi, condemnati notorii; puta qui habent & publice exercent menſam vſurarum. Gloſſ. *in c.* 1. *ad verb. manifeſtos. hic.*

22. Poteſt de hoc crimine in vtroque foro, eccleſiaſtico & ſeculari, cognoſci. (z) *c.* 1. *de iureiur. c. debitores.* 6. *c. ad noſtram.* 20. *eod. c.* 2. *c. tuas dudum.* 12. *hic.* Fac. *c. quaerenti.* 20. *de verb. ſign. iunct. c. corripiantur. C.* 24. *qu.* 3. *c. cum ab eccleſiarum. de off. ordin. c. nouit. de iudic. c. poſt miſerabilem.* 12. *hic. c. in quanto.* 18. *eod. vide* P. Gregor. Tholoſ. *tract. de vſur. lib.* 3. *cap.* 10.

23. In vtroque proceditur ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu iudicii. *Clem. diſpendioſam. de iudic.*

TIT. XXVIII. V. x. 20.

DE CRIMINE FALSI.

FAlſum, & *falſitas*, nihil aliud eſt, quam veritatis

(z) Quod ex iure canonico approbatum in R. I. *de annis* 1451. 1530. & 1558. ſed in terris proteſtantium pleriſque reprobatum, & cognitio *de vſuris*, hodie permiſſis, iudici ſeculari reſeruata.

a)

ritatis immutatio: *Nouell. 73. §. 1.* quae quando cum dolo fit, crimen habet. *c. homines. ſſ. quia ergo c. is autem. §. nemo. C. 21. qu 2. c. 1. §. vterque. hic.*

2. Committitur vel *circa homines*, vel *circa res.*

3. *Circa hominem* falſum committit, qui falſum partum ſupponit; *l. qui falſam. 19. §. 1. ff. ad leg. Corn. de falſ. l. eum ſuppoſiti. C. eod.* nomen falſum in praeiudicium alterius vſurpat: *l. falſi nominis. 13. ff. eod tot. tit. C. de mutat. nom.* teſtimonium falſum dicit, aut verum ſupprimit: *c. 1. hic.* periurium committit; *per tot. C. 12. qu. 2. & C. 12. qu. 4.* iudicem corrumpit: *l. 1. l. 21. ff. eod.* nomine & in praeiudicium alterius, ſine eius mandato, reſcriptum a Pontifici impetrat: *c. nonnulli. de reſcript.* literas alterius ſigillatas, & potiſſimum Principum reſcripta obſignata, aperit: vt in *c. cum olim in 2. 33. de offic. deleg.* de manu alia quam Bullatoris vel Papae Bullas accipit, (a) *c. dura. 4. c. licet 10. §. eos etiam. hic.* ſigillum nomine Capituli furtiue ſurripit. *c. tam ex literis 20. de teſtib.*

4. *Circa res* falſum committitur, *circa monetam, ſcripturam, menſuram, & alias res.*

5. Cir-

(a) Verum in hoc caſu tantum *falſi ſuſpicio* adeſt, quae poteſt tolli probatione contraria, non ipſum crimen falſi.

5. *Circa monetam*, ſi nummos quis radat, tingat, aut quippiam prohibitum eis miſceat, vel legitimo pondere eos defraudet: *l. quicunque. 8. & l. ſeq. & l. qui falſam. 19. ff. ad leg.* Corn. *de falſ. c. quanto, 17. de iureiur. h. t.* ſi is, priuilegium non habet, ſuo vel alieno nomine fabricet, vel veros imitetur. *c. vn. Ext. hic.*

6. *Circa ſcripturam*; ſi raſis literis, aliud in locum eius, quod ante ſcriptum erat, ſcribat; vt in *c. olim. 25. de reſcript. c. licet. §. ſexta hic.* puta in loco ſuſpecto: *c. ex conſequentia. 9. eod. c. cum olim. de priuileg. c. inter dilectos. de fide inſtr. c. cum venerabilis. de relig. domib.* chirographum alienum imitetur: *l. quid ſit falſum. 23. ff. ad leg. Corn. de falſ.* vel aliis modiis ſcripturae formam vel ſtylum immutet: (b) *vid. c. licet ad regimen. 5. & c. quam graui. 6. hic.* abſentium nomina, tanquam praeſentium, ſcribat: *c. quanto. 5. de his quae fiunt a maior. part. Capit. c. tuis literis. 33. de teſtib.* teſtamentum, aut aliud inſtrumentum falſum ſcribat, ſignet, recitet, celet, ſubiiciat: *§. item lex Cornelia. Inſt. de publ iud. l. 1. §. qui in ration. l. 2. & l. quid ſit falſum. 23. ff. ad leg.* Corn. *de falſ.* in teſtamento quid

(b) In hoc caſu rurſus non ſemper committitur crimen falſi, ſed ſcriptura tantum fit ſuſpecta de falſo, quod contra conſuetum curiae ſtylum concepta ſit, vtpote ſi papa, ad *vnum* ſcribens, appellatione VOS vſus ſit.

(c)

quid ſibi adſcribat: *l. ſi quis legatum. 6. ff. eod.* falſis literis (c) qui ſcienter vtatur. *c. ad falſariorum. c. acceden. §. hic.*

7. *Circa menſuram*; ſi alia, quam publice probata menſura, pondere, bilance, vtitur. *l. pen. ff. eod. c. vt menſurae. de emt. vend.*

8. *Circa alias res* falſum committit; qui falſos canones, (d) leges allegat; *l. fin. ff. eod.* qui inſtrumenta ſupprimit, aduerſariis tradit, *c. ſi quis. de Clericis, 1. & c. ſi quis. de Clericis. 2. C. 12. qu. 2.* qui alchymiam exercet vel procurat, (e) *c. vn. Ext. hic.* qui falſo inſcriptos impiorum libros tanquam ſacros publicat. (f) *Apoſt. Canon. 59.*

9. Quae

(c) Quid ergo dicendum de iis pontificibus, quifalſo documento, quo *Conſtantini* M. donatio contineri credebatur, vſi ſunt? quid dicendum de tot falſis diplomatibus a Monachis effectis? imprimis de ISIDORI *adulterina collectione epiſtolarum papalium*, qua NICOLAVS I. potiſſimum vſus eſt, & nec hodie ab ea abſtinetur?

(d) Quid ergo dicendum de ZOSIMO, qui anno 418. per manifeſtam falſitatem Sardicenſes canones pro Nicaenis venditauit, & Africanis ita obtrudere voluit, vt appellationes ad ſe iuſtificaret?

(e) Qui *adulterinum aurum* & *argentum* pro vero venditant, vel aureos montes credulis promittunt ad eos emungendos.

(f) Quod NICOLAVS I. fecit in commendanda Iſidori collectione. Id quoque committunt crimen, qui tot *Apocrypha* ſeculi I. pro genuinis venditant, quorſum potiſſimum referri debent *canones Apoſtolici* & *conſtitutiones Apoſtol.* CLEMENTI per falſum adſcriptae,

9. Quae omnia ita demum in crimen incidunt, ſi dolo fiant; non ſi per errorem & ignorantiam, *c. accedens 8. hic.* (g)

10. Falſum tam de iure ciuili, quam canonico, pro circumſtantiis delicti, varie punitur: quomodo iure ciuili? noſtrum non eſt hic examinare; cum abunde de eo in aphoriſmis noſtris ad digeſta & in enarratione codicis tractauerimus: ſed tantum quomodo de iure canonico.

11. Eo iure falſum circa hominem committens, & quidem circa teſtimonium, eccleſiaſtica communione, niſi crimina admiſſa conueniente ſatisfactione diluerit, ſubmouetur, *c. 20. itaque cenſuimus. C. 24. qu. 3.* a teſtimonio remouetur, *c. 1. ſi quis conuictus. C. 22. qu. 5.* infamia punitur, *d. c. ſi quis conuictus. c. omnis.* C. 5. *qu. 6.* ſi eſt Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus, officio & honore deponitur; in carcerem, quamdiu vixerit, detruditur, laicam tantum communionem (h) accipere permittitur. *c. ſi quis Epiſcopus. 7. diſt. 50.*

12. Per-

ptae, & per falſum defenſae a TVRRIANO aliisque, quos impugnauit DALLAEVS.

(g) Sic GRATIANVS nullum crimen commiſit, quod per *ignorantiam & ſtupiditatem* collectionem Iſidori pro genuina venditauerit.

(h) h. e. in *ſtatum laicorum* coniicitur, vt inter laicos oret, ſtet, agat. ALBASPINAEVS *de veter. rit. eccl. lib. I. obſ.* 4. Hoc euidens argumentum praebet olim non receptum fuiſſe dogma de *charactere indelebili.*

(i)

12. Periurium committens, infamia iuris & facti notatur, *c. infames. C. 6. qu. 1.* dignitate priuatur, *c. infamibus. de reg. iur. in 6.* à teſtimonio, *c. paruuli. C. 22. qu. 5.* agendo *d. c. paruuli*, repellitur, beneficio collato remouetur. *c. querelam de iureiur.* Hoſtienſ. *in c. cum inter. de exceſſ. Prael.*

13. Circa nomen falſum committens, vt vicarius perſonatum ſibi falſo aſſumens, ſi de eo confeſſus & conuictus: poſtea in eodem Epiſcopatu ad officii executionem non admittitur. *c. illud etiam de vicaria. 6. de exceſſib. Praelat.* iunge *c. tuarum. de priuil.*

14. Circa literas falſum committens; ſi principis ſigillum falſificauerit: ſi clericus, ordinibus degradatur, ei character a iudice ſeculari, Gloſſ. *ad c. audientiam. 3. hic.* infligitur, & a prouincia expellitur: *d. c. audientiam.* ſi falſas literas impetrauit, vel impetrare curauit, vel nomine ſummi pontificis falſis ſcienter vtitur literis; ſi clericus, officio & beneficio eccleſiaſtico ſpoliatur: ſi laicus, donec ſatisfecerit competentèr, excommunicatur. *c. ad falſariorum. §. fin. hic. c. dura. eod.*

15. Circa ſcripturam falſum committens: & quidem circa literas Papae, ſi eas per ſe, vel per alios, falſificauit, cum fautoribus & defenſoribus ſuis anathemate feritur: & ſi clericus fuerit, omni officio & beneficio ecclesiaſtico perpetuo priuatur, ita vt ſi per ſe id fecerit, ab eccleſiaſtico iudice

degradatus, ſeculari poteſtati iuxta legitimas conſtitutiones puniendus tradatur: per quam & laicus de falſitate conuictus legitime punitur. *d. c. ad falſariorum. c. nouimus. de verb. ſignif.*

16. Pro ſeculari tamen poteſtati tradito, eccleſia intercedet efficaciter, vt citra mortis periculum, in eum ſententia moderetur. (i) *c. ſuper literis. 20. de reſcript.*

17. Circa monetam falſum committens, excommunicationis ſententia reſeruata ſoli ſummo Pontifici, vel in mortis articulo alteri abſolutione, innodatur. *c. vn. Ext. hic.*

18. Circa menſuram falſum committenti triginta dierum in pane & aqua poenitentia iniungitur. *c. 2. de emtion.*

19. Alchymiſtae, qui eis ſcienter miniſtrant, auro ab eis conflato vtuntur, in tantum auri veri, quantum fuerit alchymicum, pauperibus dandum damnantur; fiunt infames; & ſi ſint Clerici, beneficiis, quae habent, priuantur; ad habenda inhabiles redduntur: ſi poenam ſoluere propter paupertatem nequeunt, carcere vel alia corporali pœna ca-

(i) Hoc commune eſt officium clericorum, vt pro delinquentibus orent, ne ſanguis eorum effundatur, adeo vt etiam pro *haereticis*, brachio ſeculari traditis, orent, forſan credentes, comburere, non eſſe ſanguinem effundere. Quid enim ſi iudex miſericordiam erga haereticum exercere velit? excommunicatio mox ei imminet.

(k)

caſtigantur. *c. vn. Ext. de crim. falſ. vid.* Dn. Thom. *22. quaeſt. 77. artic. 2.*

TIT. XXIX. V. x. 21.

DE SORTILEGIIS.

SEquitur de ſortilegiis: quia iis falſitas ineſt.

2. *Sortilegium,* in genere, omnem diuinationis, impietatis, vanitatisque magicae ſpeciem comprehendit. *c. ſi per ſortiarias. C. 33. qu. 1. vid. &* Plinium *lib. 38. cap. 4.*

3. Sortilegi proprie dicuntur, qui ſub nomine fictae religionis, per quasdam, quas *Sanctorum* ſeu *Apoſtolorum* vocant ſortes, (k) diuinationis ſcien-

(k) De illis ex profeſſo agitur in diſſ. B. LINCKII *de ſortib. Apoſt. & Tom. IV. obſerv. Hallenſ. 13.* Ritum eius, olim vſitatum, ex traditis *in vita S. Conſortiae virginis* apud Mabillon, *in act. Benedict. ſec. I. p. 249.* ſiſtam. *Die autem ſeptimo veniente ad ſe Aurelio iuuene illuſtriſſ. cum matronis, quas pridem ad illiciendum eius animum deſtinauerat, & interrogantibus, quid intra indultas deliberaſſet inducias, reſpondit, dixi vobis iam, nec promittendi mihi facultas eſt, nec negandi poteſtas. Sed omnia mea in manu Dei ſunt. Sed ſi vultis, pergamus pariter ad eccleſiam, agetur miſſa, ponatur euangelium ſuper altare, & communi oratione praemiſſa, codice patefacto, inſpiciamus Domini voluntatem ex illo capitulo, quod primum occurrerit. Quod cum factum eſt, reuoluto codice Dei famula coepit legere: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis,* qui

cum 4. ſqq. C. *26. qu. 2. c. qui ſine Saluatore.* C. *26. qu. 2. c. illos planetarios. 8.* C. *26. qu. 2. c. ſed illud. 9. ead. qu. 2. c. 1. & 2. hic.* & Diuino, *Exod. 22. verſ. 18. Leuit. 29. verſ. 31. Leuit. 20. verſ. 6. & 27. Deut. 18. Num. cap. 23. & 1. Regum. 23. verſ. 9.* prohibentur.

6. Sortes, quae ſine ſuperſtitione aut daemonum pacto expreſſo vel tacito ſunt, ex magna cauſa, ad Dei voluntatem in ambiguis cognoſcendam, (l) permittuntur. *c. non exemplo Matthiae. c. hi, qui de paginis. c. non ſtatim. C. 26. qu. 2. c. fin. hic.* Sors enim per ſe aliquid mali non eſt: ſed eſt res, in dubitatione humana diuinam voluntatem indicans. *c. 1. ſors non eſt.* C. *26. qu. 2.* vbi Gloſſ.

7. Sorte qui abutuntur, & diuinationes exercent, quae haereſin non ſapiunt; in foro conſcientiae, ſiue ſint laici, ſiue clerici, per quadraginta dies poenitere debent: *c. 1. hic.* vbi Dd. in foro contentioſo, huius, puta iuris, ſi Clerici; a diuinis & miniſterio altaris, ſecundum facti qualitatem & facinoris turpitudinem, per annum, & vltra

(l) Dantur variae *ſortes*: *diuiſoriae* ad rem communem diuidendam; *conſultatoriae* ad voluntatem diuinam conſultandam, quale exemplum in electione MATTHIAE occurrit. Quamuis vero hae ſortes in electionibus praelatorum prohibitae ſint per *c. f. X. h. t.* non tamen olim incognitae fuerunt, quale exemplum occurrit apud BOLLANDVM in *actis ſanctorum ad diem* 10. *Ian. p.* 649. §. a. conf. Dn. LVDVVIG, *de ſorte ſuffragatoria.* (m)

tra, iudicis arbitrio, ſuſpenduntur: *c. 2. & ibi* Gloſſ. *eod.* ſi quidem non dolo, ſed ex ſimplicitate illud commiſerint: alioquin ab omni ordine ſacro deponuntur; beneficiis priuantur, & in monaſterium includuntur, *c. ſi quis Epiſcopus.* vbi Gl. *&. 26. qu. 5.* Abb. *in d. c. 2. num. 4. in fin.* Grilland, *tract. de ſortileg. qu. 11. num. 3. & 10.* ſi laici, & viles, fuſtigantur, vel mitra inſigniuntur: ſi honeſtiores, relegantur, vel perpetuo carceri mancipantur. *c. contra idolorum. C. 29. qu. 5.* Rom. *ſing. 660.*

8. Qui diuinationes exercent, quae haereſin ſapiunt (vt ſi daemon pro Deo habeatur, imagines baptizentur, aliaue ea mente & pertinacia fiant, vt Deum verum eiusque Sacramenta eſſe negent,) vt haeretici puniuntur. Fac. *c. recuſatus. §. ſane. de haeret. in 6.* Grilland. *d. q. 11. num. 1. & 6.*

9. De hoc crimine cognoſcit iudex eccleſiaſticus, ſi accuſentur perſonae eccleſiaſticae; *c. at ſi clerici. de iudic. c. ſi diligenti. de foro compet.* ſi laici, & ſimul haereſin hoc crimen contineat, vel Epiſcopus, vel inquiſitores fidei, coniunctim, vel disiunctim, ſecundum ordinem *in Clem. multorum. de haeretic.* conſtitutum: ſi non contineat, ſolus Epiſcopus. *d. c. accuſatus. §. ſane.*

TIT. XXX. V. x. 2.

DE CALVMNIATORIBVS.

C*Alumniatores* hic accipiuntur pro eis, qui fal-

falſa crimina, ſcienter, animo calumniandi vel vexandi reum, intendunt.

2. Dico *ſcienter*; quia temeritas facilitatis veniam continet: & inconſultus calor calumniae vitio caret, *vt not. in c. ſi quem poenituerit. C. 2. qu. 3. & c. ſi quis iratus. C. 2. qu. 3.*

3. Vnde reo abſoluto, iudex de accuſatoris conſilio, qua mente ductus ad accuſandum proceſſit, quaerere incipit.

4. Qui, ſi eum calumnioſe crimen intentaſſe reperit, *d. c. ſi quem. §. ſed non vtique.* ſimilitudine ſupplicii, (m) quod probato crimine ſubiiſſet reus, cum exiſtimationis diſpendio, eum plectit. *c. 1. C. 2. qu. 3. c. quisquis. C. 2. qu. 8. c. calumniator. C. 2. qu. 3.*

5. Subdiaconus tamen calumnioſe Diaconum accuſans, officio Subdiaconatus priuatur, & verberibus publice caſtigatus in exilium mittitur. *c. 1. hic.*

6. Denunciator in probatione criminis deficiens, ab officio & beneficio ſuſpenditur, donec ſe non calumniandi animo ad denunciandum proceſſiſſe oſtenderit. *c. 2. eod. c. quia iuxta. C. 5. qu. 6.*

TIT.

(m) Nam etiam ius canonicum in accuſationibus deſiderat inſcriptionem, in crimen *c. 16. X. de accuſat.* quae tamen hodie non deſideratur, vnde etiam *poena talionis* ceſſat.

(n)

TIT. XXXI. V. x. 22.

DE COLLVSIONE.

COlluſio nihil aliud eſt, quam occulta conuentio eorum, qui inter ſe iudicio contendere ſimulant: (n) *c. ſi quem.* C. *2. qu. 3.*

2. Quare, qui partem aduerſam adiuuant, proditis cauſis ſuis, praeuaricari dicuntur; *d. c. ſi quem.* ſi quidem ſint cauſae criminales: *c. ſi quis. is autem.* C. *2. qu. 3.* ſi ſpirituales, colludere, *c. audiuimus. 3. hic.*

3. In criminalibus vel matrimonialibus, *c. vlt. de transact.* cauſis, quia eae, hoc iure, omnes quaſi *publicae* cenſentur, per transactionem, gratiam, colluſionem, (o) a lite recedere non licet; *c. crimina. & c. ſeq. hic.* ſi fiat, cauſae iterum in iudicium deducuntur, poſſuntque rei, abolitione non obſtante, accuſari, & in eos inquiri. *c. vlt. hic.*

4. Poteſt tamen iudex de crimine, quod in iudi-

(n) Maxime ſi ſuper beneficiis huiusmodi *colluſio* fiat, vt fictae litis auertendae cauſa annua penſio alii ſoluatur. *c. 3. X. h. t.*

(o) Et tales ſententiae per colluſionem in matrimonialibus latae ſunt ipſo iure nullae, *c. 5. de eo qui cognou. conſang. c. 11. X de ſent & re iudic.* ex quibus tamen textibus *generatim* concludi nequit, ſententias in *matrimonialibus* abſolute non tranſire in rem iudicatam.

(p)

dicium deductum, diſpenſare; auctoritatem, ſi accuſator & accuſatus inter ſe gratiam facere velint, praeſtare. *arg. c. ſi primates,* C. *5, qu. 2. c. 1. &* *c. ſtudendum. diſt. 15.*

5. In cauſis Spiritualibus, ex cauſa licet per gratiam a lite recedere; non ſine cauſa, *c. quapropter C. 2. qu. 7. c. fin. de calumn.* nec per transactionem, *c. 3. de transact. c. vlt. de rer. permut.* ſi factum; iudex rurſus ex officio inquirit, *c. 1. 2. 3. hic.* &, ſi cauſa fuit beneficialis, eum qui colluſit, beneficio priuat. *d. c. audiuimus, 3.*

TIT. XXXII. V. x. 24.
DE CLERICO VENATORE.

IN clericis delictum eſt *venatio*, quae eis interdicitur, (p) quia clamoris plena eſt, & immoderata; quia in ea plerumque rixae, iniuriae, pacis violationes contingunt; quia ea clerici a diuinis abſtrahuntur, *c. 1. ne Cler. vel Monach.* quia clerici animalia venationi inſeruientia, vt canes, accipitres, alere prohibentur. Gloſſ. *in c. Eſau. diſt. 86.*

2. Eſt *venatio*, ſecundum canonicos, Gloſſ. *in c. qui*

(p) Seculo XI. potiſſimum clerici venationibus ſeſe dare ceperunt, poſtquam a *vita communi* diſceſſerunt, & luxui indulſerunt, quia hoc ſtudium clericis indecens eſt. *c. 1. D. 34. c. 11. D. 86.* ZIEGLER. *de Epiſc. l. IV. c. 19.*

c. qui venatoribus. 8. diſt. 86. alia *oppreſſiua*; quae homines perdit; (q) de qua *in c. fin. in fin. diſt. 6.* alia *arenaria*, quae fit, recepta mercede in arena cum feris beſtiis, (h) *d. qua in d. c. qui venatoribus*, alia *ſaltuoſa*, quae in ſiluis & ſaltibus, feras perſequendo & occidendo, exercetur.

3. *Oppreſſiua* venatio omnibus prohibita eſt, ob praeceptum diuinum: *non occides.* Ioann. de Turrecrem. *in d. c. venationibus.* vt & *arenaria:* (quia ex ea hominum interitus ſequi ſolet) vnde & mortale eſt peccatum ita decertare. Niſi cauſa neceſſitatis, ad mortem euitandam, fiat. Abb. & caeteri, *in c. 1. hic.* Fac. *d. c. qui venatoribus, vbi* Gloſſ. *c. vident. diſt. 86.* *Saltuoſa*, ſui natura & regulariter permiſſa eſt. Gloſſ. *in d. c. qui venatoribus.*

4. Vetita aliquando eſt *ex tempore*, aliquando *ex perſona venatoris.* Gloſſ. *d. c. venatoribus.*

5. *Ex tempore*, in quadrageſima, & diebus ieiuniorum; *c. amputatis. 13. diſt. 86.* niſi neceſſitate vrgente. Fac. *c. ſi nulla.* C. *23. qu. 8.*

6. *Ex perſona*; clericis omnibus: ſed aliter iis, qui

(q) h. e. *latrocinium*, quia vt plurimum in ſyluis abditis committi ſolet.

(h) De hac forſan intelligendus eſt Auguſtinus in *c. 8. & 9. D. 86.* venationem vocans *artem nequiſſimam*.

(i)

qui in dignitate ſunt conſtituti, vt Epiſcopis; aliter reliquis.

7. Epiſcopis omnino, *c. 1. diſt. 34.* vt & Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis; *c. 1. hic.* vbi Gl. *iunct. c. miramur. de ſeru. non ordin.* reliquis, tempore quo diuina peragenda, *c. 1. ne Cler. vel Mon. c. 1. & 2. hic.* & ſi ſit venatio clamoſa, *c. an putatis. diſt.* prohibetur: permittitur ex cauſis neceſſitatis, vt habeatur victus; & interdum recreationis: (i) modo venatio ſit quieta, & raro fiat. Gl. *in d. c. 1.*

8. Qui contra faxit: ſi Epiſcopus, tribus menſibus; ſi Presbyter, duobus menſibus a communione; ſi Diaconus vel Subdiaconus, *arg. d. c. miramur.* ab omni officio ſuſpenditur; *c. 1. hic. quorundam. diſt. 34.* ſi Monachus, & quidem Abbas, vel Prior, per annum a collatione beneficiorum; ſi alius, per annum ab adminiſtratione, ſi quam habet, ſuſpenditur; ſi nullam habet, per annum ad adminiſtrationem aut beneficium obtinendum inhabilis redditur. *Clem. 1. §. porro. §. ſi quis autem. de ſtatu monach.* Reliqui, arbitrio iudicis, ita tamen, vt vindictam praecedat trina monitio, puniuntur. Ioann. And. *in d. c. 1. hic.*

TIT.

(i) Sub hac limitatione clericis ſeu canonicis *regulariter* venatio eſt permiſſa, quia hunc caſum ſemper allegare poſſunt. Quin quod *capitulis & monaſteriis* ius venandi hinc inde per modum priuilegii datum ſit.

TIT. XXXIII. V. x, 25.

DE CLERICO PERCVSSORE.

SEcundum clericorum delictum eſt *percuſſio*.

2. Ea eſt vel *ſpiritualis*; cum Doctor ſermone inutili infirmiorum conſcientiam percutit: *c. ſane percuſſor. diſt. 45. c. ſi rector. diſt. 44.* de qua hic non agitur; vel eſt *corporalis*, & proprie dicta; cum flagris vel verberibus clericus eum, qui ipſi non ſubiectus, vel eum, qui eſt ſubiectus, crudeliter (k) caedit. *c. praeterea. h. t.*

3. Leuiter enim, per alium clericum, Epiſcopus, correctionis cauſa, delinquentes clericos tantum punire poteſt. *c. cum beatus. diſt. 45. c. ante omnia*

(k) Et in modo peccat. Nam etiam ius *flagellandi & virgis caedendi* Decanos, ex diſciplina monaſtica, in capitulis erga clericos exercuiſſe, ex variis documentis antiquis liquet. ANTON. MATTHAEI *de nobilit. lib. II. c.* 39. *p.* 617. PHILIPP. LABBEVS *in biblioth. Mſſt. libr. tom.* I. *p.* 481. AVTOR. *chron. mont. ſeren. ad annum* 122. quod vocant *cenſuram canonicam*. Nec tantum haec aduerſus clericos adhibita: laici quoque *virgis* ſubiecti, etiam reges. MATTHAEVS Pariſ. *in Angl. hiſtor. ad ann.* 1174. *p.* 108. refert, HENRICVM II. *carnem ſuam nudam diſciplinae virgarum ſuppoſuiſſe, & a ſingulis viris religioſis, quorum multitudo magna conuenerat, ictus ternos vel quinos excepiſſe.*

(l)

omnia. diſt. 35. & c. circumcelliones, C. 23. qu. 5. c. 1. C. 24. qu. 5.

4. Poena percutientis clerici eſt ſuſpenſio ab officio, &, niſi monitus ſe corrigat, degradatio. *c. 1. hic.*

5. Epiſcopus, qui etiam in iuſtitia, aliquem crudeliter caedi iuſſit; duobus menſibus ab Miſſarum adminiſtratione debet abſtinere: *c. 2. eod.* ſi id fecerit, vt timeretur, ab officio deponi & repelli. *can. Epiſcopum. diſt. 45. & per tot.*

TIT. XXXIV. V. x. 26.

DE CLERICO MALEDICO.

Tertium delictum clericorum eſt *maledictum:* id eſt, cum quis aſſerit, alteri malum ineſſe, quod non ineſt; vel negat ineſſe bonum, quod ineſt.

2. Sunt ergo duae maledicti ſpecies, altera *affirmatiua*; veluti, *tu es ſpurius, tu es latro:* altera *negatiua*; veluti, *tu non credis in Deum, tu non fungeris officio tuo.*

3. Vtraque punitur pro qualitate delicti. *c. 1. & 2. hic.*

4. Clericus tamen maledicus, maxime ſacerdos, ad veniam poſtulandam, per ſententiam excommunicationis, *c. fin. C. 22. qu. 1. c. 3. C. 6. qu. 1.* compellitur; (l) ſi noluerit, degradatur, id hic eſt, ſuſpen-

(l) Etiam publice in cathedra ſacra, ſi pro concione iniuri-

penditur; Gloſſ. *in c. clericus. 5. diſt. 46.* nec vnquam abſque ſatisfactione ad officium reuocatur, *d. c. clericus. 5. diſt. 46.*

5. Maledictum, cum in Deum, vel beatam virginem, vel ſanctos (m) confertur, *blaſphemia* proprie vocatur. *c. 2. hic. c. non ſunt. 54. C. 11. qu. 3.*

6. Eius poena canonica olim erat in laicos excommunicatio, in clericos depoſitio, *c. ſi quis. 22. qu. 1.* cui alia coniuncta; *c. 2. hic.* vt laici ſeptem diebus dominicis prae foribus eccleſiae in conſpectu populi recumbentes, vltimo illorum dierum dominico, ſine pallio & calceamentis, laqueo ſeu loro collo inuoluto & pendente, ſedentes, non antea eccleſiam ingredi paterentur, quam ſex feriis in pane & aqua ieiunaſſent, & pauperes ſimul ſingulis diebus aliquos refeciſſent. Clericis autem publica poenitentia remittitur, *c. ex poenitentibus. diſt. 50. c. quicunque. diſt. 51. c. 1. de bigam.* priuata indicitur. Puniuntur & blaſphemi pro modo facultatum poena pecuniaria. *d. c. 2. §. fin. hic.*

7. Propter quam iurium, & ob circumſtantiarum varietatem, communis Doctorum opinio eſt, blaſphe-

---

rias vel maledicta in aliquem euomuit. Carpz. *lib. III. I. C. def.* 98.

(m) Eadem definitione quoque vtuntur Receſſus imperii, cultum *ſanctorum* praeſupponentes, quem proteſtantes reprobant, & ita quoque his maledictis proprie blaſphemiam ineſſe negant.

(n)

phemiae poenam eſſe extraordinariam ;(n) & proinde iudicem pro facti & perſonae qualitate eam poſſe indicere. Decius *conſ. 163. num.* Couarruv. *c. quamuis. part. 1. §. 7. num. 1. 13. de pact. in 6.* Abb. & caeteri *in c. hic.*

TIT. XXXV. V. x. 27.

DE CLERICO EXCOMMVNICATO, DEPOSITO, VEL INTERDICTO MINISTRANTE.

QVartum delictum in clerico eſt, *ſi miniſtret, cum miniſtrare certas ob cauſas non debeat.*

2. Cauſae eae ſunt quatuor. Quarum prima eſt, *ſi ſit excommunicatus*, vel *depoſitus*, vel *interdictus.*

3. Si excommunicatus, aut interdictus, miniſtrat, deponitur; (o) *c. 1. 3. & 4. hic.* &; ſi maiori excommunicatione teneatur, per tres continuos annos poenitentia ei imponitur; *c. fin.* C. *11. qu. 3.* beneficio priuatur; ſi monitus a miniſtrando non deſiſtat,

(n) In ſacris poena vltimi ſupplicii ſtatuta eſt in blasphemos; hanc vero eſſe *indiſpenſabilem*, vti quidam noſtratium ſtatuunt, patres nullibi inculcarunt.

(o) niſi inſignis multitudo in hoc peccaſſe deprehendatur, quo caſu *ſuſpenſio temporalis* tantum dictatur. *c. 4. X tit.* Hoc contingere poteſt, ſi tota prouincia interdicto ſubiecta fuit.

ſiſtat, ad requiſitionem eccleſiae exilio damnatur. (p) *c. ſi quis. c. clerici. c. latores. hic.* Si minore excommunicatione tantum ligatus miniſtrat, grauiter quidem peccat; nullius tamen irregularitatis notam incurrit: peccat etiam, eccleſiaſtica ſacramenta ſi conferat; collata licet effectu non careant; quia non a collatione, ſed a ſola ſacramentorum participatione, quae in ſola conſiſtit perceptione, videtur remotus. *c. ſi celebrat. c. fin. hic.*

4. Clericus, qui ab officio ſuſpenſus, aut depoſitus, nihilominus miniſtrat, excommunicatur: *c. 2. hic.* & quidem excommunicatione perpetua. *c. accedens. 10. diſt. 50.*

5. Sed hæc intellige, ſi ſciant, ſe excommunicatos, ſuſpenſos, depoſitos; non ſi, illud ignorantes, miniſtrent: Quo caſu, ſi ignorantia eſt probabilis, irregularitatem non incurrunt: incurrunt, ſi ea ſit ſupina; diſpenſatione tamen pontificis ea liberantur. *c. illud. 5. c. Apoſtolica. 9. hic.*

TIT. XXXVI. V. x. 28.
DE CLERICO NON ORDINATO MINISTRANTE.

SEcunda cauſa eſt, *ſi Clericus non ſit ordinatus:*

2. Is

(p) Hac methodo vſi ſunt patres contra condemnatos in conciliis, qui, ſi ſententiae haud parebant, per brachium ſeculare in exilium miſſi ſunt, ſed ſemper aſſeruerunt, iniuriam & vim ſibi illatam eſſe.

(q)

2. Is ſi nihilominus miniſterium ordinis, quem non conſecutus, exequatur; ab eccleſia deiicitur, & nunquam ordinatur. *c. 1. hic.*

3. Sic qui Diaconus tantum eſt, ſi miſſam celebrauit, ad ſacerdotium, ſine diſpenſatione, Gloſſ. *ad c. fin. verb. promoueri. eod.* non promouetur, & a Diaconatu ad tempus ſuſpenditur; ſed in beneficio, ſi habet, ad tempus diſpenſari poterit, ne, ſuſtentatione priuatus, ad ſaeculi negotia reuertatur. *d. c. fin. eod.*

4. Ob quam rationem etiam ob homicidium ab officio ſuſpenſo beneficium reſeruatur. *c. ſtudeat. 39. diſt. 50. c. Presbyterum. diſt. 28.*

TIT. XXXVII. V. x. 29.

DE CLERICO PER SALTVM PROMOTO.

Tertia cauſa, *ſi Clericus non gradatim, ſed per ſaltum*, id eſt, a minori ad maiorem, omiſſo medio, vt ad Diaconatum ante Subdiaconatum, Presbyteratum ante Diaconatum, *ſit promotus.*

2. Quae ordinatio (q) non valet; vnde ſi ſcienter

(q) Ordinatio olim inerat collationi & promotioni ad officium ſacrum: proinde quoties quis ad nouum officium ſacrum promouebatur, ad illud *ordinari* dicebatur, & ſic

ter promotus miniſtrat, vt clericus, qui non ordinatus miniſtrauit, punitur: Si ignoranter, ſuſpenditur ab executione ſuſcepti, donec peracta poenitentia ad omiſſum fuerit ordinatus. *c. vn. hic. c. vnico. diſt. 52.*

3. Quae poenitentia cenſetur arbitraria; quia iure non definita. *c. non ſatis. de offic. deleg.*

4. Dixi, *ab executione ſuſcepti*; quia ordo, ab eo qui ordinandi poteſtatem habet, quomodocunque ſiue per gradum, ſiue per ſaltum, collatus, characterem quidem confert, non executionem; niſi iuris regulae ſint ſeruatae. *vt dic.* Hoſtienſ. & Panorm. *ad c. vn. hic.*

TIT. XXXIIX. V. x. 30.

DE EO QVI ORDINEM FVRTIVE SVSCEPIT.

QVarta cauſa eſt, *ſi clericus clam & furtiue ordinem acceperit.*

2. Illud feciſſe intelligitur, non tantum qui ſe clam cum aliis intruſit, (r) cum quibus promotus; *c. quan-*

ſic tot ſeparatae ordinationes inualuere, quot ſunt gradus eccleſiaſtici, qui gradatim conſecrandi ſunt.

(r) Quod inter Pontificios facile contingere poteſt, poſtquam ordinationem *ad titulum patrimonii* receperunt, non habito reſpectu veri *tituli* eccleſiaſtici.

(s)

c. quando Epiſcopus. diſt. 24. ſed & qui plures ordines vno tempore ſimul ſuſcepit. *c. innotuit. fin. hic.*

3. Hic a maioribus ordinibus exclusus etiam ſuſcepti ordinis excuſationem, de rigore iuris, non habet; *d. c. innotuit. hic.* & poenitentia monaſterii ei iniungitur, *c. veniens. 1. c. innotuit. eod.*

4. Ad ſuperiores tamen ordines deſcendere poteſt, ſi cum eo diſpenſetur. *d. c. veniens. 1. & 2. & fin. eod.*

5. Diſpenſare poteſt ſolus Papa, ſi contra hoc facientes lata erat excommunicatio; ſi non, & Epiſcopus, & Abbas, *d. c. 1. & 2. & fin.*

6. Furtiue etiam ordinatus cenſetur, qui ſine examinatione ſe ordinari curauit, *c. extra conſcientiam. diſt. 64. c. quando. diſt. 24.* quare & deponi debet. *c. ſi quis Presbyter. c. fin. diſt. 24. c. ex poenitentibus. diſt. 50.*

TIT. XXXIX. V. x. 31.

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM ET SVBDITORVM.

SEquitur nunc ſpecialiter de clericorum, ſiue Praelatorum, ſiue ſubditorum, delictis, (s) qua-

(s) Exceſſus a delictis ſtricte dictis in *ſenſu ciuili* diſtinguuntur. Illos committunt, non tantum, qui limites officii ſui excedunt, ſed parum decore viuunt, ſcan-

quatenus non funguntur officio, quod ſibi inuicem praeſtare debent.

2. Peccat enim Praelatus, cum excedit officium ſuum erga ſubditos; & peccant ſubditi, cum erga Praelatos officium ſuum excedunt.

3. *Officium ſubditi* erga Praelatum eſt, vt ei honorem & obedientiam exhibeat, *c. ad aures. 5. de tempor. diſt. 93. per tot.*

4. *Officium Praelati* erga ſubditos, vt eos tanquam clericos honoret & diligat: nec ſolum eis praeſit, ſed proſit, vide ſupra *lib. 1. tit. 13. de offic. & poteſt. Epiſc.*

5. Qui contra officium peccarunt, varie, pro admiſſi qualitate, coercentur. *vide c. 1, 2, 3. ſicut. c. inter. c. minis. hic.*

TIT. XL. V. x. 1.

QVIBVS MODIS DE CRIMINE AGATVR.

HVcusque varia enarrauimus criminum genera; nunc videndum, quomodo ea in iudicium deducantur, vt puniantur delinquentes.

2. Hoc fit aut per *accuſationem*, aut per *inqui-*

ſcandala publica aliis praebent, vitamque paſtore indignam agunt. Cum enim *exemplar gregis* eſſe debeant, plurima in iis iuſta animaduerſione digna ſunt, quae alioquin ad *claſſem delictorum* ciuilium non referuntur. vid. *c. 16. X. h. t.* (t)

quiſitionem, aut per *denunciationem*; (t) *c. qualiter. verſ. contra quos. de accuſ. c. licet Heli. 31. circa pr. de Simon.*

3. *Accuſatio*, eſt criminis alicuius, & eius qui illud admiſit, apud iudicem delatio, publicae vindictae & poenae cauſa facta.

4. Ea coram idoneo & *competente iudice* inſtituenda, ab iis, *quibus accuſandi ius eſt*, contra eos, *quos accuſare licet*.

5. *Competens iudex* eſt alius, ſi *clericus* accuſatur, alius, ſi *laicus*.

6. Si *clericus*; eſt iudex eccleſiaſticus, (u) *c. Clericis. de iudic. c. 1. & ſeqq. C. 11. qu. 1. c. at ſi clerici. c. cum non ab homine. de iud. c. nouimus. de verb. ſignif.* ordinarius; vel alius, cui ex con-

(t) Equidem haec varia eſt. vid. *n. 38. ſeq.* Quatenus vero tantum viam parat ad inquirendum, non eſt nouus procedendi modus, nec ab *inquiſitione* differt, ſed eam potius inſtruit.

(u) Olim etiam laici accuſari poterant coram epiſcopo ob delicta, cenſura eccleſiaſtica vindicanda, quam imponebant, poenitentiae agendae cauſa, & vt delinquentem, vt putabant, conuerterent. Inde in praecedentibus titulis de poena *laicorum* & *clericorum*, actum eſt, quin etiam GRATIANVS, antiquam praxin ſecutus, tot decreta conſarcinauit, quae de tali *accuſatione* agunt. Sed poſtquam ſeculo XII. *forum criminale* conſtruxerunt Epiſcopi, ſecularia iudicia cum iis tandem tranſegerunt, vt quaedam ad *ſeculare* tantum, quaedam ad *eccleſiaſticum*, pertinerent, prout *n. ſeq.* tradit AVTOR.

(x)

conſuetudine, vel priuilegio data fuit iurisdictio, & poteſtas cognoſcendi: *c. cum contingat. 13. de foro comp.* niſi clericus ſit incorrigibilis, & exauthoratus, & a iudice eccleſiaſtico curiae ſaeculari traditus vel relictus, *d. c. cum non ab homine.* & *d. c. nouimus.*

7. Si *laicus* accuſatur, competens iudex eſt ſecularis, qui cum poteſtate eſt. Niſi tale obiiciatur crimen, quod & ad forum eccleſiaſticum pertineat: vt ſacrilegium, *4. cum ſit generale. 8. §. 1. de foro comp. c. de viro. C. 12. qu. 2.* vſurae, *c. cum tu. de vſur.* periurium, *c. Presbyter. diſt. 81.* adulterium, *tot. tit. de adult.* &c. Tum enim eccleſiaſticus iudex, in quantum illud peccatum & detrimentum animae contineat, (x) cognoſcit, *c. nouit. de iudic.*

8. *Accuſare poſſunt* omnes, qui non expreſſe prohibentur. *l. 8. ff. de accuſat.*

9. Prohibentur hoc iure omnes, qui & iure ciuili ab accuſatione repelluntur, *c. canonica. cum ſeqq. c. accuſatores. c. accuſationes. C. 3. qu. 5.* & praeter illos inimici accuſare inimicos, *c. repelluntur. 7. c. cum 1. 10. c. meminerimus. 13. de accuſat.* criminoſus criminoſum, (y) *c. 4. c. 6. c. quae-*

(x) poenam ergo ſecularem non excludunt, qua licet remiſſa, non remittitur cenſura eccleſiaſtica. Vnde etiam inter proteſtantes ſtupra & adulteria duplici poena *ſeculari & eccleſiaſtica* plectuntur.

(y) Niſi forſan clericus accuſatus criminoſum familiarem

quaerendum. C. *2. qu. 7. c. qui ſine. c. poſtulatus. C. 3. qu. 7.* laici clericos, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur; *c. de caetero. 14.* vbi Gloſſ. *de teſtib.* Clerici laicos, *d. c. ſicut. 6.* ſine expreſſa conteſtatione, ſe non ad ſanguinis vindictam, ſeu poenam attendere; *c. de homicid. in 6.* adde *c. poſtulaſti. 21. eod.* viles perſonae clericos, *d. c. quaerendum. & c. nulli. de accuſat.* niſi hi antea eorum conſuetudine fuerint vſi: *d. c. nulli.* ſubditi qui improbi & criminoſi, *c. oues. ſſ. his auctoritatibus, cum c. ſeq. c. accuſatio. in princ. c. ſunt nonnulli. §. fin. cum c. ſq.* C. *2. qu. 7.* Praelatos vel Magiſtratus ſuos, *c. 1. c. ſacerdos. c. qualis. c. ſententia. c. oues. c. ſunt nonnulli. c. ſi haereticus. §. item quod dicitur.* G. *2. qu. 7. c. hi qui. 3. qu. 4.* niſi a fide exorbitauerint; *c. ſacerdotes. in fin. c. oues. verſ. niſi c. praeſumunt. 2. qu.* 7. nomine ſint Praelati, non vita. (z) *d. c. non omnes. c. non omnis. c. ſecuti. c. qui nec. c. plerumque. 2. qu. 7. c. vereor. 8. qu. 1.*

10. Admittuntur tamen fere omnes in criminibus atrocioribus; puta, laeſae Maieſtatis, haereſis, ſimoniae. *c. tantae. 7. c. licet Heli. de ſimon. l. pen.* C. *de iis qui accuſ.*

11. Plu-

arem antea habuerit, *c. 5. X. h. t.* quem repellere non poteſt, quod antea eius mores approbauerit.

(z) Hac ratione monachus poteſt accuſare Praelatum, cum interſit monaſteriis habere bonum paſtorem pro lupo. *c. nos. C. 2. qu. 7.*

(a)

penditur; Gloſſ. *in c. clericus. 5. diſt. 46.* nec vnquam abſque ſatisfactione ad officium reuocatur, *d. c. clericus. 5. diſt. 46.*

5. Maledictum, cum in Deum, vel beatam virginem, vel ſanctos (m) confertur, *blasphemia* proprie vocatur. *c. 2. hic. c. non ſunt. 54. C. 11. qu. 3.*

6. Eius poena canonica olim erat in laicos excommunicatio, in clericos depoſitio, *c. ſi quis. 22. qu. 1.* cui alia coniuncta; *c. 2. hic.* vt laici ſeptem diebus dominicis prae foribus eccleſiae in conſpectu populi recumbentes, vltimo illorum dierum dominico, ſine pallio & calceamentis, laqueo ſeu loro collo inuoluto & pendente, ſedentes, non antea eccleſiam ingredi paterentur, quam ſex feriis in pane & aqua ieiunaſſent, & pauperes ſimul ſingulis diebus aliquos refeciſſent. Clericis autem publica poenitentia remittitur, *c. ex poenitentibus. diſt. 50. c. quicunque. diſt. 51. c. 1. de bigam.* priuata indicitur. Puniuntur & blasphemi pro modo facultatum poena pecuniaria. *d. c. 2. §. fin. hic.*

7. Propter quam iurium, & ob circumſtantiarum varietatem, communis Doctorum opinio eſt, blasphe-

rias vel maledicta in aliquem euomuit. Carpz. *lib. III. I. C. def.* 98.

(m) Eadem definitione quoque vtuntur Receſſus imperii, cultum *ſanctorum* praeſupponentes, quem proteſtantes reprobant, & ita quoque his maledictis proprie blasphemiam ineſſe negant.

phemiae poenam eſſe extraordinariam ;(n) & proinde iudicem pro facti & perſonae qualitate eam poſſe indicere. Decius *conſ. 163. num.* Couarruv. *c. quamuis. part. 1. §. 7. num. 1. 13. de pact. in 6.* Abb. & caeteri *in c. hic.*

TIT. XXXV. V. x. 27.

DE CLERICO EXCOMMVNICATO, DEPOSITO, VEL INTERDICTO MINISTRANTE.

QVartum delictum in clerico eſt, *ſi miniſtret, cum miniſtrare certas ob cauſas non debeat.*

2. Cauſae eae ſunt quatuor. Quarum prima eſt, *ſi ſit excommunicatus*, vel *depoſitus*, vel *interdictus.*

3. Si excommunicatus, aut interdictus, miniſtrat, deponitur; (o) *c. 1. 3. & 4. hic.* &, ſi maiori excommunicatione teneatur, per tres continuos annos poenitentia ei imponitur; *c. fin.* C. *11. qu. 3.* beneficio priuatur; ſi monitus a miniſtrando non deſiſtat,

(n) In ſacris poena vltimi ſupplicii ſtatuta eſt in blasphemos; hanc vero eſſe *indiſpenſabilem*, vti quidam noſtratium ſtatuunt, patres nullibi inculcarunt.

(o) niſi inſignis multitudo in hoc peccaſſe deprehendatur, quo caſu *ſuſpenſio temporalis* tantum dictatur. *c. 4. X tit.* Hoc contingere poteſt, ſi tota prouincia interdicto ſubiecta fuit.

2. Is ſi nihilominus miniſterium ordinis, quem non conſecutus, exequatur; ab eccleſia deiicitur, & nunquam ordinatur. *c. 1. hic.*

3. Sic qui Diaconus tantum eſt, ſi miſſam celebrauit, ad ſacerdotium, ſine diſpenſatione, Gloſſ. *ad c. fin. verb. promoueri. eod.* non promouetur, & a Diaconatu ad tempus ſuſpenditur; ſed in beneficio, ſi habet, ad tempus diſpenſari poterit, ne, ſuſtentatione priuatus, ad ſaeculi negotia reuertatur. *d. c. fin. eod.*

4. Ob quam rationem etiam ob homicidium ab officio ſuſpenſo beneficium reſeruatur. *c. ſtudeat. 39. diſt. 50. c. Presbyterum. diſt. 28.*

TIT. XXXVII. V. x. 29.

DE CLERICO PER SALTVM PROMOTO.

TErtia cauſa, *ſi Clericus non gradatim, ſed per ſaltum*, id eſt, a minori ad maiorem, omiſſo medio, vt ad Diaconatum ante Subdiaconatum, Presbyteratum ante Diaconatum, *ſit promotus.*

2. Quae ordinatio (q) non valet; vnde ſi ſcienter

(q) Ordinatio olim inerat collationi & promotioni ad officium ſacrum: proinde quoties quis ad nouum officium ſacrum promouebatur, ad illud *ordinari* dicebatur, & ſic

ter promotus miniſtrat, vt clericus, qui non ordinatus miniſtrauit, punitur: Si ignoranter, ſuſpenditur ab executione ſuſcepti, donec peracta poenitentia ad omiſſum fuerit ordinatus. *c. vn. hic. c. vnico. diſt. 52.*

3. Quae poenitentia cenſetur arbitraria; quia iure non definita. *c. non ſatis. de offic. deleg.*

4. Dixi, *ab executione ſuſcepti*; quia ordo, ab eo qui ordinandi poteſtatem habet, quomodocunque ſiue per gradum, ſiue per ſaltum, collatus, characterem quidem confert, non executionem; niſi iuris regulae ſint ſeruatae. *vt dic.* Hoſtienſ. & Panorm. *ad c. vn. hic.*

TIT. XXXIIX. V. x. 30.

DE EO QVI ORDINEM FVRTIVE SVSCEPIT.

QVarta cauſa eſt, *ſi clericus clam & furtiue ordinem acceperit.*

2. Illud feciſſe intelligitur, non tantum qui ſe clam cum aliis intruſit, (r) cum quibus promotus; *c. quan-*

ſic tot ſeparatae ordinationes inualuere, quot ſunt gradus eccleſiaſtici, qui gradatim conſecrandi ſunt.

(r) Quod inter Pontificios facile contingere poteſt, poſtquam ordinationem *ad titulum patrimonii* receperunt, non habito reſpectu veri *tituli* eccleſiaſtici.

(s)

c. quando Epiſcopus. diſt. 24. ſed & qui plures ordines vno tempore ſimul ſuſcepit. *c. innotuit. fin. hic.*

3. Hic a maioribus ordinibus excluſus etiam ſuſcepti ordinis excuſationem, de rigore iuris, non habet; *d. c. innotuit. hic.* & poenitentia monaſterii ei iniungitur, *c. veniens. 1. c. innotuit. eod.*

4. Ad ſuperiores tamen ordines deſcendere poteſt, ſi cum eo diſpenſetur. *d. c. veniens. 1. & 2. & fin. eod.*

5. Diſpenſare poteſt ſolus Papa, ſi contra hoc facientes lata erat excommunicatio; ſi non, & Epiſcopus, & Abbas, *d. c. 1. & 2. & fin.*

6. Furtiue etiam ordinatus cenſetur, qui ſine examinatione ſe ordinari curauit, *c. extra conſcientiam. diſt. 64. c. quando. diſt. 24.* quare & deponi debet. *c. ſi quis Presbyter. c. fin. diſt. 24. c. ex poenitentibus. diſt. 50.*

TIT. XXXIX. V. x. 31.

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM ET SVBDITORVM.

SEquitur nunc ſpecialiter de clericorum, ſiue Praelatorum, ſiue ſubditorum, delictis, (s) qua-

(s) Exceſſus a delictis ſtricte dictis in *ſenſu ciuili* diſtinguuntur. Illos committunt, non tantum, qui limites officii ſui excedunt, ſed parum decore viuunt, ſcan-

quatenus non funguntur officio, quod ſibi inuicem praeſtare debent.

2. Peccat enim Praelatus, cum excedit officium ſuum erga ſubditos; & peccant ſubditi, cum erga Praelatos officium ſuum excedunt.

3. *Officium ſubditi* erga Praelatum eſt, vt ei honorem & obedientiam exhibeat, *c. ad aures. 5. de tempor. diſt. 93. per tot.*

4. *Officium Praelati* erga ſubditos, vt eos tanquam clericos honoret & diligat: nec ſolum eis praeſit, ſed proſit, vide ſupra *lib. 1. tit. 13. de offic. & poteſt. Epiſc.*

5. Qui contra officium peccarunt, varie, pro admiſſi qualitate, coercentur. *vide c. 1. 2. 3. ſicut. c. inter. c. minis. hic.*

TIT. XL. V. x. 1.

QVIBVS MODIS DE CRIMINE AGATVR.

HVcusque varia enarrauimus criminum genera; nunc videndum, quomodo ea in iudicium deducantur, vt puniantur delinquentes.

2. Hoc fit aut per *accuſationem*, aut per *inqui-*

ſcandala publica aliis praebent, vitamque paſtore indignam agunt. Cum enim *exemplar gregis* eſſe debeant, plurima in iis iuſta animaduerſione digna ſunt, quae alioquin ad *claſſem delictorum* ciuilium non referuntur. vid. *c. 16. X. h. t.* (t)

quiſitionem, aut per *denunciationem*; (t) *c. qualiter. verſ. contra quos. de accuſ. c. licet Heli. 31. circa pr. de Simon.*

3. *Accuſatio*, eſt criminis alicuius, & eius qui illud admiſit, apud iudicem delatio, publicae vindictae & poenae cauſa facta.

4. Ea coram idoneo & *competente iudice* inſtituenda, ab iis, *quibus accuſandi ius eſt*, contra eos, *quos accuſare licet*.

5. *Competens iudex* eſt alius, ſi *clericus* accuſatur, alius, ſi *laicus*.

6. Si *clericus*; eſt iudex eccleſiaſticus, (u) *c. Clericis. de iudic. c. 1. & ſeqq. C. 11. qu. 1. c. at ſi clerici. c. cum non ab homine. de iud. c. nouimus. de verb. ſignif.* ordinarius; vel alius, cui ex con-

(t) Equidem haec varia eſt. vid. *n. 38. ſeq.* Quatenus vero tantum viam parat ad inquirendum, non eſt nouus procedendi modus, nec ab *inquiſitione* differt, ſed eam potius inſtruit.

(u) Olim etiam laici accuſari poterant coram epiſcopo ob delicta, cenſura eccleſiaſtica vindicanda, quam imponebant, poenitentiae agendae cauſa, & vt delinquentem, vt putabant, conuerterent. Inde in praecedentibus titulis de poena *laicorum* & *clericorum*, actum eſt, quin etiam GRATIANVS, antiquam praxin ſecutus, tot decreta conſarcinauit, quae de tali *accuſatione* agunt. Sed poſtquam ſeculo XII. *forum criminale* conſtruxerunt Epiſcopi, ſecularia iudicia cum iis tandem transegerunt, vt quaedam ad *ſeculare* tantum, quaedam ad *eccleſiaſticum*, pertinerent, prout *n. ſeq.* tradit AVTOR.

(x)

conſuetudine, vel priuilegio data fuit iurisdictio, & poteſtas cognoſcendi: *c. cum contingat. 13. de foro comp.* niſi clericus ſit incorrigibilis, & exauthoratus, & a iudice eccleſiaſtico curiae ſaeculari traditus vel relictus, *d. c. cum non ab homine. & d. c. nouimus.*

7. Si *laicus* accuſatur, competens iudex eſt ſecularis, qui cum poteſtate eſt. Niſi tale obiiciatur crimen, quod & ad forum eccleſiaſticum pertineat: vt ſacrilegium, *c. cum ſit generale. 8. §. 1. de foro comp. c. de viro. C. 12. qu. 2.* vſurae, *c. cum tu. de vſur.* periurium; *c. Presbyter. diſt. 81.* adulterium; *tot. tit. de adult.* &c. Tum enim eccleſiaſticus iudex, in quantum illud peccatum & detrimentum animae contineat, (x) cognoſcit, *c. nouit. de iudic.*

8. *Accuſare poſſunt* omnes, qui non expreſſe prohibentur. *l. 8. ff. de accuſat.*

9. Prohibentur hoc iure omnes, qui & iure ciuili ab accuſatione repelluntur, *c. canonica. cum ſeqq. c. accuſatores. c. accuſationes. C. 3. qu. 5.* & praeter illos inimici accuſare inimicos, *c. repelluntur. 7. c. cum 1. 10. c. meminerimus. 13. de accuſat.* criminoſus criminoſum, (y) *c. 4. c. 6. c.* quae-

(x) poenam ergo ſecularem non excludunt, qua licet remiſſa, non remittitur cenſura eccleſiaſtica. Vnde etiam inter proteſtantes ſtupra & adulteria duplici poena *ſeculari & eccleſiaſtica* plectuntur.

(y) Niſi forſan clericus accuſatus criminoſum familiarem

quaerendum. C. 2. *qu.* 7. *c. qui ſine. c. poſtulatus*, C. *3. qu.* 7. laici clericos, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur; *c. de caetero.* 14. vbi Gloſſ. *de teſtib.* Clerici laicos, *d. c. ſicut.* 6. ſine expreſſa conteſtatione, ſe non ad ſanguinis vindictam, ſeu poenam attendere; *c. de homicid. in* 6. adde *c. poſtulaſti.* 21. *eod.* viles perſonae clericos, *d. c. quaerendum. & c. nulli. de accuſat.* niſi hi antea eorum conſuetudine fuerint vſi: *d. c. nulli.* ſubditi qui improbi & criminoſi, *c. oues. §. his auctoritatibus. cum c. ſeq. c. accuſatio. in princ. c. ſunt nonnulli. §. fin. cum c. ſq.* C. 2. *qu.* 7. Praelatos vel Magiſtratus ſuos, *c.* 1. *c. ſacerdos. c. qualis. c. ſententia. c. oues. c. ſunt nonnulli. c. ſi haereticus. §. item quod dicitur.* C. 2. *qu.* 7. *c. hi qui.* 3. *qu.* 4. niſi a fide exorbitauerint; *c. ſacerdotes. in fin. c. oues. verſ. niſi c. praeſumunt.* 2. *qu.* 7. nomine ſint Praelati, non vita. (z) *d. c. non omnes. c. non omnis. c. ſecuti. c. qui nec. c. plerumque.* 2. *qu.* 7. *c. vereor.* 8. *qu.* 1.

10. Admittuntur tamen fere omnes in criminibus atrocioribus; puta, laeſae Maieſtatis, haereſis, ſimoniae. *c. tantae.* 7. *c. licet Heli. de ſimon. l. pen.* C. *de iis qui accuſ.*

11. Plu-

arem antea habuerit, *c.* 5. *X. h. t.* quem repellere non poteſt, quod antea eius mores approbauerit.

(z) Hac ratione monachus poteſt accuſare Praelatum, cum interſit monaſteriis habere bonum paſtorem pro lupo. *c. nos.* C. 2. *qu.* 7.

(a)

11. Plures eundem de diuerſo crimine accuſare poſſunt; *l. 9. C. de accuſat.* non de eodem. *c. illa. 3. eod. l. 16. ff. eod.* Niſi priori accuſato deſiſtente alius eundem reum repetat. *c. prohibentur.* §. *ab alio. C. 2. qu. 1. l. 11. fin. ff. eod.*

12. Sic reus accuſatus pendente iudicio, non poteſt accuſatorem ſuum pari vel minori crimine accuſare: (a) *c. 1. c. non eſt. c. neganda. C. 3. qu. 11. c. vlt.* §. *ſimiliter. qu. 1.* maiore poteſt, *d. c. non eſt.* §. *hoc autem.* (b) aut ſi ſuam ſuorumve iniuriam perſequatur. *d. c. neganda.*

13. *Accuſari poſſunt*, niſi prohibeantur expreſſe, rei vtriusque ſexus, cuiuscunque aetatis (modo doli ſint capaces, *l. 37. ff. de minor. l. pupillum. 111. ff. de diu. reg. iur.*) & conditionis, etiam ſerui; *l. 5. l. 12.* §. *2. ff. de accuſat. c. ſi quis cuiuslibet. C. 23. qu. 5. c. quicunque. diſt. 81. c. qui contemta. diſt. 8. c. 2. penult. de accuſ. c. 1. & 2. de dilect. periur. c. illa. C. 15. qu. 1.* modo ipſi crimen commiſerint, non alii; *in princ. cum cc. ſeqq. vsque ad c. quia Praeſulatus. c. crimen. c. Iudaei. c. cum itaq; c. non imputantur. C. 1. qu.*

4.

(a) Adeoque reconuentio hic ceſſat, cum accuſatus innocentiam ſuam prius probare debeat, nec recriminatio ſit modus ſe a crimine purgandi.

(b) Textus hic non eſt authenticus, ſed tantum GRATIANI deciſionem continet. Admitti tamen eatenus poteſt, quatenus per modum *exceptionis* tale crimen ei obiicitur, quod ipſum ad accuſandum inhabilem reddit.

(c)

4. c. 1. c. certum. §. *illicita C. 24. qu. 3. c. quaeris. de conſecrat. diſt. 4.*

14. Niſi illud fieri mandauerint; *c. ſi quis iratus. cum c. ſeq. de poenit. diſt. 1.* in illud conſenſerint; *c. qui conſentit.* C. *11. qu. 3. c. omnes.* C. *17. qu. 4. c. videns. ſſ. fin.* C. *27. qu. 1. c. facientis. diſt. 68.* ad illud aliquem coegerint; *in princ. cum c. ſeq.* C. *22. qu. 5.* illud, cum poſſent, non impediuerint. *in princ. cum cc. ſeqq. diſt. 83. c. facientis. diſt. 86. c. non inferenda. c. qui poteſt. c. ab Imperatoribus. & c. vlt.* C. *23. qu. 3. c. non putes. c. non eſt. c. qui vitiis.* C. *23. qu. 5. c. dilecto. 6.* §. *& quidem. de ſent. excommun. in 6.*

15. Expreſſe accuſari prohibentur hoc iure, omnes, qui & iure ciuili prohibentur; adde nec Imperatorem poſſe accuſari, *c. propoſuit. de conceſſ. praeb:* niſi haereſeos, periurii, & ſacrilegii; *c. ad Apoſtolicam. de re iud.* nec Papam, *d. c. propoſuit.* niſi de haereſi: (c) *c. ſi Papa. diſt. 40.* & tum a Principe vel a Synodo iudicatur. *c. Princeps.* C. *23. qu. 5.* (d)

16. Rei accuſari debent regulariter eo in loco, vbi

(c) Sed textus adductus contrarium innuit, cum papae nemo reſiſtere debeat, ſi vel maxime multa millia hominum ſecum ad gehennam ducat. En miſeram conditionem chriſtianorum ſub tali paſtore!

(d) hoc ſenſu, vt prius in ſynodo haereticus declaretur & imperatori executio demandetur, quippe qui eſt aduocatus eccleſiae,

vbi crimen commiſerunt; *c. 1. de raptoribus. c. Paulum. §. reuera. C. 2. qu. 3. c. 1. & c. vlt. C. 3. qu. 6. c. placuit. c. vlt.* C. *6. qu. 3.* niſi Papa alibi accuſari permiſerit: *c. nec extra. verſ. ſalua tamen. C. 3. qu. 9.* alibi de crimine conſtare poſſit: alio, per appellationem vel iudicis recuſationem, cauſa deuoluatur: *c. pulſatus. §. hoc autem. C. 3. qu. 6.* Epiſcopus accuſetur: *c. ſi quis. in princ.* C. *3. qu. 6. c. accuſatores. §. nullus. C. 3. qu. 5.* reus alibi deprehendatur. *c. 1. §. contrahentes, de foro compet.*

17. Nemo ad accuſandum admittitur, niſi per ſe, vel, ſi literas neſciat, per alium, ſe ad poenam talionis inſcribat; id eſt, libello ſubſcribat, (e) quo facilius puniri poſſit, ſi deprehendatur calumniari. *c. quisquis. C. 2. qu. 8. c. qui crimen & c. tuae. de procurat. c. qui non probauerit. C. 2. qu 3.*

18. Ei, qui ob publicum munus, quo fungitur, denunciat, haec inſcribendi neceſſitas remittitur; *l. 7.* C. *de recuſat.* vt & ei, qui de leuibus, *l. 6. ff. eod.* aut crimine abigeatus, (f) *l. cui. C. de abigeis.* apoſtaſiae, *l. apoſtatarum. C. de apoſtat.* accuſat.

19. Li-

(e) Ex hoc iure etiam hoc recepit pontifex, quod tamen in praxi incognitum eſt, poſtquam, in *conſtit. Carol. crim.* loco *inſcriptionis* cautio ſubſtituta eſt.

(f) Quod de iure Romano non aliter intelligi poteſt, quam ſi *ciuiliter* agitur. *Brunnem. ad cit. l. n.* 4.

(g)

19. Libellus inſcriptionis debet complecti *nomen iudicis*, coram quo criminis ſit delatio, *nomen accuſatoris* & *accuſati*, *locum* & *tempus*, *crimen* & *eius qualitatem*, & *perſonam*, cum qua crimen perpetratum: non tamen diem vel horam inſeri neceſſe: (g) item *ſubſcriptionem* eius, qui dat libellum, ſe profeſſum eſſe, vel alterius pro eo, ſi literas neſciat. Quae ſi obſeruata non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas ſit. *l. libellorum. ff. de accuſat. c. Paulum. §. omnis igitur. C. 2. qu. 3. c. pen. & vlt. §. quae vero. ſed etſi. §. quod ſi belli. C. 2. qu. 8.*

20. Inſtituta accuſatione, relatoque inter reos accuſati nomine, cauſa agitur eodem modo per litis conteſtationem, exceptiones, &c. quo in ciuilibus procedi ſolet: *c. pen. de purgat. canon. l. 2. l. 4. C. de edend. l. 33. C. ad leg. Iul. de adult. l. 15. §. 2. ff. eod.* Azo *in rubr. C. eod.* exceptis criminibus leuioribus, item laeſae maieſtatis & haereſis; quae & de plano (h) cognoſcuntur; *iuxt. text. & quae latius tradunt* Dd. *in l. leuia. 6. ff. de accuſat. c. fin. de haeret. in 6.* Clar. *in pract. crim. qu. 64.* & notoriis; in quibus nulla alia probatione,

(g) Vt ſcilicet eius omiſſio libellum non vitiet. Interim ſi accuſatus poſtea ſuam defenſionem in eo quaerit, etiam *diem & horam* dicere debet.

(h) Si ſeditio praerupta immineat, quae aliter ſedari nequit: hac ceſſante, etiam ordinarie in hoc crimine procedendum.

ne, nulloque ordine iudiciario opus eſt. (i) *c. ſuper eo, 3. de teſtib. cog. c. ad noſtram. 21. de iureiur. c. tua non. 8. de cohab. cleric. c. manifeſta. c. de manifeſta. C. 2. qu. 1.*

21. Non tamen ante haec crimina coercentur, quam ſi iudici ipſius delicti circumſtantiae plene ſint perſpectae: puta, an homicidii accuſatus illud animo defendendi, an alia ratione motus, commiſerit: *c. ſicut dignum. 6. in princ. de homicid. l. aut facta. 16. ff. de poenit.* vid. Clar. *in pract. crim. §. fin. qu. 3.*

22. Notoria autem crimina dicuntur, quae nulla tergiuerſatione celari poſſunt; vtpote quae fiunt coram populo, vel maiore eius parte. (k) Clar. *d. §. fin. qu. 9.* text. *in c. pen. circa fin. de purg. can. d. c. manifeſta. d. c. tua non.*

23. In exequenda accuſatione, praeſentia accuſatoris, (l) *c. ſi quando. C. 2. qu. 6. c. criminat. C. 2. qu. 7.*

(i) Verum nullum crimen ita poteſt eſſe notorium, vt non quaedam momenta defendendi ſuperſint, adeoque nec hic denegari debet accuſato legitima defenſio. Eſt contraria ſententia nata ex proceſſu contra haereticos moto, quorum crimen *notorium* eſſe finxere, & ita eos inauditos condemnarunt.

(k) Sed ita tantum *factum* eſt manifeſtum; ſed circumſtantiae eius, quad augent vel minuunt delictum, latere poſſunt, quia *factum* poteſt eſſe notorium, vt nequidem in faciente ſit delictum.

(l) Ob vinculum inſcriptionis, quo hodie ceſſante, etiam accuſator per procuratorem accuſare poterit.

(m)

qu. 7. *c. praeſcripta. in princ. C.* 2. *qu.* 8. *c. abſente. c. non oportet. c. habetur. c. qui accuſare. c. abſens.* C. 2. *qu.* 8. & rei, *c. vlt.* C. 3. *qu.* 9. *c. in criminalibus. in fin. & c. vlt. verſ. excepto publico.* C. 5. *qu.* 3. neceſſaria eſt: niſi abſenti, e cauſa per procuratorem reddatur; (m) *in princ. cum. c. ſq. C.* 5. *qu.* 3. *c. veniens.* 15. §. *idem verò ad ſuum. de accuſat.* accuſator, aut accuſatus, puta de iniuria tantum, *l.* 15. *C. eod.* in illuſtri dignitate ſit conſtitutus; *c. abſens. C.* 3. *qu.* 9. *l. vlt. C. de iniur.* ciuiler ex crimine agatur; *c. tuae fraternitati.* 5. *de procurat.* per modum exceptionis crimen obiiciatur, *c. ſuper his.* 16. §. *fin. de accuſat.*

24. Debet vti accuſator probationibus luce meridiana clarioribus, expeditis idoneis teſtibus, apertiſſimis documentis, (n) indiciis ad probationem indubitatis, *c. ſciant cuncti. C.* 2. *qu.* 8. *l. fin. C. de probat. c. dicit.* C. 32. *qu.* 1. *c.* 1. *C.* 35. *qu.* 6.

25. Legitime conuicto reo, ſententia ſine mora in eum ferenda eſt, & executioni mandanda, *l. cum reis.* 18. *C. de poenis.*

26. Se-

(m) Et ita impediatur, ne contra abſentem poſſit in contumaciam procedi. Sic quoque in aliis punctis *accidentibus* procurator admittitur.

(n) Maxime ſi per *ſcripturam* delictum commiſſum, vt in crimine *famoſi libelli* &c. In aliis delictis etiam inſtrumenta ad probandum admittuntur, ad minimum, vt reus ex iis ad torturam grauari poſſit.

26. Secundus modus, quo crimina in iudicium deducuntur, eſt *inquiſitio.* (o)

27. Ea eſt, cum iudex ex officio, nemine accuſante, disquirit, an aliquis deliquerit, vel quis delictum admiſerit? Fac. *c. qualiter. de accuſat. & inquiſit.*

28. Eſt vel omnino *generalis*, vt cum Praeſes inquirit, an in ſua prouincia ſint homines facinoroſi; *l. congruit. 13. in princ. ff. de offic. Praeſid.* vel omnino *ſpecialis*, qua contra certam perſonam certo de crimine inquiritur: *d. c. qualiter. & l. 7. C. de accuſat.* vel *partim generalis*, *partim ſpecialis*; vt cum Titio occiſo, iudex inquirit, quis eum occiderit.

29. *Inquirere poſſunt*, Praelati vel ſuperiores merum imperium, vt Papa & Imperator per ſuos legatos, ſeu delegatos, Epiſcopi in ſuis dioeceſibus, Metropolitani in ſuis prouinciis, in caſibus notatis *in c. paſtoralis. de off. ord.* & omnes cognitionem cauſarum criminalium habentes. *c. cum dictus. c. qualiter. eod.*

30. *In-*

(o) Originem traxit ex priſco more Epiſcoporum, qui in quaelibet crimina, ex *officio paſtorali*, inquirebant, vt oues errantes per *poenitentiam eccleſiaſticam* in viam reducerent & haereſes propullulantes exſtirparent. Sed haec inquſitio fiebat ſine proceſſus formalibus, de *ſimplici & plano*, donec tandem, exſtructo foro criminali, *Innocentius III. proceſſus formalia* ei ſuperaddiderit, vt etiam iudices hunc proceſſum, iuri ciuili incognitum, in praxin deducerent.

(p)

30. *Inquiri poteſt* ſuper criminibus grauibus & enormibus; vt homicidio, ſimonia, adulterio, fornicatione, periurio, inceſtu; non ſuper leuibus & diſſimulandis. (p) *c. inquiſitionis. eod. c. cum I. & A. de re iud.*

31. Nec fieri debet inquiſitio generalis de criminibus occultis; (q) ſed tantum de his, de quibus praeceſſit infamia; (r) *c. qualiter. 17. in fine c. qualiter. 24. c. cum oporteat. 9. c. inquiſitionis. 21. §. 1. de accuſat.* id eſt, late ſparſa fama, & quae ſit publica, & conſtans de crimine commiſſo, & non a maleuolis, nec data opera diſſeminata. *d. c. qualiter. c. inquiſitionis. §. ad haec.*

32. Facta tamen inquiſitio ab eo, cui ea ſimpliciter commiſſa fuit contra aliquem facienda, valet,

(p) h. e. pro quibus olim non imponebatur *poenitentia eccleſiaſtica*, quae tantum *mortalibus peccatis* imponebatur. Inde tanta cura moraliſtarum in diſcernendis peccatis *venialibus* & *mortalibus*.

(q) Quae referuata ſunt *confeſſionibus*, confeſſionario publicandis, & poenitentia impoſita elidendis. Hoc ſenſu intelligi debet vulgatum illud: *de occultis non iudicat eccleſia*, ſcilicet in foro criminali, nec illa reuelat. Nec diſtinguunt, vtrum ſint reuelata paſtori in *confeſſione auriculari*, an *extra eam*, quia paſtoris erat, delinquentes non poenis publicis exponere, ſed tantum animarum ſaluti proſpicere, id quod noſtrates non ſatis obſeruant.

(r) Hoc repetiit *ordin. crimin.* vt fundamentum omnis inquiſitionis collocari debeat vel in *fama publica*, vel in *legitima denunciatione*.

let, licet is eo tacito, de criminibus eius, omiſſa inquiſitione de infamia, inquiſierit. *c. 2. de accuſat. in 6.*

33. Nam & non praecedente infamia, vel ſine inquiſitione de ea, ſi reus coram inquiſitore ante inquiſitionem de criminibus fuerit confeſſus, nihil ei exceptio, quod prius de iisdem criminibus non fuerit infamatus, (s) proderit. *c. 1. de accuſ. in 6.*

34. In Praelato aliud ius obtinet; nempe, vt, priusquam in eum de crimine inquiri poſſit, praeter diffamationem, etiam ſcandalum ſiue periculum ſubeſſe debeat. *d. c. qualiter. verſ. ſed cum ſuper.*

35. Quae omnia obtinent, vbi inquiſitio contra certam perſonam, puta Titium, inſtituitur. Caeterum non prohibetur iudex de quolibet delicto generaliter inquirere, vt hac ratione ad ſpecialem contra certam perſonam deueniat. Innoc. *in c. bona. 23. n. 5. de election.* Fac. *l. 1. ſ. qui quaeſtionem. ff. de quaeſtion. iunct. l. congruit. ff. de offic. Praeſid.*

36. In ſpeciali inquiſitione reo edi debent articuli, de quibus eſt inquirendus; item nomina & dicta teſtium, nec non exceptiones & replicationes illi permittendae. (t) *d. c. qualiter. ſ. debet igitur.*

37. In-

(s) ſi modo aliunde iuſtum initium inquiſitio habuit, ſcilicet ex *legitima denunciatione*: nam etiam hac ceſſante, tota inquiſitio nulla eſt.

(t) Quando *principalem defenſionem* ſuſcipere intendit: ante reſponſionem ad articulos etiam prae-

37. Inquiri debet ex viris idoneis & ſide dignis, non ex delati inimicis & periuris. *c. cum oporteat. 19. verſ. quod ſi. de accuſat.*

38. Quae inquirenda ſint, (u) permittitur arbitrio inquirentis. *c. olim. 26. verſ. inquiratis. eod.*

39. Crimine per modum inquiſitionis probato, regulariter poena, non ordinaria, ſed arbitraria (x) imponitur; *d. c. inquiſitionis. 21. in princ. & d. c. qualiter. 24. §. verum ita. verſ. quatenus ſi fuerit*, niſi tale ſit crimen, quod etiam poſt poenitentiam ordinis ſuſcepti executionem impediret. *d. c. inquiſitionis. 27. in princ. verſ. in quo quidem.*

40. Crimine non probato, canonica purgatio delato indicitur. *c. cum oporteat. 19. §. fin. & c. inquiſitionis. 21. §. quaeſiuiſti. verſ. ſed. infamato.*

---

praemitti ſolet *defenſio pro auertenda*, ad quam inſtruendam non facile ei articuli edendi ſunt, ne alias reſponſionem ſuam, poſtea faciendam, ex illis inſtruere queat.

(u) Quod potiſſimum ſpectat *formationem articulorum; quae caute in omnes circumſtantias, pertinentes* & ad *rem facientes*, facienda eſt.

(x) Dicunt, hanc viam procedendi eſſe extraordinariam, vt ſit quoque poena, eccleſiaſtica ſcilicet, extraordinaria eſſe debeat. Cum vero hodie ad quaeuis crimina, & quidem *ordinario* fere *modo*, inquiſitio applicetur, poena quoque *ordinaria*, legibus determinata, dictatur. GONZALEZ, *ad c. 21. h. t. n. 11.*

to. & c. accedens. 29. §. ſi vero contra eum. de accuſat.

41. Tertius modus, quo crimina in iudicium deducuntur, eſt *denunciatio.*

42. Ea eſt criminis latentis, facta iudici vel fiſco, non obſeruata formula accuſandi, nunciatio. Fac. *l. edicto. §. id autem deferri. ff. de iur. fiſc. iunct. d. c. qualiter. c. ſuper his. de accuſat.*

43. Eſt vel *euangelica*, vel *iudicialis*. Bald. *in addit. ad Specul. tit. de denunc.*

44. *Euangelica* eſt, quae fit ad emendationem & bonum animae; vt cum vxor occultum mariti adulterium ſacerdoti denunciat. (y) *c. ſi peccauerit. C. 11. qu. 1. c. vlt.* C. *32. qu. 5.*

45. *Canonica* eſt, quae fit ad impediendum, ne quid illicitum fiat; veluti ſi quis denunciet eos, qui matrimonium contrahere volunt, in gradu eſſe prohibito. *c. cum in tua. 27. de ſponſal. c. ad diſſoluendum. 13. de deſponſ. impub; c. vlt. de clandeſt. deſponſ.*

46. *Iudicialis*, quam definiuimus, eſt vel *publica*, vel *priuata.*

47. *Publica* eſt, quae ex officio publico competit, & ad eam faciendam, non monitio, ſed Epiſcopi, vel,

(y) Non vt ille hoc *iudici* reuelet, ad quod plures noſtratium ſe obligatos eſſe credunt, quia extra confeſſionem auricularem tale crimen illis eſt manifeſtatum, ſed vt eum emendet, & ad poenitentiam veram deducat.

(z)

vel, eo negligente, Archiepiſcopi inquiſitio, requiritur, *c. Roman. de cenſib. c. Menuam. 2. qu. 5.*

48. *Priuata* eſt, quae ratione proprii intereſſe competit: & quidem cum oppreſſus nequit agere. (z)

49. *Denunciare* hoc iure, non ciuili, *l. 6. ff. de cuſtod. & exhib. reor. l. 6. §. pen. ff. ad SC. Turpill. l. ea quidem. 7. C. de accuſat.* poſſunt omnes, quorum aliqua ratione intereſt, *c. 3. de accuſat.* item extranei omnes, qui recto vtilitatis publicae deſiderio mouentur, & vero iuſtitiae zelo excitantur: non infames, viles, conſpirato-res,

(z) Vel alias ob rem *iudicatam*, *transactam* vel *iureiurando deciſam*, nullum auxilium in foro ſeculari ſe impetrare poſſe nouit. Ad *peccatum* enim euitandum denunciatione vtuntur ad *iudicem eccleſiaſticum*, vt hic cenſura eccleſiaſtica peccatorem adſtringat ad ſatisfaciendum, externo iure quidem tutum, ſed nihilominus in peccato ea de cauſa perſeuerantem. Deducunt eam ex *Matth. XVIII, 15. Luc. XVII, 3.* in quibus locis tamen Chriſtus inſtruere noluit forum eccleſiaſticum, & mediis coactiuis homines ad poenitentiam deducere, ſed tantum *viam charitatis* praeſcribere, vt laedens cum laeſo in gratiam redeat. Sed aliter philoſophatur pontifex *in c. 13. X. de for. compet.* & ſibi arbitrium adſcribit, quascunque cauſas ad forum ſuum trahendi & res iudicatas reſcindendi. Cum vero inter proteſtantes *iudicia eccleſiaſtica* non a clero, ſed a principe, dependeant, nec his ſubiecta ſint *fora ſecularia*, facile liquet, huius remedii hodie apud nos nullum eſſe vſum.

(a)

res, inimici, *c. cum dilectus. c. repellantur c. quali ter. eod. c. ſi peccauerit. C. 22. qu. 1. c. cum in iuuentu te. verſ. licet igitur. de praeſumt. c. ex parte. d teſtib.*

50. Fit delatio ſine inſcriptione, & ſine oner criminis probandi; proinde ſine metu talionis *c. ſuper his. 16. de accuſat.* tantum enim denuncian de calumnia iurare & teſtes criminis conſcios de bet nominare. Damhoud. *in pract. crim. cap. 6 num. 10. & 11.*

51. Delationem in clericorum criminibus de nunciandis, charitatiua debet praecedere moni tio, *c. 2. & c. cum dilectus. de accuſat.* non in de nunciandis criminibus laicorum. *c. qualiter, & quando. in 2. §. fin. eod.*

52. Fit denunciatio, vt crimina iudici fiant no ta, qui poteſtatem de reliquo inquirendi habet *c. ſuper his. eod.* &, ſi denunciationem veram eſſ conſtiterit, pro qualitate delicti animaduertendi *c. ſi quis neque. C. 1. qu. 1. c. requiris. C. 1. qu. 6. c nerui. diſt. 14. c. ſaepe. de reſtit. ſpoliat. c. 1. de offic cuſtod.*

53. Accidit interdum, vt alicui nec accuſando nec denunciando, nec inquirendo, ſed *excipiend* crimen obiiciatur.

54. Quod fit vel *actori*, vt ab accuſatione re pellatur; *c. ſuper his. de accuſat.* vel *teſtibus*, vt eo rum teſtimonia improbentur. *c. teſtimonia. de te ſtib. c. 1. de except.*

55. Fieri debet ante publicationem, videlicet *teſti-*

teſtimoniorum (a); non poſtea, niſi & ante publicationem proteſtatus fuerit, *c. praeſentiam. de teſtib.* aut niſi crimina obiicienda poſt publicationem excipienti innotuerint, (b) *c. fin. de cognat. ſpirit.*

56. Qui de crimine non tenetur inſcribere, *c. licet. de ſimonia*, nec, ſi crimen obiectum non probauerit, punietur; vt nec ſi probauerit, (c) is, contra quem eſt in exceptionis duntaxat vim, vt repellatur, obiectum. *c. cum dilectus. de ord. cogn.* Bart. *l. 2. in princ. ff. de accuſat. & l. 2. §. ſi publico. n. 20. ff. adult.*

TIT.

(a) Poſtquam ex apertis atteſtationibus quis cognouit, teſtes aduerſus ſe teſtimonium dixiſſe, per *calumniam* crimen iis obiicere creditur, vt eorum fidem infringat. GONZALEZ *ad cit. tex. n. 4.* Imo qui teſtes ſine vlla exceptione & proteſtatione ſemel admiſit, illos poſtea reprobare nequit.

(b) Si praeſtat *iuramentum malitiae*, quod ad hanc exceptionem opponendam ex malitia non fuerit inductus. *c. 2. de teſtib. in 6. in f.*

(c) h. e. probato crimine. poena teſti non dictatur, quamuis adiici ſoleat clauſula: und wird gegen denſelben mit der ſpecial-Inquiſition nunmehro nicht unbillig verfahren. Proinde talis ſententia, qua repellitur teſtis, ne quidem *infamia iuris* eum notat, quia de ipſo delicto nondum *criminaliter* eſt condemnatus, quod tamen requiritur. *l. 7. C. de publ. iudic.*

(d)

TIT. XLI. V. x. 37.

DE POENIS.

Reo crimen confitenti, vel teſtibus aliisque iuris remediis conuicto poena legitima imponitur.

2. *Poena*, eſt laeſio, quae punit, vindicans quod quisque commiſit. (d) *c. poenitentia eſt quaedam. diſt. 3.*

3. Ea vel eſt *Aeterna*, puta damnatio aeterna, ignis aeternus, & in alio ſeculo durans; *c. ſunt plu-*

(d) Tam ambigue patres *poenam* definierunt, vt *poenitentiam eccleſiaſticam* & *ſatisfactionem* ſub ea complecti poſſent. Saepius dictum eſt, eam inualuiſſe inter patres ſententiam, peccatum remitti non poſſe ſine *ſatisfactione*, hanc autem in certa poena ſubeunda conſiſtere. Inde tot ſpontanea *poenarum* genera orta, flagellationes, virgae, ferrei circuli geſtatio, ieiunia in pane & aqua, aliaeque carnis caſtigationes. Inde etiam ab Epiſcopis aliisque clericis, qui cum imperio ſacro ſunt, poenae tales ſunt impoſitae, & quidem, vt dixerunt, in *ſalutem animae*, in quo *eccleſiaſticas* poenas a *ſecularibus* differre putarunt, quod hae tantum ſint medium pacem externam conſeruandi. Verum ſicut per externas poenas, quomodocunque vocentur, nemo emendatur *interne*, nec illis animus immutatur, ita *poenae eccleſiaſticae* magis effectus ſunt hierarchiae, cum nullum imperium ſine medio cogendi eſſe poſſit.

(e)

plures. 42. ſ. fin. & c. ignis ſucceſſus. de poenis. diſt. 3. de qua hic non agimus: vel *temporalis*, quae ad tempus, vel in hoc ſeculo infertur, vt caſtigati meliores reddantur. *d. c. ſunt plures. & ſeq.*

4. Haec eſt, vel *ſpiritualis*, vel *corporalis*, vel *realis*, vel *mixta.*

5. *Spiritualis*, eſt quintuplex: *poenitentia, excommunicatio, interdictum, ſuſpenſio, remotio ab oblatione*, ſeu *ab ordine. c. ſorte. C. 23. qu. 2. c. cum non ab homine. de iud.* De quibus titulis ſequentibus.

6. *Corporalis*, (e) eſt duplex: vel *in ipſo corpore*: vt damnatio ad furcas, vltimum ſupplicium, *c. reos. §. ſed obiicitur. C. 23. qu. 5. c. de occidentis. in princ. c. ſi non licet. §. & ideo. c. qui malos. c. homicidas. c. ſi audieris. c. hoc tamen. C. 23. qu. 5.* fuſtigatio, *l. capitalium. 28. ſ. in princ. & §. 1. ff. hic.* in monaſterium intruſio, *c. dictum. c. ſi quis clericus. diſt. 81. c. de lapſis. C. 16. qu. 6. c. ſi qua monacharum. C. 27. qu. 1. c. tuae. hic.* incarceratio ad tempus, *c. quamuis. 3. hic. in 6.* perpe-

(e) Nam tales etiam *fora eccleſiaſtica* receperunt, vt tamen non tendant ad ſanguinis profuſionem ſeu vltimum ſupplicium. Nata ea eſt primitus ex *diſciplina monaſtica* in monaſteriis, qua abbates contra monachos inobedientes vſi ſunt. Ab illis poſtea tracta ad capitula canonicorum, monaſtice viuentium, ſub titulo *cenſurae canonicae*, & a Decanis, Epiſcopisque erga clerum exercita.

(f)

petua, *d. c. quamuis. c. graui. depoſiti. c. a nobis. de apoſt. c. nouimus. de verb. ſignif.* verberatio, *c. Circumcelliones. C. 24. qu. 5.* characteris impreſſio; *c. ad audientiam. de crim. falſ. c. ita quorundam. de Iudaeis. c. multae. C. 15. qu. fin.* vel *circa exiſtimationem perſonae*; vt infamia; *c. omnes vero. C. 6. qu. 1. c. infames. C. 6. qu. 1.* relegatio, *c. cum non ab homine. de iudic. c. 2. de arbitr.* priuilegii clericalis priuatio, *c. contingit. de ſent. excom. c. fin. de vit. & honeſt. cleric.*

7. *Realis poena*; in poſſeſſionem rei petitae, vel pro modo debiti declarati, miſſio; *c. quoniam. vt lite non cont.* beneficii, *c. ſi quis de ordine. C. 7. qu. 1. c. cum in cunctis. de elect.* officii & beneficii in perpetuum priuatio; *c. ſi quis a modo. diſt. 81. c. ad falſariorum. de crim. falſ. c. felicis. hic. in 6.* confiſcatio, ſeu bonorum publicatio; *c. cum ſecundum leges. 19. de haeret. in 6. c. excommunicamus. de haeret. c. ita quorundam. c. ad liberandam. de Iudaeis*, pecuniaria mulcta, (f) *c. in Archiepiſcopatu. de raptor. c. 2. de maledic. c. poſtulaſti. de Iudaeis. c. licet. & ibi* Gloſſ. *hic. c. ſi quis contumax. C. 17. qu. 4.* emenda. *can. venerabilibus. 7. §. denique a ſubditis. de ſent. excom. in 6.*

8. *Mixta*, quae partim realis, partim corporalis

(f) Quae clericis dignitatis eminentioris, vel integris collegiis dictari ſolet.

(g)

lis; vt proſcriptio, exilium. *c. accedens. diſt. 50. c. biduum. C. 2. qu. 6. c. placuit. C. 16. qu. 1.*

9. Poenas omnes imponere poſſunt tantum iudices competentes, vt ſunt eccleſiaſtici clericis, non laici, *c. cum non ab homine. 10. & c. at ſi clerici. 4. de iudic.* ita tamen, vt ſanguinis poenam non inferant; *c. Clericis. c. pen. ne Cler. vel Monach.* ſed, ſi qua ſibi ex delegatione principis vel alio iure (g) cognitio criminum competit, eam ſi ſanguinis poenam irroget, vel ad ipſum Principem remittat, vt in *c. 4. de raptor.* vel alicui laico demandet. *c. fin. ne Cler. vel Monach. in 6.*

10. Debent iudices, ſi criminibus certae poenae iure ſtatutae, eas ſequi: *c. de cauſis. 4. §. illis etiam. de offic. deleg. c. licet. 3. de poenis. c. cognouimus. c. vlt. in princ.* C. *16. qu. 6. c. non afferamus.* C. *24. qu. 1.* ſi non, ex arbitrio (h) eorum irrogandae permittuntur. *c. de cauſis. 4. §. illis etiam.*

(g) Vel ob ſuperioritatem territorialem. Et hoc inuolucro ſolent excuſare praelatos, criminalia hodie exercentes. Habent etiam capitula iurisdictionem in multis pagis, tam *altam*, quam *baſſam*, quam itidem per *laicos* exercent.

(h) Poenae *canonicae*, vt vocantur, ſunt vtplurimum *arbitrariae*, ex quo tamen male generale aſſertum trahitur, & ad *fora criminalia* applicatur, *poenas hodie eſſe arbitrarias.* De iisdem *poenis* quoque §. *ſeq.* intelligendus, adeoque cavendum, ne temere argumentum ab iis ducamus.

iam. verſ. alioquin. de offic. deleg. c. fin. de transact.

11. Sed, licet iudices a praeſcripta in iure poena diſcedere non debeant; *c. 1. c. 5. de conſtit. d. c. de cauſis. 4. ꝭ. litis etiam. d. c. licet 3. d. c. cognouimus.* poſſunt tamen, ſi cauſa ſubſit, poenam vel augere, vel minuere, vel etiam prorſus remittere; *c. fin. de transact. c. inter alia. verſ. nec inde. de immun. eccleſ. c. fin. ꝭ. etſi ſoluendo. de dolo & contum. c. ſi res aliena. ꝭ. huic certae verſ. verum quidem. C. 14. qu. 6. c. at ſi. 4. §. adulteriis. de iudic.* inſpectis circumſtantiis cauſae, perſonae; *c. quaerenti. 20. de verb. ſignif. can. fraternitas. C. 12. qu. 5. c. fin. C. 14. qu. 6. Can. qui compulſus. C. 22. qu. 5.* ſexus, (h) *c. pen. & fin. C. 32. qu. 6.* dignitatis (i) *can. homo Chriſtianus. diſt. 40. can. praecipue. C. 11. qu. 3. can. quia ſanctitas tua. diſt. 50. can. qui contra. C. 24. qu. 1.* ſcientiae, *can. iudicas. C. 3. qu. 9.* aetatis, *c. 1. & 2. de delict. puer. can. fin. diſt. 14.* loci, *can. ante triennium. & can. aliter. diſt. 31. c. vn. olim. de Cler.* temporis, quantitatis, qualitatis, euentus, de quibus *in l. reſpi-*

(h) Sic viri grauius coercendi propter adulterium, quam feminae, cum ad eos pertineat & virtute vincere & regere feminas, per. *cit. c pen.* Quis vero hoc diſcrimen applicaret ad poenas criminales?

(i) Eccleſiaſticae ſcilicet, qui enim in tali exiſtunt, aliis exemplo praeire debent.

(k)

ſpiciendum. 11. ff. hic. c. ſicut. 6. in princ. de homicid. c. aut facta. §. 1. de poenit. diſt. 1.

12. Cauere tamen ſemper debent, vt poena maior non ſit delicto, *c. quaeſiuit. in 2. ſ. fin. de his quae fiant a maior. part. Cap.* & vt teneat auctorem: non alium, *c. crimen. C. 1. qu. 4. c. vndecunque. diſt. 55. d. c. quaeſiuit.* exceptis paucis caſibus.

13. Ii ſunt, cum ſeruitus filiis ob peccatum patris infligitur; (k) *c. cum multae. C. 15. qu. 8. c. eccleſia. 11. ſ. item peccato.* C. 1. *qu. 4.* propter regis peccatum, regnum interdicto ſubiicitur; *c. non eſt vobis. de ſponſal.* in ſimonia, *c. 1. qu. 5.* & aliis, de quibus ſupra. *tit. quib. mod. in crim. agat. aphoriſm. accuſari poſſunt.*

14. Toties poena repetenda, quoties crimen renaſcitur. *c. 1. hic.*

15. Nec facile aut ſine cauſa eſt remittenda, *c. 3. de offic. ordin.*

16. Cauſa eſſe poſſunt, pietas, neceſſitas, multitudo, (l) diſpenſatio, vtilitas, miſericordia, *c. requi-*

(k) Olim in concilio Toletano conſtitutum erat, vt liberi ex impudicis clericis nati, ſeruituti illius eccleſiae addicerentur, cui ſtuprator praeeſſet. *c.* 3. *C.* 15. *qu.* 8.

(l) Olim in *cauſa lapſorum*, maxime tempore furoris Deciani, potiſſimum in mitiganda poenitentia reſpiciebatur ad *multitudinem*, item ad *ſalutem eccleſiae*, ſi inde multorum ſalus ſperari poſſet, vt paſſim CYPRIANI epiſtolae docent.

quiritis. c. tanta. 11. cum 7. ſeqq. cc. qu. 1. ſi aliter de crimine ſatisfactum ; *d. c. 3.* de eo poenitentia ſufficienter facta ; *c. cum aliqui.* C. *12. qu. 3. can. domino. §. fin. diſt. 50.* condemnationis ſententia, vt iniuſta, reuocetur. *c. ad quorundam, de exceſſib. Praelat.*

TIT. XLII. V. x. 38.

DE POENITENTIIS.

SPirituales poenas ſupra diximus eſſe, *poenitentiam, excommunicationem, interdictum, ſuſpenſionem, remotionem*: de quibus, quia iuri huic ſpeciales, latius & ordine dicemus.

2. *Poenitentia*, eſt quaedam dolentis vindicta, puniens in ſe, quod dolet commmiſiſſe.

3. Vnde (ſecundum Auguſtinum) poenitere dicitur, quaſi poenam tenere: quia poenitens punit in ſe vlciſcendo, quod commiſit peccando. *c. poenitentia eſt quaedam 4. de poenit. diſt. 30.*

4. De hac poena, quia etiam inter Sacramenta refertur, & propterea de ea ſupra *libro 2. tit. 6. de poenit. & remiſſ.* egimus, ne actum agamus, hic non tractabimus, lectorem ad dictum titulum remittentes.

TIT. XLIII. V. x. 38.

DE EXCOMMVNICATIONE.

E*Xcommunicatio*, eſt cenſura eccleſiaſtica, qua

qua Chriſtianus corpore eccleſiae, vel ſaltem ſacramentorum eius perceptione, excluditur. *arg. c. omnis Chriſtianus. cum c. ſeq. & c. qui vero.* C. *11. qu. 3. c. ad menſam. 24. §. haec ſententia.* C. *11. qu. 3.*

2. Eſt duplex: alia *maior*, alia *minor* dicitur.

3. *Haec* eſt, quae tantum a ſacramentorum participatione remouet; ac proprie vocatur *excommunicatio.* (m) *c. penult. de ſent. excomm.*

4. *Illa* eſt, quae non ſolum a ſacramentorum perceptione, ſed etiam ab eccleſia & omni fidelium communione ſegregat; (n) *d. c. pen. & c. vlt. C. 3. qu. 4. c. ad menſam.* C. *11. qu. 3. Anathema*, hoc eſt, aeternae mortis damnatio dicitur. in *c. nemo Epiſcoporum. C. 11. qu. 3.*

5. Quae vel eſt *ſolennis*; & fit adhibitis quibusdam ritibus & cerimoniis, poſt aliam contra incorrigibilem; aliquando proprie Anathema

(m) Et tamen haec ſerius demum inualuit. Ante Seculum XIII. nemo ab vſu Euchariſtiae excluſus eſt, niſi ſimul eſſet eiectus, vel poenitentiae ſubiectus, quod non diffitetur ESPEN *P. III. iur. eccleſ. tit. 11. c. 3.* Videlicet poſtquam INNOCENTIVS III. confeſſionis auricularis tribunal erexit, haec minor excommunicatio quoque audita eſt.

(n) Olim vocata fuit *eiectio*, quando quis excludebatur a *iure fraternitatis* & communione ſacrorum, id quod ex *confoederata Chriſtianorum diſciplina* ortum traxiſſe, demonſtraui in *diſſ. iur. eccleſ. antiq. ad Plin. diſſ. 3.*

ma (o) dicitur; *c. cum non ab homine. 10. de iudic. c. 1. de locat.* vel *non ſolennis*; quae ſine ſolennitate, vnico verbo, fit; nempe *excommunico. c. 1. de eo qui furt. ordin. ſuſc.* Gloſſ. *in c. cum aliquis. 108. ad verb. cautelam. C. 11. qu. 3.*

6. Infertur excommunicatio, vel a *iure* ſeu canone, vel ab *homine* per ſententiam. *c. nuper. de ſent. excomm.*

7. A *iure* infertur excommunicatio, tam *maior*, quam *minor*, cum quis *ipſo facto*, abſque iudicis miniſterio excommunicatoni ſubiicitur: quae & id circo *canonica*, & *latae ſententiae* excommunicatio dicitur. Exempl. *in c. de illis. c. cum aliquis. c. certum. princ. C. 24. qu 3.*

8. *Maiore* ipſo iure (p) notentur; diuini ſortilegi, *c. ſi quis ariolos. c. Non oportet. c. aliquanti. c. ſortes. c. ſi quis Clericus. c. auguriis. c. Epiſcopi. in princ. c. quicunque. §. fin. C. 26. qu. 5.* haeretici, & eorum receptatores & fautores, *c. quod autem. in princ. C. 4. qu. 1. c. excommunicauimus ita-*

(o) Haec ſpecies ex *Iudaiſmo* poſtea aſſumta eſt; cuius ſolennia & effectus plenius explicat SELDENVS *de Synedr.*

(p) Ad exemplum *infamiae* haec doctrina inualuit, vt etiam obiici poſſit alicui, ſi vel maxime per *iudicis ſententiam* non ſit excommunicatus. Inde originem traxit ſine dubio doctrina, quod exceptio *probandi* criminis teſti obiici proſit, quo probato, ipſo iure pro excommunicato habetur.

(q)

itaque. de haeret. c. nouerit. 49. in princ. de ſent. excommun. literarum apoſtolicarum falſarii, *c. ſi quis Epiſcopus. diſt. 50. c. ad falſariorum. c. dura. §. fin.* vbi Gloſſ. & Abb. *de crim. falſ.* ſimoniaci, *c. quicquid. C. 1. qu. 1. c. reperiuntur. §. fin. c. ſi quis Epiſcopus. §. fin. c. qui ſtudet. c. ventum eſt. C. 1. qu. 1.* eccleſiarum violatores, & earum rerum raptores, *c. canonica. C. 11. qu. 3. c. omnes eccleſiae. & c. frater. C. 17. qu. 4. c. ſi quis. C. 24. qu. 3.* noua telonia imponentes, *c. 23. ſi quis Romipetas. C. 24. qu. 3. d. c. innouamus. de treuga & pace.* clericos Romam euntes ſpoliantes, *d. c. ſi quis Romipetas. d. c. innouamus.* res mortui Epiſcopi, quae eius ſucceſſori ſeruari debent, diripentes, (q) *c. illud. & ſq. haec huius placiti. C. 12. qu. 3.* cum excommunicatis, auxilium, fauorem, conſilium impendendo, communicantes, *c. nuper. 23. de ſent. excomm.* vt in exempl. *c. ſignificauit. c. ſi concubinae. eod.* manus violentas in perſonas clericorum vel religioſorum inferentes, *c. ſi quis ſuadente. C. 17. qu. 4. c. ſi quis. C. 24. qu. 3. c. 1. 3. 13. & aliis. de ſent. excom.* aut inferre mandantes. *c. 6. §. 1. eod.*

9. Niſi iocando, vel ob diſciplinam, percuſſerint; *c. 1. §. neque Magiſter. c. cum voluntate. 54. §. ſi qui vero. eod.* aut ſint impuberes, *d. c. 1. in princ.*

(q) Ius *ſpolii* id olim appellabant, imperatoribus Regibusque tributum & vindicatum, de quo ſpeciali differt. agit MEIBOMIVS.

princ. aut clericos in adulterio vel ſtupro deprehenſos. *c. ſi vero. 3. §. ne ille, cum ſeq. eod.* aut ignorantes, *c. ſi vero. 4. eod.* aut eos, qui non ſunt in habitu clericali, nec pro clericis habentur, (r) *c. cum non ab homine. 14. c. in articulo. c. perpendimus. 23. c. in audientia. 25. c. contingit. 45. eod.* percuſſerint, diuina officia turbantes e templo eiecerint. *c. veniens. 16. c. voluntate. 54. §. ſi quis vero. eod.*

10. *Minore* excommunicatione *ipſo iure* afficiuntur, mortale peccatum committentes; *c. audi. 11. c. 3. fin. de cler. excom. miniſtr.* vt ſacrilegi, *c. quis inuentus. C. 17. qu. 4.* eccleſiam de manu laici recipientes & tenentes; (s) *c. ſi quis deinceps. C. 16. qu. 7.* & quilibet notorii peccatores: *c. neque. diſt. 83. c. illud. diſt. 95. cum ſimul.* cum maiori excommunicatione denunciatis, & excommunicatis, locutione, oratione, ſalutatione, menſa communicantes. *c. ſi Apoſtoli. 16. c. excommunicatos. 17. c. cum excommunicatio. 18. c. qui communicauerit. 19. c. curae. 10. can. ad menſam. 24. C. 11. qu. 3.*

11. Niſi ſint eorum familiares & domeſtici, *c. quoniam multos. C. 11. qu. 3. c. ſi vero. 34. de ſent. excom.*

(r) Quales ſunt degradati ſolenniter, vtpote qui in *ſtatum laicorum* incidunt.

(s) Potiſſimum haec poena excogitata eſt contra *inueſtituram per annulum & baculum*, imperatoribus olim propriam.

(t)

com. aut ex ignorantia, *d. c. quoniam. verſ. & eos qui & c. ſi is qui poteſt. §. fin. cum c. ſeq. c. vlt. verſ. ſeu ignorantia. C. 11. qu. 3.* aut ex neceſſitate, *d. c. vlt. verſ. ſeu neceſsitate. c. excellentiſſimus : verſ. aliud eſt. C. 11. qu. 3.* communicauerint; aut eis humanitatis gratia quid dare voluerint; *d. c. quoniam multos. §. fin.* aut excommunicatio eorum, quibus communicarunt, ſit occulta, vel non nominatim facta, nec publicata: *c. curae ſit. ſſ. fin. b. audi. c. 1. ſi quis laicus. §. ſed hoc ſpecialiter. C. 11. qu. 3. c. 1. §. fin. C. 24. qu. 3.* aut prius non fuerint eis communicantes admoniti. *c. quod in dubiis. 30. ſſ. illi autem.* & ibi Gloſſ. *de ſent. excom. &c.*

12. *Ab homine* infertur communicatio, cum iudex eccleſiaſticus, ſiue ordinarius, ſiue delegatus, *c. 5. eod. in 6. c. paſtoralis. 11. §. praeterea.* qui regulariter ſit Presbyter, *c. canonica. de ſent. excom.* ſubditum *c. a nobis. 21. eod.* inobedientem, ſiue contumacem (t) ſententia ſua excommunicat. *c. 1. eod. in 6.*

13. Qui, vt maiorem excommunicationem imponere poſſit, debet iurisdictionem, de conſuetudine vel iure communi ſpiritualem habere; (u) Hoſti-

(t) Veluti ſi nolunt ſoluere penſiones vel reditus per I. P. *art. V.* §. 48. quamuis in cauſa contumaciae triplex denunciatio praecedere debeat.

(u) Quia hodie per modum *imperii ſacri* exercetur: in primitiua eccleſia ſine eo, ex ſola *conuentione* exer-

 ce-

ſtienſ. *de ſent. excomm.* §. *nedum. arg. c. praelectis. diſt. 25. c. ſi in plebibus. diſt. 69. c. 2. de offic. Archid.* minorem etiam quiuis inferior Praelatus, imo & clericus, curam animarum habens, (x) infligere poteſt. *c. quotidie. de conſecrat. diſt. 2.*

14. Non excommunicat laicus, *c. Subdiaconus.* §. *poteſt tamen. verſ. vel Catholico. C. 24. qu. 1. c. fin. de immun. eccleſ. in 6. c. quando amplius. 46. de priuileg. in 6. c. bene quidem. 1. verſ. maximus Epiſcopus. diſt. 96.* niſi ex delegatione Papae: Gloſſ. *ad d. c. 1. verſ. maximus. ad verb. laico. arg. c. fin. C. 10. qu. 3. c. praeter haec. 6.* §. *verum. diſt. 32.* non Epiſcopi: Gloſſ. *ad d. c. bene quidem. ad verb. laico. & ibid. ad verbum praeter Romanam.* Non excommunicat, qui eſt extra eccleſiam, (y) vt excommunicatus, haereticus; *c. audiuimus, cum cc. ſeqq. C. 24. qu. 1. c. verbum. de poenis. diſt. 1.* niſi forſan haereticus haereticum excommunicauerit; *c. miramur.* §. *fin. cum c. ſeq. C. 24. qu. 1.* niſi in deteſtationem criminis, ob quod ab haereticis fuit ex-

cebatur, vnde etiam tota eccleſia in *electionem* conſentire debebat.

(x) Quia *ius claudendi & abſoluendi a peccatis* habent, cuius effectus haec excommunicatio eſt.

(y) Romanam, vtpote in qua tantum ſalus, poteſtas ſpiritualis & omne ius ſacrum eſſe dicitur. Verum ſicut quaelibet ſecta ſeparatum coetum conſtituit, & ſocietatem, ita cuilibet integrum videtur, eum a ſe abigendi, qui iure ſocietatis ſe indignum fecit.

(z)

excommunicatus, (z) *d. c. Subdiaconus. in princ. vsque ad §. poteſt. tamen.*

15. Excommunicari poſſunt, tantum excommunicantis ſubditi; *c. fin. de conſtit. in 6. c. 1. & ſeq. C. 6. qu. 3.* Fac. *c. ſententia. C. 11. qu. 3.* Chriſtiani, non pagani; *c. audiuimus. §. vnde Apoſtolus. c. ſeq. C. 24. qu. 1.* viui, non mortui; *c. damnationes. §. his auctoritatibus. C. 24. qu. 2.* (niſi in tali reatu deceſſerint, qui poſt mortem accuſari, & ille qui commiſit, damnari poſſit: vt ſi de crimine haereſeos, (a) *d. c. damnationis. §. his auctoritatibus. & c. fin. C. 24. qu. 2. c. ſane. 6. & ibi exempla. C. 24. qu. 5.* αὐτοχειρίας, *c. placuit. C. 23. qu. 1.* agatur:) Ii qui deliquerunt, non alii. *c. ſi habes. C. 24. qu. 3.* niſi crimen committi mandarunt; *c. mulieres. 6. §. fin. c. vniuerſitatis. 24. de ſent. excom.* illud commiſſum ratum habuerunt; *c. cum quis. 23. eod.* cum poſſent prohibere, non prohibuerunt, *c. quanta. 47. eod.* maior vniuerſitatis pars deliquerit: & tum tota vniuerſitas ex-

(z) Ad hunc, vt aiunt, effectum, vt ſi vel maxime ad orthodoxam redire velit eccleſiam, abſolutione tamen indigeat, & poenitentiam ſubire teneatur, quia *excommunicationem* putant primario a DEO ſeiungere excommunicatum.

(a) Vnde etiam poſt mortem adhuc exhumandi, & a coemeterio excludendi ſunt, quod pollutum hac illatione eſſe dicitur.

(b)

excommunicari poteſt. *c. Romana.* 5. *§.fin. eod. n.6.*

16. Subditi Epiſcopi dicuntur, ratione iuriſdictionis ſpiritualis, omnes, qui ſunt in ſua dioeceſi, etiam terrae Princeps: (b) *c. omnes.* 4. *de maior. & obed.* Pontificis Summi, eadem ratione, ſubditi ſunt omnes Imperatores, Reges, *c. ſuſcipitis, eod. in 6. c. ad verbum. 96. diſt. 10.*

17. Non tantum cenſentur ſubditi ratione territorii. *c. fin. de foro compet.* ſed & delicti. *c. nobis. 2. de ſent. excomm.* Vude & alienigena a Praelato loci, in quo deliquit, excommunicari poteſt. *c. 1. de raptor. c. placuit. & c. fin. C. 6. qu. 3.*

18. Ferri poteſt excommunicationis ſententia; pro crimine, *c. tam Sacerdos. c. ecce autem. C. 24. qu. 3.* commiſſo puta, non committendo, *c. Romana. 5. §. caueant. de ſent. excom. in 6.* & pro contumacia; (c) *c. certum eſt. 43. c. ſi Epiſcopus. C. 11. qu. 3. c. ſi quis deinceps. in fin. C. 17. qu. 1. c. quoniam frequenter. vt lite non cont. c. ex parte. de*

(b) Negant hoc noſtrates de *maiore*, affirmant de minore, quos ad tit. *de eucbariſtia* refutaui.

(c) H. e. qando laici quicunque morem gerere nolunt clericis, etiamſi vel maxime ius controuerſum ſit, in quo obedientiam denegant; ſunt enim ex more priſco iudices in propria cauſa. Olim tantum *electioni* locus erat ob grauiora crimina: ſed poſtmodum eam Epiſcopi adhibuerunt, ad *principatum eccleſiaſticum* ſtabiliendum; & praxin antiquam neglexerunt.

(d)

de verb. ſignif. non tamen pro cauſis leuioribus, *c. nemo Epiſcoporum. 41. c. nullus. c. plerumque. §. cauſae ergo. C. 11. qu. 3.* aut propter vindictam propriae & particularis excommunicantis iniuriae. *c. inter quaerelas. C. 23. qu. 4. c. 1. de maledic. c. ſi quis ergo.* C. 2. *qu.* 7.

19. Sententiam excommunicationis praecedere debet, & trina monitio, (d) teſtibus praeſentibus, *c. ſacro. 48. de ſent. excomm.* cum iuſtis dierum interuallis, *c. conſtit. de ſent. excomm. in 6. c. ſacro. 47. de ſent. excomm. c. reprehenſibilis. 26. de appell.* aut vna pro omnibus peremtoria, cum legitimo temporis interſtitio, negotii, & qualitatis perſonarum habita ratione: *d. c. conſtitutionem. c. de illicita.* C. 24. *qu.* 5. *c. cum ſit. de appell. d. c. reprehenſibilis. 26. verſ. niſi forte.* & ordo iudiciarius: *c. 1. verſ. nec aliquem excommunicare. de exceſſ. Praelat. d. c. illicita.*

20. Hic tamen ſi non ſeruatus, valebit nihilominus excommunicatio; *c. ſi Epiſcopus. C. 11. qu. 3.* nulla erit, ſi monitio non praeceſſit. *c. ſacro. 47. de ſent. excomm. c. 3. 9. 13. eod. in 6. d. c. reprehenſibilis. 26. c. cum ſpeciali. 61. de appell.* & is qui ſic excommunicauit, licet iuſte, per menſem eccleſiae ingreſſu prohibetur, & alia, ſi viſum fuerit expedire, poena mulctatur. *c. ſacro, in*

(d) Qui putant, excommunicationem eſſe fundatam MATTH. XVIII, 18. ibique proceſſum eius deſcriptum. Potiſſimus vero harum monitionum vſus eſt in caſu contumaciae.

(e)

in princ. de ſent. excom. c. ſi qui ſunt. diſt. 81.

21. Ferri poteſt excommunicationis ſententia pure, & ſub conditione: vt, *niſi Sempronio intra viginti dies ſatisfeceris, te excommunico. c. praeterea requiſiti fuimus. 40. de appell.*

22. Ferri debet in ſcriptis, (e) nomine eius, qui excommunicatur, *c. conſtitutionem. c. licet ſentent. excommun. in 6. Clem. grauius. in fin. eod.* expreſſo, & cauſa excommunicationis nominatim adiecta. *c. 1. §. quisquis. de ſent. excomm. in 6.* & probata. *d. c. illicita.*

23. Sententiae latae exemplum excommunicatis, quorum nomina ſunt publicanda, *c. cura ſit. C. 11. qu. 3. c. ad certitudinem. 3. de ſent. excomm. Extr.* exhiberi debet, *c. 1. §. exemplum. eod. in 6.* cum vt excommunicati ab actibus excommunicatis prohibitis; tum vt alii ab excommunicatorum communione abſtineant.

24. Omnes enim excommunicatos, antequam ab excommunicatione ſunt abſoluti, *c. cum deſideres 15. c. a nobis. 28. c. ſicut. 39. c. ſi concubinae. 55. de ſent. excomm.* vitare debent. *c. nulli. 8. eod.* nec valet contrarium priuilegium (f) *d. c. nulli. 8.* quo minus excommunicato communicans, ipſo iure in excommunicationem incidat, *c. nuper. 29. c. ſacris. 38. eod.*

25. Ex-

(e) Per modum *proceſſus* decernitur, cum ex iurisdictione profluat.

(f) Tale tamen ſibi vindicat Rex Galliae, obſeruante PETRO de MARCA *lib. III. de C. S. & I. c. 10.*

(e)

25. Excipiuntur nonnuli, qui cum iis, canone vel iure permittente, participare poſſunt: *c. quod in dubiis. & c. inter alia. 31. eod.* de quibus ſupra. *& in c. quoniam multos. c. 103.* C. 11. *qu. 3.*

26. Excommunicationis effectus grauiſſimi ſunt, ſed alii *ſpirituales*, alii *humani*.

27. Spirituales ſunt; quod excommunicatus a Deo ſeparatur, & diabolo traditur (c), *c. centum. in princip. C. 11. qu. 3.* & proinde ſacra miniſteria peragere vetatur, *c. ſi quis Epiſcopus. 3. & 4. ſic incipiente. C. 11. qu. 3.* ſi facit, fit irregularis, (d) *c. is, cui. de ſent. excom. in 6.* ad ordines ſacros nequit promoueri: *c. illorum. diſt. 32.* ſi hoc fieri patiatur, in perpetuum deponitur, *c. cum illorum. 32. de ſent. excom.* alium ordinare nequit, *c. veniens de praeſcript. c. 1. de eo qui furt. ord. ſuſc.* beneficium ecclesiaſticum ei conferri prohibetur; *c. poſtulaſtis. de Cler. excom. miniſtr. c. fin. de exceſſib. Praelat.* ad illud de eo facta electio, *c. conſtitutis. in 1. &* ibi Gloſſ. *de appell. c. cum inter R. & c. illa. de electione.* poſtulatio, *c. 1. de poſtul. Praelat.* Gloſſ. *in*

(c) Hunc effectum vulgo petunt ex 1 Cor. V. Verum in illo loco per τὸ *tradere Satanae* non excommunicationem, ſed virtutem ſingularem Apoſtolicam intelligi, oſtendit peculiari diſſ. SAMVEL BASNAGE *de tradit. Satan. in annal. tom. II. p.* 475.

(d) Vt ne quidem, impetrata abſolutione, in ſacris vlterius adminiſtrare poſſit.

(e)

in c. fin. de exceſſ. Praelat. nominatio, *c. cum inter. de electiion.* praeſentatio, *c. 1. & ibi* Archid. *de except. in 6.* non valet.

28. *Humani* ſunt; (e) quod excommunicatus eſt infamis, *c. infames.* C. *6. qu. 1.* pro mortuo habetur: Dd. *in c. grauem de ſent. excomm.* ſacramentorum omnium, matrimonio excepto, participatione, priuatur, *c. illud. diſt. 56. c. ad eius vero, diſt. 5. c. ſignificaſti. de eo qui duxit in matrim. quam prius poll. adult. c. 1. qui Cler. vel vov.* ab eccleſia, dum diuina officia peraguntur, expellitur, *c. nec licuit. c. ſi quis Epiſcopus. C. 11. qu. 3.* Gloſſ. *in c. Cleros. diſt. 21.* feudis eccleſiae priuatur, *c. grauem. 53.* §. *fin. de ſent. excom.* ſubditi & vaſalli eius ab eius ſeruitio liberantur, *c. fin. de poen. c. poen. & vlt. C. 15. qu. 6.* in coemeterio non ſepelitur, *c. nobis. 18. de ſent. excom.* ſepultus eximitur, *c. ſacra. de ſepult.* a limine iudicii, etiam parte non opponente, (f) repellitur, *c. 1. in fin. de except. in 6.* proinde, proprio nomine, *d. c. 1. in fin.* aut alieno, vt procurator, *c. poſt ceſſionem. de probation.* aduocatus, *c. decernimus. de ſent. excom. c. excommuni-*

(e) Hos olim nec habuit, nec habere potuit: eosdem tamen accepit, poſtquam cleri dominantis ſuggeſtionibus ab Imperantibus, more iudaico, pro capite minutis habiti ſunt.

(f) Si *notoria* eſt: Sin *occulta*, intra *octiduum* probanda, alioquin non attenditur haec exceptio.

(g)

nicamus, §. *credentes. de haeret.* agere prohibetur, (g) vt & accuſare, *c. 1. C. 4. qu. 1. c. 2. de except.* teſtificari, *c. decernimus. de ſent. excomm. in 6.* iudicare. *c. adprobandum. de re iud.* ſententiam demandari executioni petere. *c. exceptionem. de except.*

29. Iudices ſeculares, ſi excommunicatos ab agendo, patrocinando, teſtificando, aliisque actibus iudicialibus in ſuis curiis & iudiciis non repellant, a iudicibus eccleſiaſticis per cenſuram eccleſiaſticam ad id compelluntur, *d. c. decernimus. 8. de ſent. excomm. in 6.*

TIT. XLIV.

QVIBVS MODIS EXCOMMVNICATIO TOLLITVR.

QVi effectus tamdiu obtinent, quamdiu excommunicatio non fuit legitime ſublata. *c. ſicut nobis. 39. de ſent. excomm.*

2. Tol-

(g) Niſi velit pro ſua abſolutione agere, ſic enim interim, quoad hanc cauſam, abſoluitur. *c. 25. X. de appell.* Sic etiam quando electio peragitur, nuncius papalis eligentes quoad hunc actum abſoluere ſolet ab omnibus cenſuris, vt poſtea electio impugnari nequeat.

2. Tollitur ea (1) excommunicantis reuocatione, *c. ſacro approbante concilio. 48. §. ſi vero iudex. eod.* (2) per viam appellationis, aut circa eam retractatione, *c. ſacro. 48. c. caueat. eod. c. ſi Epiſcopus. C. 11. qu. 3.* (3) ad oſculum (h) eius, qui abſoluere poteſt, admiſſione, *c. cum olim. de priuileg.* & (4) abſolutione.

3. *Excommunicantis reuocatione*; cum iudex interlocutione errorem ſuum corrigit, quod facere poteſt: *c. qualiter & quando in 1. de accuſat.* & tum a grauato per primam ſententiam appellatio non admittitur. *c. cum ceſſante. de appell.*

4. *Per viam appellationis, retractatione:* cum ſuperior, apud quem iniuſte excommunicationem eſſe factam probatum, excommunicatum, exacta de iuri ſatisfaciendo cautione, vel abſoluit, vel abſoluendum ad excommunicantem remittit. *c. per tuas. de ſent. excomm. c. ſacro. 48. c. caueat. eod. c. ſi Epiſcopus. C. 11. qu. 3.*

5. *Citra appellationem*, & ſine remiſſione, ſuperior poteſt abſoluere excommunicatum, ſi videat ſententiam eſſe aperte & manifeſte iniuſtam;

(h) Oſculum olim ſignum *communicationis* erat, vnde etiam abſoluti, & in ius fraternitatis recepti ad oſculum admittebantur.

(i)

ſtam : *c. in ſolicitudinem. de appellat.* & hoc faciet, ſi periculum ſit in mora abſolutionis. *d. c. ſacro.*

6. Iniuſte qui excommunicauit, excommunicato iniuriarum, *c. illud. c. temerarium. C. 11. qu. 3.* & ſacrilegii, (i) *c. non in perpetuum. C. 24. qu. 3.* tenetur.

7. *Abſolutione* excommunicatio tollitur: nam ea nihil aliud eſt, quam cenſurae eccleſiaſticae per eos, qui abſoluendi ius habent, facta relaxatio.

8. Ius abſoluendi habent, qui ligandi, *c. 17. ſi Petrus. C. 24. qu. 1.* vbi Gloſſ. niſi aliter iure excipiatur: cum quoad *Papam*; tum quoad *Epiſcopum.*

9. *Pontifex* abſolutionem ſibi referuauit in caſu iniectionis manus violentae in clericos: *9. ſi quis ſuadente.* C. 17. *qu. 4. c. non dubium. c. veniens. c ad eminentiam. c. de monialibus. de ſent. excom.* perſecutionis Cardinalium, *c. felicis. de poenis. in 6.* incendii, *c. tua nos. de ſent. excomm.* effractionis eccleſiarum, *c. conqueſti. eod.* & ſimilium, *vt in c. quaerente. de off. deleg. c. dura de crim. falſi. c. fundamenta. de electíon. in 6. c. quicunque. de ſent.*

(i) Ob abuſum *rei ſpiritualis*, cui excommunicationem accenſent, eique virtutem *ſpiritualem, diuinam*, &, neſcio quid, attribuunt.

ſent. excomm. in 6. Clem. multum, de haeret. Clem. religioſi. de priuileg.

10. *Epiſcopi* abſolutioni etiam nonnulli caſus ſunt reſeruati; vt leuis manuum iniectionis in clericos, *c. peruenit. de ſent. excom.* & aliorum criminum, *vid.* Panorm. *in c. monachi. c. muliere. eod.* & Gloſſ. *ad c. ſi Epiſcopus. de poenit. & remiſſ. in 6.*

11. Sede vacante, abſoluit eius *capitulum*, aut ille, ad quem ſede vacante iurisdictio (k) pertinet. *c. vn. de maior. & obed. in 6.*

12. Ab his, vt & Pontifici reſeruatis, quilibet ſacerdos in articulo mortis moriturum, *c. non dubium. de ſent. excom. c. vn. Extr. de crim. falſ. c. paſtoralis. 11. §. praeterea. de offic. iud. ord.* aut mortale periculum aditurum; puta militiae, aut itineris dubii, abſoluere poteſt, *c. de caetero. de ſent. excom.* adeo vt euaſo periculo in excommunicationem non reincidat. (l) Gloſſ. *in d. c. de caetero.*

13. Fit

(k) Ad quam *excommunicatio* & *abſolutio* ſpectat, quippe quae iure *imperii ſacri* exercetur. Vnde etiam Epiſcopus nondum conſecratus illam exercere poteſt, cum ad *iura ordinis* non pertineat, niſi *minor*, quam Presbyteri demum *ordinati* exercent.

(l) Vt tamen ſe ei praeſentet, cui ius abſoluendi reſeruatum, ſimulque de ſatisfactione caueat, alioquin in eandem incidit cenſuram, *c. 22. h. t. in 6.*

(m)

13. Fit abſolutio, vel *verbo* tantum, ſi excommunicatio verbo facta: *c. 2.* ybi Gloſſ. *ad verb. minimus. C 24. qu. 3. arg. c. quidam. C. 5. qu. 1.* vel *ſolenniter*, ſi ſolennis praeceſſit excommunicatio. *c. 108. cum aliquis. C. 11. qu. 3. item. c. 106. debent. C. 11. qu. 3.* regulariter enim omnis res per easdem cauſas diſſoluitur, quibus vincitur. *c. 1. de regul. iur. in 6.*

14. Aliquando (m) ante abſolutionem excommunicatus iuramento debet promittere, ſe eccleſiaſticis mandatis pariturum, de damno illato, omnique offenſa, plene ſatisfacturum; aut, ſi de damno non conſtet, vel ſoluendo non ſit, cum de eo conſtabit, aut ad pinguiorem fortunam peruenit, ſe ſatisfacturum, cautionem praeſtare *c. ſacro. c. ex parte. 23. c. venerabili. 52. de ſent. excom. c. 2. eod. in 6. c. Odoardus. de ſolution.*

15. Ea idonea erit, qualiscunque ab eo dari poterit; ſufficit enim, ſi faciat quod in ſe eſt. *c. faciat. C. 22. qu. 1.*

16. Fi-

(m) Si ob *contumaciam* illata excommunicatio: Nam quia abſolutionem clerus ad ſuum traxit monopolium contra praxin primitiuae eccleſiae, qua vniuerſus coetus fidelium in abſolutionem conſentire debebat, quascunque conditiones abſolutionem deſiderant, etiam acerbiſſimas & indigniſſimas, praeſcribere poteſt. vid. MATTHAEVS Pariſienſis *in hiſtor. Angl. p.* 108.

16. Fieri debet abſolutio gratis, *c. ad aures noſtras. 24. de ſimon. c. nullas Epiſcopus. C. 1. qu. 1.* Ratio *in c. ad noſtram. c. cum eccleſiae. de ſimon.* libere, non vi vel metu extorqueri; alias nulla eſt, & qui ſic extorſit, ipſo iure excommunicatus. *c. 1. de his quae vi metusue cauſ. fiunt. in 6.*

17. Abſolutio etiam per obreptionem impetrata non prodeſt. *c. offic. 42. in fin. de ſent. excomm.*

18. Abſolutione rite impetrata, ſi a *minore* excommunicatione eſt excommunicatus, ſacramentorum eccleſiaſticorum participationi, a qua fuerat priuatus, reſtituitur; ſi a *maiore*, communioni aliisque rebus, a quibus per maioris excommunicationis ſententiam excludebatur, reſtituitur.

19. Sed pro *crimine* excommunicatus & abſolutus, cautione data de ſatisfaciendo, non liberabitur a vinculo, niſi prius pro eo ſatisfecerit. (n) *c. ex literis. 29. de offic. & pot. iud. deleg. c. ex parte. in fin. de off. deleg. c. 3. de vſur. c. 1. de raptor.*

20. Plu-

(n) Olim qui ob crimen erant ejecti, recipi non poterant, niſi injuriam, eccleſiae illatam, confeſſi, &, magna humilitate, & deprecatione praeuia, ad abſolutionem admiſſi fuerant. Haec erat *ſatisfactio eccleſiae laeſae*, cum naturale ſit, vt nemo cum laedente in gratiam redire poſſit, niſi ei ſatisfecerit.

(o)

20. Pluribus excommunicationibus, licet ex eodem facto obnoxius, itidem non abſoluitur, ſi de vna tantum cauſa ſatisfacere velit. *c. cum pro cauſa. 27. de ſent. excomm.*

21. Quod diximus, abſolutum pro ratione excommunicationis maioris aut minoris, aut communioni, aut participationi ſacramentorum, reſtitui; locum habet in abſolutione *ſimpliciter*, non in ea, quae ad *cautelam* facta.

22. *Ad cautelam* dicitur fieri *abſolutio*, cum quis excommunicationis ſententiam afferit eſſe nullam, vel iudicem eſſe incompetentem, vel excommunicatum, vel intruſum, aut a iurisdictione ſuſpenſum, aliisque modis. (o) *c. 2. c. ſolet. c. venerabilibus. c. praeſente.* vbi Gloſſ. *eod. in 6.*

23. Ea eſt valde extraordinaria, & multum praeiudicialis: vt notat *rota deciſ. 426. incip. ſi decanus. num. 3. in nouis.* quia in ea iuramentum non recipitur, nec cautio praeſtatur, nec ſatisfactio impenditur; & ideo cum maiore difficultate, quam ſimplex abſolutio, conceditur, vt not. *in d. c. venerabilibus.*

24. Conceditur in dubio, propter periculum communionis vel laeſionis iuſtitiae. *vt in d. c. ſolet.*

(o) Tunc enim *interim* tantum abſoluitur, vt poſſit *exceptionem* obiectam in iudicio deducere. vid. TOVRNET *de abſolut. ad cautelam.*

let. d. c. venerabilibus. c. veniens. de teſtib. c. apoſtolice. de Cler. excomm. miniſtr. c. ad audientiam. de appell.

25. Ea conceſſa, pendente probationis articulo, abſolutus extra iudicium, in officiis, poſtulationibus, electionibus, aliisque legitimis & canonicis actibus quidem admittitur, ſed non in caeteris, quae actor in iudiciis attentauerit, *c. de ſent. excomm. in 6.*

Tit. XLV.

DE INTERDICTO.

Quia non ſolum excommunicatio, ſed etiam interdictum eccleſiaſticum, & ſuſpenſio, cenſurae eccleſiaſticae ſunt ſpecies, *c. quaerenti. 20. de verb. ſignif.* ideo de *interdicto* & *ſuſpenſione* ſequuntur tituli.

2. Eſt *interdictum*, hic, cenſura eccleſiaſtica, *c. quaerenti. 20.* qua certis perſonis, aut loco, a iure, vel iudice eccleſiaſtico, diuinis officiis, & ſepultura, ſacramentorumque perceptione, donec imperatis ſatisfecerint, (p) interdicitur. *c. fin.*

(p) Eſt ergo modus ſingularis cogendi contumaces, h. e. qui praeceptis cleri parere nolunt, quo *per indirectum* ad obedientiam deducuntur. Sciunt enim, facile hoc modo laicos, ſacris priuatos, ad rebellionem contra

fin. c. ſi ſententia. 16. cum ſeqq. de ſent. excomm. in 6.

3. Eſt ergo interdictum aliud *canonis*, aut iuris, aliud *iudicis*.

4. *Iuris* eſt, quod ipſo iure, ſiue ipſo facto inducitur. *c. 3. §. praeterea. verſ. ciuitas. de electiou. in 6. c. 1. verſ. qui vero. de vſur. in 6. c. 5. de poen. in 6.*

5. Eo tenetur communitas, vel ciuitas, quae vſuras permittit; vſurarios non expellit; *d. c. 1. de vſur. in 6.* repreſſalias, contra perſonas eccleſiaſticas, permiſit, nec permiſſas intra menſem reuocauit; *c. 1. de iniur. in 6.* portorium, in rebus eccleſiaſticorum, quas negotiationis cauſa ſecum non deferunt, exegit, extorſit; *c. pen. de cenſib. in 6.* cardinalem, vel Epiſcopum ſuum, cepit, aliis capientibus opem tulit, ſuaſit, conſuluit; *c. fin. de poen. in 6. Clem. 1. eod.* dominus territorii, qui Legatum vel Nuncium Apoſtolicum non admiſit; (q) *c. 1. Ext. de conſuet.* vniuerſitas, vel ciuitas, quae

tra principem inobedientem deduci poſſe. Nam ob Regis inobedientiam totum regnum interdicto ſaepe ſubiectum fuiſſe, antiquitates docent. GONZAL. *ad c. 5. X. de conſuet.* Haec methodus magis cogit imperantes, quam excommunicatio.

(q) Hos olim iuſte ſaepe admittere noluerunt Reges, tum quia turbas in regnis mouebant, & quaeuis ſibi vindicabant, tum etiam quia auariſſime tot pro-

cu-

quae in electione pontificis ſeruanda non ſeruauit; *c. vbi periculum. c. fundamenta. de elect. in 6.* eccleſia, ſanguinis, vel humani ſeminis effuſione polluta, vel ſimoniace conſecrata. *c. is qui. de ſent. excomm. in 6.*

6. *Iudicis interdictum* eſt, quod per ſententiam iudicis competentis inducitur.

7. Eſt hoc vel *generale*; cum regnum, aut prouincia, aut oppidum, aut pagus, aut eorum populus, *c. ſi ſententiam. de ſent. excomm. in 6.* interdicitur; vel *ſpeciale*, cum ex pluribus eccleſiis, vna vel paucae interdicuntur: *c. ſi ciuitas. 17. de ſent. excomm. in 6.* aut aliqua multitudo, ſub certo vocabulo comprehenſa, in populo tamen incluſa; vt collegium, capitulum, vniuerſitas, *Sum. Aug. verb. interdictum. 1.* aut homo nominatim, *d. c. ſi ſeutentiam.* interdicitur.

8. Vtrumque ad homines relatum dicitur *perſonale*, ad loca, *locale*, *d. c. ſi ſententia.*

9. Interdicere poſſunt, iudices eccleſiaſtici, (r) qui excommunicare: *c. quaerenti. 20. de verb. ſignif. c. cum ab eccleſiarum praelatis. de offic. ordin.* maxime ordinarii; *c. cum & plantare. §. 1. de pri-*

curationes exigebant, vt totae prouinciae exhaurirentur.

(r) Quia virtute *imperii ſacri* exercetur, & ad *remedia coactiua* in republica eccleſiaſtica pertinet.

(s)

priuil. c. Epiſcoporum. de ſent. excom. in 6. c. transmiſſam. de elect. delegati, *c. ſane. in 2. de offic. deleg.* ſubdelegati, *c. ex literis. eod.* Epiſcopus, cum capitulo, *c. 1. de his quae fiunt a maior. part. capit.* eccleſia, vacante, capitulum, *c. graue. de offic. ord.* concilium prouinciale & epiſcopale. *Clem. c. ſ. fin. & ibi* Cardinalis. *de ſent. excom.*

10. Qui temere, aut ſine cauſa, interdicere non debent.

11. Proinde interdictum & debet praecedere monitio, *c. ſtatutum. 13. de ſent. excom. in 6.* ſi ob contumaciam fit; non neceſſe, ſi ob delictum, *c. reprehenſibilis. de appell. c. fin. C. 5. qu. 3.* & illud fieri in ſcriptis, cauſa, propter quam profertur, appoſita. *c. 1. verſ. & haec eadem. eod. in 6.*

12. Ea erit culpa, delictum, contumacia, *vt in c. ex reſcripto. de iureiur. c. non eſt vobis. de ſponſal.*

13. Interdici poſſunt, vt diximus, loca vel perſonae; & vel generaliter, vel ſpecialiter. Niſi ſint priuilegiatae. *c. ne aliqui. de priuil. in 6. c. quoniam per conceſſionem. 21. de priuileg.*

14. Interdictum loci, generale, & ad perſonas eius pertinet: *c. tanta. de exceſſ. praelat. c. ſi ſententia. de ſent. excommun. in 6. c. vn. de torneam. Ext.* ſi eae in culpa fuerint in-

interdicti interponendi, alias non: *d.c. ſi ſententia. 16.* & extenditur ad ciuitatis interdictae ſuburbia, & aedificia continentia. (s) *c. ſi ciuitas. 17. de ſent. excomm. in 6.*

15. Sic interdictum ſpeciale alicuius eccleſiae extenditur ad capellam & coemeterium eidem eccleſiae contiguum. *d. c. ſi ciuitas. 17. §. ratione quoque.*

16. In interdicto perſonali ſtricta fit interpretatio. Vnde ſi populus interdictus, non eſt propterea clerus interdictus; & e contra, clero interdicto, non eſt interdictus populus. *d. c. ſi ſententia. 16. in princ.* vt nec interdicto clero & populo, Epiſcopus. (t) *c. quia periculoſum. 4. eod. in 6.*

17. Vniuerſitate interdicti, ſinguli, qui ex ea vniuerſitate ſunt, interdicti cenſentur. *d. c. ſi ſententia. 16. §. cum vero.*

18. Tem-

(s) Si non ſunt in culpa, non prohibentur inhabitatores loci interdicti ſacris extra locum interdictum intereſſe. Quod ſi ergo ob delictum Regis totum regnum interdicto ſubiectum eſt, extra regnum ſacris ſubditi vacare poſſunt.

(t) Quia *populus* clero contradiſtinguitur, ſicuti olim inter iudaeos ſacerdotes & leuitae a populo ſeparabantur. Et quamuis Epiſcopus *generali* in ſignificatu *cleri* voce contineatur, *ſpeciali* tamen tantum comprehenduntur, qui ſunt ſub Epiſcopo.

(u)

18. Tempore interdicti, olim nulla officia eccleſiaſtica poterant celebrari, nec audiri, *c. quod in te. 40. de poenit. & remiſſ.* nec vlla ſacramenta, excepto Baptiſmo paruulorum, & poenitentia morientium, concedi, *d. c. quod in te. c. non eſt vobis. 11. de ſponſal. c. reſponſo noſtro. 43. de ſent. excomm.* Poſtea, baptiſmus, confirmatio, omnibus; poenitentia & euchariſtia morientibus; *c. quoniam. 19. eod. in 6. d. c. reſponſo noſtro.* non extrema vnctio, Gloſſ. *c. quoniam baptiſmo. 19. de ſent. excomm.* laicis, *c. cum & plantare. 36. §. etſi templarii. de priuileg.* omnino clericis, *c. quod in te. 40. de poen. & remiſſion.* item Miſſae aliorumque diuinorum celebratio permiſſa, *c. fin. verſ. concedimus. de ſent. excomm. in 6. d. c. reſponſo. 43. d. c. quod in te.* antea ſemel in hebdomade, quibusdam eccleſiis, & monaſteriis, ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, campanis non pulſatis, *c. permittimus. de ſent. excomm. c. quod nonnullis. de priuileg. c. cum in partibus. 17. de verb. ſignif.* poſtea, ſingulis diebus, omnibus eccleſiis, iisdem tamen obſeruatis; praeterquam in feſtiuitatibus Natalis Domini, Paſchae, Pentecoſtes, & Aſſumtionis D. Virginis, in quibus ea obſeruari non neceſſe. *d. c. alma mater. fin. de ſent. excom. in 6.* & *ad eum vide* Couarruv. (u)

19. Ali-

(u) Quia tandem animaduerterunt Pontifices, eiusmodi ge-

19. Aliter in loco interdicto ſacrificantes, *c. poſtulaſtis.* §. *quaeſiuiſtis. eod.* deponuntur, & ſi ſcienter hoc fecerint, ad beneficia eligi, poſtulari, vetantur. *c. is qui. 18.* §. *fin. de ſent. excomm. in 6. c. 1. de poſtul. Praelat.*

20. Interdictum, tam religioſi, exemti, non exemti, *c. 1. 3. de ſent. excomm. in 6.* quam locorum Domini, violantes, excommunicantur; *Clem. 2. eod.* nulla appellatione obſtante.

21. Tollitur interdictum, ſi ad tempus indictum, eius lapſu; ſi ſub conditione, *vt donec quis ſatisfecerit*, eius exiſtentia. *c. ex reſcripto. de iureiur. c. non eſt vobis. de ſponſal.* ſine alia abſolutione. Abb. *in d. c. non eſt vobis. num. 7.* Si ſimpliciter interdictum, abſolutione; ſi eſt interdictum iudicis, eius qui interdixit, aut ſuperioris; ſi iuris, Ordinarii vel Legati Apoſtolici, aut Papae, ſi ſibi eam reſeruauit. *Sum.* Angel. *verb. interdictum. 8. in princ.*

22. Abſolutio ad cautelam, in interdicto ſpeciali, non in generali, habet locum. *c. praeſenti. de ſent. excomm. in 6. vid.* Felin. *ad c. Apoſtolicae. de except.*

TIT.

---

generalia interdicta vergere in contemtum & neglectum ſacrorum.

(x)

TIT. XLVI.

DE SVSPENSIONE.

SVſpenſio, hic, eſt cenſura eccleſiaſtica, *c. quaerenti. 20. de verb. ſignific.* qua perſonae eccleſiaſticae, (x) exercitium ſui officii, vel vtriusque ſimul, (y) in totum, vel pro parte, ad certum tempus, vel in perpetuum interdicitur. Fac. *c. tuarum. 11. de priuil.* Gloſſ. *in Clem. 3. verb. ſuſpenſi. de poenis.*

2. Eſt duplex: vel *canonis*, ſeu *iuris*, vel *iudicis*.

3. *Canonis* eſt, cum quis ob notorium crimen ipſo iure a ſui ordinis vel officii executione arcetur.

4. Quamuis enim quilibet in peccato mortali conſtitutus, quoad ſe ipſum ſuſpenſus ſit, (z) tamen quoad alios non eſt ſuſpenſus; ni-

(x) In quo differt ab *excommunicatione* & *interdicto*, quae ad omnes ſe extendunt.

(y) Poteſt enim quis tantum ſuſpendi ab officio, ſaluo beneficio: vel tantum a *beneficio*, ſaluo officio, veluti ob contumaciam. *c.* 10. *X. de purgat canon.*

(z) Et is propter *conſcientiam* ab officii vlteriori adminiſtratione abſtinere debeat, & ſi non faciat, alias poenas incurrat. Verum hanc non agnoſcunt proteſtantes, cum ius non *conſcientiis* dicant, ſed ſciant, leges tantum coercere externa & cognita.

(a)

niſi huiusmodi peccatum per ſententiam iudicis, aut confesſionem in iure factam, aut rei euidentiam notatum ſit. *c. vlt. de cohabit. Cleric.*

5. *Iudicis ſuſpenſio* eſt, cum quis per ſententiam a dicta executione ex cauſa remouetur.

6. Eam praecedere debet monitio, (a) fieri in ſcripto, cauſa expreſſa. *c. 1. de ſent. excomm. in 6. iunct. c. reprehenſibilis. 26. de appell.*

7. Suſpendi poſſunt tantum clerici, non Laici, vtpote qui officii ſiue ordinis eccleſiaſtici ſunt expertes, a cuius adminiſtratione ſeu executione clerici ſuſpenduntur.

8. Neutram ſuſpenſionem incurrit Epiſcopus, niſi de eo nominatim fiat mentio. *c. quia periculoſum. de ſent. excom. in 6. c. ſi compromiſſiones. de elect. in 6.*

9. Qui ſuſpenſione durante, officia diuina exequuntur, irregularitatem incurrunt; a qua non niſi per ſummum Pontificem poſſunt liberari. *c. 1. in fin. c. is qui. 18. §. 1. de ſent. excom. in 6.*

10. Eſt *irregularitas* impedimentum canonicum,

(a) Si ob *contumaciam* decernenda eſt: ſi ob inſtitutam accuſationem de crimine commiſſo, nulla praecedit monitio.

(b)

cu m, quo quis prohibetur ordinem eccleſiaſticum ſuſcipere, aut in ſuſcepto miniſtrare.

11. Ea non incurritur; niſi in caſibus a iure expreſſis. (b) *c. is qui. 18. de ſent. excomm. in 6* eſt enim odioſa: propterea reſtringenda. *c. odia. de reg. in 6.*

TIT. XLVII.

DE REMOTIONE.

R*Emotio*, ſeu *depoſitio*, eſt de dignitate, ordine, gradu, deturbatio, vel eorum priuatio.

2. Eſt vel *verbalis*, & proprie *depoſitio*; vel *realis*, & *degradatio* dicitur.

3. *Depoſitio* fit per ſententiam, a ſolo epiſcopo, cauſa, in iure expreſſa, *c. 1. diſt. 35.* Decius *in c. vt ſi cleric. de iudic.* aut delicto grauiori, *c. tuae. de poen.* Panorm. *in c. fin. de celebr. miſſ.* hoc ſuadente.

4. Depoſitus clericus, ſi celebrat, participatione corporis & ſanguinis domini, excommunicatione perpetua, demto viatico ſub mortis articulo praebendo, priuatur. *c. accedens. diſt. 50.*

5. De-

(b) Olim per *regulas* certas determinatum erat, quinam ſacra adminiſtrare poſſent nec ne, qui ergo extra eas fuere, *irregulares* dicti ſunt.

5. Depoſitus curiae ſeculari non relinquitur, *c. cum non ab homine. de iudic. c. at ſi clerici. eod.* Panor. *poſt* Card. *in d. c. cum non ab homine.* Innoc. *in c. 1. de homicid. in 6.* ſed per iudices eccleſiaſticos, detruſione in monaſterium, *c. inter ſolicitudines. in fin. de purgat. can.* vel alia poena, punitur, niſi ſit incorrigibilis. Coeleſt. *in d. c. cum non ab homine.*

6. *Degradatio* (depoſitio ſolennis alias dicta. *in c. Epiſcopus. C. 11. qu. 3. c. 2. de poen. in 6.*) eſt, poſt ſententiam, inſigniorum ordinum ſolennis detractatio.

7. Solennitas eſt; vt Epiſcopus proprius, ſi Abbas degradandus, praeſentibus Abbatibus viciniis, *c. ſi quis Abbas. C. 18. qu. 2. c. miramur. &* ibi Gloſſ. & Doct. *de ſeru. non ord.* ſi Presbyter, ſex Epiſcopis, *c. 1. de haeret. in 6.* ſi clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, praeſente capitulo, *d. c. 2. de poen.* & ibi Gloſſ. *in 6. c. qualiter. in 6. c. qualiter. in 2. de accuſ. c. 1. de exceſſ. Praelat.* (niſi alia ſit conſuetudo; *c. 3. de conſuet.* Gloſſ. *in d. c. 2. de poenis. in 6.*) coram iudice ſeculari, cui degradandus eſt tradendus, publice rei caput tondeat; loca capitis & manuum, in quibus tempore ordinationis vnctio facta, vitro vel ferro radat; habitum ſeu veſtimentum clericale, ordine retrogado, quo ei datum, ab extremo ad nouis-

uiſſimum, eum exuat. (c) *d. c. 2. de poenis. in 6. d. c. Epiſcopus. C. 11. qu. 3.*

8. Habet degradatio, *inquit* Lucas de Penna, *in l. 1. C. de priuil. Scholar. lib. 12.* in tribus tantum locum; in haeretico, *c. ad abolendam. §. 1. de haeret. c. excommun. eod.* literarum ſummi pontificis falſatore, *c. ad falſariorum. de crim. falſi.* in eo qui Epiſcopo ſuo eſt inſidiatus; vel eum calumniatus. *c. ſi quis ſacerdotum. C. 11. qu. 1.* (cc)

9. Degradatione ſolenniter facta degradatus efficitur veluti laicus, (d) omni priuilegio exutus & nudatus, & curiae ſeculari legibus eius puniendus relinquitur. (e) *d. c. 2. de poenis. in 6. c. nou. de verb. ſignif.*

10. Ma-

(c) Apud MABILLON. *in annal. Benedict. lib. 16. n. 79.* circa annum 678. refertur exauctoratio S. Leodegarii, cui tunica ſacerdotalis a capite conſciſſa fuit. Paulo ante Dido Pſeud-Epiſcopus in alia ſynodo epiſcoporum e ſancta congregatione expulſus, capite penitus decaluato, vt in eo coronae ſacerdotalis inſigne omnino abraderetur, quo ipſo in ordinem laicalem redactus brachio ſeculari traditus eſt.

(cc) Rarius ad eam procedere, ſed potius clericum delinquentem in monaſterium, quod inſtar perpetui carceris eſt, detrudere ſolent, ne contemtus clericatus inde oriatur.

(d) Addit Autor particulam *veluti*, cum adhuc valde dubitet, vtrum *characterem indelebilem* amittat.

(e) Quae alias nullam in eum poteſtatem habere poteſt.

10. Manet tamen in degradato, etiam actualiter character ordinis, & poteſtas, quamuis ei interdictum ſit exercitium. *c. quod quidam. C. 1. qu. 1. c. licite.* C. *32. qu. 7.*

11. Iniiciens manum in degradatum, non incidit in canonis *c. ſi quis ſuadente Diabolo. C. 17. qu. 4.* poenam; omnino in depoſitum manum iniiciens. Gloſſ. *in fin. c. 2. de poenis. in 6.* Panorm. *ad d. c. ad abolendam.*

TIT. XLVIII. V. x. 34.

DE PVRGATIONE CANONICA.

QVod ſi reus de crimine ſuſpectus, conuinci non poſſit, non abſolui, ſed purgatione canonica innocentiam ſuam probare debet. *c. ſi quis Presbyter. hic.*

2. Eſt *purgatio*, innocentiae ſuper obiecto crimine, certis a iure inuentis mediis, facta oſtenſio.

3. Eſt vel *canonica*, de qua hoc titulo, vel *vulgaris*; de qua titulo ſequente.

4. Ca-

---

eſt Equidem noſtrates etiam degradatione vti quandoque ſolent, ſi ad ſupplicium capitale condemnandus eſt clercius, non vt curiae ſeculari tradatur, ſed proxime ante executionem, ne haec in eum, tanquam *clericum*, fiat.

(f)

4. *Canonica* eſt, quae a canonibus inuenta & prodita; vt cum aliquis ſuo de veritate, & compurgantium iuramento de credulitate, innocentiam ſuam oſtendit. (f) *c. 3. & c. de teſtib. 13. h. t.*

5. Indicere eam is iudex tantum poteſt, qui de negotio cognoſcit, vel cognoſcere debet, de quo diffamatur: ab alio ſtatuta infamatum non releuat. *c. cum dilectis. 15. in fin. eod. c. ad audientiam. de conſuet. c. licet. de off. legat.*

6. Indicit is, vel ad inſtantiam eius, qui purgandus eſt tantum, *vt c. cum in iuuentute. 12. h. t.* vel a iudice (g) iniungitur; de crimine graui infamato, & tum aucto compurgantium numero, niſi a beneficio ſuſpendi velit, praeſtanda; *in c. nos inter. 6. c. inter ſolicitudines c. eod.* poteſt, ſed non tenetur eam indicere iudex, ſi infamia ex probabilibus coniecturis ortum non habet, *d. c. cum in iuuentute. c. quod autem ſeſſ. qu. fin.*

7. Iniungi non debet cuilibet reo, ſed tantum fide digno, quem veriſimile eſt non facile peieraturum; *c. 1. &* ibi Gloſſ. & Panorm. *hic.* & ei qui neque legitima probatione, neque ſua confeſſione conuictus eſt, *c. 3. & 6. eod.* neque cri-

(f) Haec primitus ad *purgationem clericorum* inuenta, ſed paulatim ad fora ciuilia tracta, vnde eſt, quod *iuramentum purgatorium* etiam in criminalibus locum habeat.

(g) Ex officio, nemine vrgente, qua de cauſa iuramentum purgatorium ad *legalia* ſeu *neceſſaria* refertur.

crimen notorium admiſit. *c. penult. eod.* de eo tamen apud bonos viros ex veriſimilibus ſuſpicionibus eſt diffamatus. *c. 4. 6. c. cum in iuuentute, 12. eod.*

8. Compurgantes, qui iurant, ſe reum credere (h) a crimine immunem eſſe, & proinde verum iuramentum eum praeſtitiſſe. *c. quoties. c. de teſtibus. eod. c. presbyter. C. 2. qu. 4.* eligit iudex, vicinos rei, & honeſtos, vitam & conuerſationem eius exploratam habentes, *c. cum P. Mancinella. c. cum dilectus. eod. d. c. presbyter.* interdum duodecim, interdum ſeptem, interdum pauciores pluresue, *c. 1. c. 8. hic. & paſſim. C. 2. qu. 5.* pro arbitrio, inſpecta ipſius delicti, perſonae rei & compurgatorum qualitate. *c. 8. in verb. ſicut expedire. c. ſignificaſti. 5. in verb. iuxta arbitrium tuum. de adult. d. c. presbyter. c. quanto. C. 2. qu. 5.*

9. Locus purgationis debet eſſe idoneus.

10. Is eſt, vbi infamatio apparet; vt ſi a populo infametur, coram populo; *arg. c. 1. de poenis. c. ex*

(h) Hi eum in finem ſunt introducti, vt iuramento purgatorio eo maius pondus adeſſet, nec alii ad illud admitterentur, quam qui teſtimonio aliorum muniti eſſent. Hi etiam in iure feudali adhuc exiguntur, & in *ordin. Camer. p. 2. tit. 10.* in caſu *pacis fractae publicae* deſiderantur; ſed hodie nullus eorum vſus eſt.

(i)

ex tua. de ſimon. ſi inter clericos, coram illis, *c. fin. hic. c. qualiter. in* §. *fin. de accuſat*, iuramenti purgatio & compurgatio fiat.

11. Purgatus crimine liberatur. In purgatione deficiens, legitimis poenis, tanquam conuictus aut confeſſus, afficitur. *d. c. inter ſolicitudines, 10. hic.*

TIT. XLIX. V. x. 35.

DE PVRGATIONE VVLGARI.

PVrgatio *vulgaris*, quam olim vulgus vſurpabat, fiebat per iudicium aquae frigidae, *c. ex tuarum. 8. de purg. can.* tactum ferri candentis, (i) *c. fin. c. Mennam. c. conſuluiſti.* C. 2. *qu. 5. c. ſententiam ſanguinis. Ne cleric. vel monach.* aquae feruentis, (k) *d. c. Menuam. c. omnibus. c. conſuluiſti.* C. 2. *qu. 5. d. c. ſententiam ſanguinis.* duellum. *c. 1. & 2. hic.* (l)

2. Haec

(i) Exempla habet MABILLON. *in act. Bened. ſec. IV. p. 2. p. 65. & p. 456.* vbi occurrit exemplum de PETRO IGNEO.

(k) Exemplum habet MABILLON. *cit. l. p.* 154. conf. IDEM *tom. I. analect. p.* 47.

(l) Item per *Eucharistiam.* In *act Benedict.* apud MABILLON. *ſec. VI. p. 2. p. 72.* §. 8. haec habentur: *Hinc ge-*

2. Haec canonibus improbata; quia in iis potius Deus tentabatur & ad iracundiam prouocabatur, quam verum habebatur innocentiae teſtimonium. *c. fin. de purg. can. c. quaeritur. C. 22. qu. 2. c. ſi nulla. C. 23. qu. fin.* Quia ſaepe etiam per hoc fallax iudicium, tentato Deo, innocens impie ex praeſumtionibus damnabatur, *c. ſignificantibus. h. t.* daemone miracula imitante, & vt innocenti illuderet, vel impium meritis poenis liberaret, oculos perſtringente.

FINIS LIBRI QVARTI ET VLTIMI.

generale concilium apud Moguntiam habui, in quo Spirenſis praeſul Silicho criminali reatu accuſatus voluit ſe expurgare terrefico ſacramento dominici corporis; ſed vt fertur, maxilla eius manſit contorta paralyſi, quamdiu praeſentis vitae ſpatium duxit, conf. *c. 23. & f. C. 2. qu. 9.*

REGVLAE
IVRIS CANONICI
in ordinem Alphabeticum digeſtae.

A.

ACceſſorium naturam ſequi congruit principalis. 24
Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem. 50
Acceptio perſonarum in iudiciis non habenda. 12
Ad *agendum* qui admittitur, ad excipiendum multo magis admittendus. 71
Actori non licet, quod reo licitum non exiſtit. 32
In *alternatiuis* debitoris eſt electio, & ſufficit alterum adimpleri. 70
Approbari debet ab omnibus, quod omnes tangit. 29

B.

BEneficium eccleſiaſticum non poteſt licite ſine inſtitutione Canonica obtineri. 1
Beneficium a Principe conceſſum decet eſſe manſuetum. 16
Beneficium a iure indultum, non eſt alicui auferendum. 17
Bona fides non patitur, vt ſemel exactum, iterum exigatur. 83
Bonam fidem non praeſumitur habere, qui contra iura mercatur, 82

C.

Contractus ex conuentione legem accipere dignoſcuntur. 85

Certus qui eſt, eum vlterius certiorare non eſt neceſſe. 31

Commodum qui ſentit, onus ſentire debet, & contra. 55

Conditio quo minus impleatur, cum non ſtat per eum, ad quem pertinet, haberi debet perinde ac ſi impleta fuiſſet. 66

Sine *Culpa* non eſt, qui rei, quae ad ſe non pertinet, ſe immiſcet. 19

Sne *Culpa*, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus. 23

Conceſſa aliquando *praeter neceſſitatem*, in argumentum trahi nequeunt. 78

Conceſſione in generali non *veniunt* ea, quae quis non eſſet veriſimiliter conceſſurus *in ſpecie*. 81

Conceditur quod alicui *gratioſe*, trahi non debet aliis in exemplum. 74

Ex *Conſilio* non fraudulento nullus obligatur. 62

Conſilium mutare quis non poteſt in alterius detrimentum. *l. 33.*

Conſentire videtur, qui tacet. 43

Conſentienti & *ſcienti* non fit iniuria, nec dolus. 27

Committere in legem, certum eſt eum, qui verba legis complectens, contra legis nititnr voluntatem. 88

Quod

Quod *conceditur* in alicuius *gratiam*, non eſt in eius diſpendium retorquendum. 61
Contineri in toto partem non eſt dubium. 80
Continet in ſe ſemper plus, quod eſt minus. 35

D.

D*Amnum* quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet non aliis imputare. 86
Delictum perſonae non debet in detrimentum Eccleſiae redundare.
In *delicto* vel cauſa pari potior eſt conditio poſſidentis. 55
Dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem. 59
Dolo non facit, quod quis mandato Iudicis facit; cum habeat parere neceſſe. 24
Dolus & *iniuria* ſcienti & conſentienti non fit. 27
Dolo qui deſiit poſſidere, pro poſſeſſore habetur. 36
Dicatum ſemel *Deo* non eſt ad vſus humanos vlterius transferendum. 51
Defenſionibus pluribus nemo vti prohibetur. 20

E.

QVae *exorbitant* a Iure communi, nequaquam ad conſequentias ſunt trahenda. 28
Exceptionem obiiciens, non videtur de intentione aduerſarii confiteri. 63
Excipere; vide *Agere*.

F.

FAcit quod quis mandato Iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere neceſſe. 24
vide *Dolus*.
Quae *fiunt* a Iudice (ſi ad eius non ſpectant officium) viribus non ſubſiſtunt. 26
Qui *facit* per alium, eſt perinde, ac faceret per ſeipſum. 27
Factum legitime retractari non debet, licet caſus poſtea eueniat, a quo non potuit inchoari. 73
Quae *fiunt* contra ius, debent vtique pro infectis haberi. 65
Fruſtra ſibi *fidem* quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidem a ſe praeſtitam ſeruare recuſat. 75
Fidem in malis promiſſis non expedit obſeruari. 69
Fructum ex eo non debet quis conſequi, quod niſus fuit impugnare. 38
Non *fatetur* qui tacet, ſed vtique nec negare videtur. 44

G.

G*Eneri* per ſpeciem derogatur 34

H.

H*Onore* qui ſubſtituitur, rationi congruit, vt ſuccedat in onere. 17

I.

I*Gnorantia facti*, non iuris, excuſat. 13
Ignorantiae cauſam iuſtam cenſetur habere, qui in ius alterius ſuccedit. 14

In-

Infamibus portae non patent dignitatum. 87
Imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum. 41
Iure quod ab initio non conſtitit, tractu temporis non confirmatur. 18
In *Ius* qui alterius ſuccedit, illo iure quo ille vti debet. 46
Impedimentum non praeſtat, quod de iure non ſortitur effectum. 52
Iure potior eſt, qui tempore eſt prior 54
Contra *Ius* quae fiunt, debent vtique pro infectis haberi. 64
Iuris nemo poteſt plus in alium transferre, quam ſibi competere dignoſcatur. 79
Iuramentum, contra bonos mores praeſtitum, non eſt obligatorium. 58
Interpretatio facienda eſt contra eum, qui legem dicere potuit apertius. 57
Interpretatio benignior in poenis eſt facienda. 49

L.

QVod non *licet* alicui ſuo nomine, nec alieno licebit. 67
Cui *licet* quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus. 53
Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura. 48

M.

IN *mora* non eſt, qui exceptione legitima ſe tueri poteſt. 60

Mora cuilibet eſt nociua. 25
Malus ſemel, praeſumitur ſemper malus eſſe. 80

O.

O*Bligari* ad impoſſibile nemo poteſt. 6
Odia reſtringi & fauores conuenit ampliari. 15
Odio alterius non debet quis praegrauari. 22
In *Obſcuris* minimum eſt ſequendum. 30
Io *Obſcuris* inſpicimus quod eſt veriſimilius, vel plerumque fieri conſueuit. 45

P.

P*Rohibetur* cum quid, prohibentur omnia, quae ſequuntur ex illo. 29
Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum. 68
Cum *Prohibetur* alicui vna via, ad id alia via non debet admitti. 84
Poſſeſſor malae fidei vllo tempore non praeſcribit. 2
Sine *Poſſeſſione* praeſcriptio non procedit. 3
Praeſumitur Ignorantia, vbi ſcientia non probatur 47
Peccatum non remittitur, vbi non reſtituitur ablatum. 4
Peccati venia non datur, niſi correcto.
Puniendus non eſt aliquis ſine culpa, niſi ſubſit cauſa. 25
Priuilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona. 7
Placuit quod ſemel, amplius diſplicere non poteſt. 21

Plu-

Pluralis locutio duorum numero eſt contenta. 40

R.

R*Atum* quis *habere* non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum. 9

Ratihabitionem retro trahi & mandato comparari non eſt dubium. 10

Reo fauendum potius eſt, quam actori, cum partium iura ſunt obſcura. 11

In *Re communi* potior eſt cauſa prohibentis. 56

S.

S*Cienti* & *conſentienti* non fit iniuria, neque dolus. 27

T.

QVi *Tacet*, conſentire videtur. 43

Qvi *Tacet*, non fatetur; ſed vtique nec negare videtur. 44

V.

V*Tile* non debet vitiari per inutile. 37

Finis Regularum Iuris Canonici Sexto Decretalium.

IOH. IACOBI WISENBACH, IC.

CONTRADICTIONES IVRIS CANONICI.

§. I.

IMperator ius habet eligendi Pontificem, ordinandi Archiepiſcopos, & Epiſcopos per ſingulas prouincias conſecrandi, *c. Hadrian. Papa Roman. c. in Synodo. c. Reatina. c. lectis. c. Agatho. diſt. 63.* Et Albertus Argentinenſis *in chronicis* ſaepe meminit Epiſcoporum, abbatum, ab Imp. de ſuis regalibus ſolenniter inueſtitorum, praeſtita etiam fidelitate & homagio. Imo nullus Clericorum inueſtituram Epiſcopatus, vel abbatiæ, vel Eccleſiae de manu Imperatoris, vel Regis accipiat. *c. quoniam inueſtituras. 16. q. 7.* Caeteroquin inueſtienti, & inueſtito gratia beati Petri & introitus Eccleſiae interdicitur. *c. ſi quis deinceps. ibid.* Omnis

a Confer Exod. XXIX. verſ. 7. & ſeqq. Leuit. VIII. verſ. 12.

Omnis electio Epiſcopi a Principibus facta, irrita maneat, ſecundum regulam, quae dicit: Si quis Epiſcopus per ſeculares poteſtates Eccleſiam obtinuerit, deponatur, & ſegregentur ab eccleſia omnes, qui illi communicant. *c. omnis electio. diſt. 63. c. quia. Hadrianus. ead. diſt.*

b 2. Chriſtiani ſublimioribus poteſtatibus, terrenis puta, Regibus ſunt ſubiecti, *c. magnum 11. q. 1.* Ergo Romani quoque Pontifices, Eccleſiaſtici, & quotquot Chriſtianorum titulo gloriantur, Poteſtatibus ſecularibus & politicis ſunt ſubiecti. *c. ſatagendum. 25. q. 1.* E diametro aduerſatur. *c. vnam ſanctam. extrauag. de maiorit. & obed.* vbi Bonifacius Octauus (quem ſcribunt ingreſſum vt vulpem, regnaſſe vt leonem, mortuum vt canem) tranſcendentem poteſtatem, ſupra Imperatores, Reges ac Principes ſibi arrogat. *In eccleſia*, inquit, *duos eſſe gladios, ſpiritualem videlicet & temporalem, Euangelicis dictis inſtruitur, nam dicentibus Apoſtolis: Ecce duo gladii hic; in eccleſia ſcilicet. cum Apoſtoli loquerentur, non reſpondit Dominus, Nimis eſſe, ſed, ſatis. Certe qui in poteſtate Petri temporalem gladium eſſe negat, male verbum attendit Domini, proferentis: conuerte gladium tuum in vaginam; vterque ergo eſt in poteſtate Eccleſiae, Spiritualis ſcilicet gladius & materialis, ſed ille Sacerdotis, is manu Regum & militum; ſed ad nutum &* pa-

a 5

b Rom. 13. v. 1. 1 Petr. 2. v. 13. ad Tit. 3. v. 1, quos textus a cauillis Romanenſium ſcriptorum vindicarunt Theologi orthodoxi.

patientiam Sacerdotis. Idem iam ante iactauerat Innocentius III. *c. ſolicitae.6. extr. de maiorit. & obedient. Potuiſſes* (alloquitur Conſtantinopolitanum Imperatorem) *praerogatiuam ſacerdotii ex eo potius intelligere, quod dictum eſt Sacerdoti: Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas & diſſipes, aedifices & plantes. Praeterea noſſe debueras, quod fecit Deus duo magna luminaria in firmamento coeli: luminare maius, vt praeeſſet diei, & luminare minus, vt praeeſſet nocti. Vtrumque magnum, ſed alterum maius. Ad firmamentum igitur coeli, hoc eſt, vniuerſitatis Eccleſiae, fecit Deus duo magna luminaria, id eſt, duas conſtituit dignitates, quae ſunt, Pontificalis auctoritas, & regalis poteſtas. Sed illa, quae praeeſt diebus, i. e. ſpiritualibus, maior eſt, quae vero carnalibus, minor: vt quanta eſt inter ſolem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoſcatur. Haec autem ſi prudenter attenderit Imperatoria Celſitudo, non faceret aut non permitteret, Conſtantinopolitanum Patriarcham iuxta ſcabellum pedum ſuorum in ſiniſtra parte ſedere, cum alii reges, principes, archiepiſcopi & epiſcopi ſui (ſicut debent) reuerenter adſurgant, & eis iuxta ſe venerabilem ſedem adſignent.* Bonifacii & Innocentii Thraſoniſmum graui & ſeuera oratione caſtigauit P. Martyr. claſſ. 4. loc. comm. *c. 13.* Caeterum, *capitulo, vnam, ſanctam*, derogat, quod ad Regem Franciae, Clemens V. idque in Philippi Pulchri Francorum Regis gratiam ſe facere teſtatur, qui grauem ea de re contentionem cum Boni-

fa-

facio habuerit. *c. meruit. extrau. de priuileg.* Clericos foro ſeculari eximunt. *c. ſi diligenti. c. ſignificaſt. extr. de foro comp.* Eccleſiaſtico ita ſubiiciunt, vt praeſcriptione fori ſubmota, Ciuilis Magiſtratus iurisdictionem prorogare fas non ſit. Sed vt hoc conſtituat Pontifex *in d. c. diligenti.* imperite abutitur ſententia *l. 38. de pact.* Cuiacius *comm ad eand. l. & in recit. ad d. c. ſi diligenti. & tract. 7. ad Afric. in explic. l. 23. D. de O. & A.* Fr. Raguellus *in l. pen.* C. *de epiſc. & cl.* vterque Pontificius quorum parrhæſiam in examinando hoc Pontificis placito agnoſco & laudo.

3. Nouella Iuſtiniani 123. *c. 21. in princ.* qua a ſententia epiſcopi prouocatur ad iudicem ſecularem, relata eſt a Gratiano *c. de perſona. 11. q. 1.* cum quo concordat concilii Mileuitani *c. 22.* repetitum in *c. placuit vt presbyter. 2. q. 6.* Aduerſatur *c. ad Romanam 2. q. 6. c. duo ſimul. de offic. ord.* quae ad Papam vel Metropolitanum appellari volunt. Gratianus dicto canoni 22. Concili Mileuitani, quo decretum, vt communione priuentur, qui trans mare prouocauerint, hanc exceptionem (malitiane an inſcitia?) addit: *Niſi forte Romanam ſedem appellarint.* Stolide profecto & imperite illud vnum a lege excipit, cuius cauſa legem poſitam eſſe nemo non videt. Concilium quum transmarinas appellationes damnat, hoc tantum prohibet, ne quis Romam prouocet. Caeleſtino Papae ſcribit Eccleſia Africana, *concil. Afric. c. 100. t. 1. concil. Quomodo ipſum transmarinum iudicium ratum*

tum erit, ad quod teſtium neceſſariae perſonae vel propter ſexus, vel propter ſenectutis infirmitatem, vel multis aliis intercurrentibus impedimentis adduci non poſſunt? nam vt aliqui tanquam a tuae ſanctitatis latere mittantur, nulla inuenimus Patrum Synodo conſtitutum.

4. Conſtantinus Syluestro Papae vrbem Romam & occidentale imperium conceſſiſſe ſcribitur *c. Conſtantinus. diſt. 96.* Alio tamen loco huius ſui beneficii auctorem laudant Ludouicum Pium, ex anno Chriſti 835. *c. ego Ludouicus. diſt. 63.* quanquam non totum occidentale imperium ibi Papae conceditur, ſed vrbs tantum Romana cum ſuo ducatu & ſuburbanis &c. Alio item loco teſtimonium Melchiadis Papae profertur, qui ante Syluestrum papalem ſedem obtinuit; vbi iam tum huius donationis, a Conſtantino, etiam ante ſuum papatum factae, mentionem facit. *c. futuram. 12. q. 1.* quamuis & ibi nihil aliud, quam ſedem imperialem Papae Conſtantinus reliquiſſe ſcribitur. Plane *d. c. Conſtantinus* percommode *Palea* inſcribitur: Vt merito referas inter caſſa palearum. *Alciat. 12. parerg. 3. & 7. parerg. 19.* Tholoſ. *6. de Rep. c. 13.* Curt. *de feud. q. 1.* Gilb. Regius *conciliat. ll. c. 24.* Adde Franciſcum Hoffmannum *in bruto fulm. ſub tit. crimen falſi.* Laur. Vallam Patricium Romanum *in Declamat. de falſa & ementita Conſtantin. donat.* P. Mornaeum *Hiſtoriae Papatus fol. 18. & ſeq.* & plures alios; qui magno ſtudio & ſucceſſu in hanc curam incubuerunt, vt illam Donationem

ex-

exauctorarent, tanquam hypobolimaeam & ſpuriam.

c 5. Papa caput eſt omnium Eccleſiarum, & ſacerdotum, *d. c. Conſtantinus. c. non decet. diſt. 12. vlt. c. extra. de for. comp.* Imo nullus Epiſcopus appelletur princeps ſacerdotum, vel ſummus ſacerdos, aut aliquid huiusmodi. *c. primae ſedis. c. nullus. diſt. 99. c. multi. diſt. 40.* Hinc Gregorius Magnus Pontifex Rom. Iohanni Epiſcopo Conſtantinopolitano vehementer obſtitit, cum Imperatoris Mauritii auctoritate fretus, Epiſcopum ſe Vniuerſalem Eccleſiae eſſe contenderet, *c. ecce. d. diſt. 99.* Et Antichriſti praecurſorem pronunciauit eum, qui ſibi hunc titulum arrogaret, 3. *ep. 76.* P. Morn. *Hiſt. Papat. fol. 106. & ſeqq.* Duar. 2. *de benef. eccl. c. 10.* Verum non ita multo poſt Bonifacius tertius magna contentione a Phoca Imp. obtinuit, vt Epiſcopus oecumenicus & vniuerſalis fieret, quam nomenclationem Succeſſores eius mordicus retinuerunt, praeſertim a Pipini & Caroli Magni temporibus.

6. Pontifex Romanus eſt ſupra concilia. *c. ſignificaſti. extr. de elect. & elect. pot.* ibi, *cum omnia concilia per Romani Pontificis auctoritatem facta ſint & robur acceperint, & in eorum ſtatutis patenter Romani Pontificis excipiatur auctoritas.* Obſtat *c. nunquam. 12. diſt. 96.* vbi fatetur Gelaſius, poſſe de Pontificibus Eccleſiam iudicare. Eccleſiam

c Solus Chriſtus eſt caput Eccleſiae, Epheſ. 1. verſ. 12.

am autem repraeſentant, qui in conciliis conueniunt. confer. *c. Anaſtaſius. diſt. 19.* Imo etiam in *c. ſi Papa. 6. diſt. 40.* ei, quod Papa a nemine mortalium iudicandus eſſe dicitur, planeque ἀνυπεύθυνος & ἀνεκλόγιςος conſtituitur, ſi vel innumerabiles populos cateruatim ſecum ducat, primo mancipio gehennæ, cum ipſo plagis multis in aeternum vapulaturos, (oratio vere diabolica) additur exceptio: *Niſi deprehendatur a fide deuius.* Senſit tamen Dioſcorus Papa, quamuis in fide non errauerit, anathematiſmi fulmen, *c. ſane profertur. 24. q. 2.*

7. Papa eſt ſeruus ſeruorum Dei, *c. in ſynodo. diſt. 63.* Imo ſubeſſe Romano Pontifici omnem humanam creaturam, omnino eſt de neceſſitate ſalutis. *c. vnam ſanctam. extrau. de mai. & obed.* Quo pertinent vulgares, nec omnino inſulſi verſus, quos Decretorum Gratiani interpres refert, *gl. in c. quoties. q. 8.*

Roma, tibi quondam ſuberant domini dominorum.
Seruorum ſerui nunc tibi ſunt domini.

8. Sententia Romanae ſedis in melius commutari poteſt. *c. ſententiam. 35. qu. 9. c. cum ex literis. extra, de in integr. reſtit. c. examinata. extr. de confirm. vtil. vel inutil. Nos, ſi incompetenter aliquid egimus, & iuſtae legis tramites non conſeruauimus, veſtro ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare iudicio, c. nos ſi incompetenter. 2. qu. 7. ad audientiam. eod. c. vn. extrau. de ſchiſmat. c. vn. extrau. de furt. c. principes. 23. qu. 5.* Contra Ro-

Romanum pontif. mortalium omnium iudiciis ac ſententiis eximunt ſequentia. Pontificem a Conſtantino Deum appellatum conſtat: ab hominibus autem Deum iudicari non poſſe, manifeſtum eſt. *c. ſatis euidenter. diſc. 96.* Cuncta per mundum nouit Eccleſia, quod Sacroſancta Romana Eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio, *c. cuncta. 9. q. 3.* propter Eccleſiae Romanae primatum, Chriſti munere in beato Petro Apoſtolo diuinitus collatum, *c. nemine. 17. q. 4.* Sed Papam Romanum errare poſſe, & turpiter erraſſe ſaepius (etiamſi ſe omnia iura in ſcrinio pectoris habere inepte glorietur, *c. 1. de conſtit. in 6.*) Theologi planum fecerunt. *vid. D. Ameſium Bellarm. enerv. tom. 1. lib. 3. c. 6.*

o. Epiſcopus Alexandrinus ſecundum a Romano locum obtinet. *c. ſacroſancta. diſt. 22.* Imo Conſtantinopolitanus, *c. Conſtantinopolitanae. ead. diſt. c. antiqua. extr. de priu. c. renouantes. diſt. 22.* quod c. ante editionem Papae Gregorii XIII. valde erat deprauatum, pro, *& in Eccleſiaſticis rebus*, ſubſtituto, *non tamen in eccleſiaſticis rebus*: contra Graecum archetypum. ϗ ἐν τοῖς ἐκκλησιαςικοῖς ὡς ἐκείνην μεγαλύνεσθαι πράγμασι. Mornae. *Hiſtor. Papat. fol. 66.* Chriſtoph. Iuſtell. *Cod. Canon. Eccl. vniuerſae p. 126.* Iuſtinianus etiam *Nou. 131. c. 2.* Pontifici Romano concedit primatum in Synodis, & primam ſedem: Conſtantinopolitanam Eccleſiam omnium aliarum caput eſſe. Et Zeno in *l. decernimus, 16. eod.* ſancit, vt eadem Conſtantinop.

nop. Eccleſia, quoniam in vrbe Regia eſt, auctoritatem habeat aliis omnibus Eccleſiis ſuperiorem. Chryſoſtomus vero Antiochenae Eccleſiae primatum vindicat *homil. ad pop. Antioch.* his verbis: *Ciuitatum omnium Antiochena noſtra Chriſto eſt optatiſſima, & ſicut Petrus inter Apoſtolos primus Chriſtum praedicauit: ſic inter ciuitates haec prima tanquam coronam quandam admirabilem Chriſtianorum tenet appellationem.* Item *hom. 16. Quae vero eſt ciuitatis noſtrae dignitas? Contigit primum Antiochiae diſcipulos appellari Chriſtianos, hoc autem ciuitatum, quae ſunt in mundo, nulla habet neque ipſa Romuli ciuitas; propterea contra omnem terrarum orbem Antiochia oculos erigere poteſt.* Calvinus etiam *lib. 4. Inſtit. Relig. Chriſt. c. 6. ſect. 12. in fin.* Antiochenae potius Eccleſiae primas deberi ratiocinatur. *Si iure*, inquit, *definienda ſit haec cauſa, neceſſe eſt, reſpondeant, velint ne priuilegium hoc perſonale eſſe, an reale, an mixtum: vnum ex his tribus eſſe oportet. Si dixerint Perſonale, nihil igitur ad locum, ſi vero reale, ergo vbi ſemel datum eſt loco, non adimitur propter perſonae vel mortem, vel diſceſſum. Supereſt igitur, vt mixtum eſſe dicant, tunc autem non ſimplex erit loci conſideratio, niſi perſona ſimul reſpondeat. Eligant quicquid volent, protinus inferam, & facile euincam, Romam nulla ratione ſibi primatum arrogare.*

10. Tanta eſt ſedis Apoſtolicae vis & ſanctitas, vt ſi vel impius in ea conſederit, confeſtim ex illa, ſola ſeſſione, ſanctimoniam hauriat. *Quis enim*

ſan-

ſanctum eſſe dubitet, quem apex tantae dignitatis attollit, in quo ſi deſunt bona acquiſita per meritum, ſufficiant, quae a loci deceſſore praeſtantur. Aut enim claros ad haec faſtigia erigit, aut qui eriguntur, illuſtrat. Verba ſunt Symmachi Papae, quae Gratianus retulit *c. non nos. diſt. 40.* Obſecro, annon illam audire fabulam videmur, quam Poetae de tripode Pythiae confinxerunt, & alta quadam ſpecu, vnde anhelitus ſic afflabatur, vt ſimulatque Pythia vates in illa tripode conſediſſet, hauſto a tergo diuinationis ſpiritu, confeſtim oracula funderet? *Strab. 9.* Et tamen illa Papae blaſphemia paulo poſt in *c. multi. ead. diſt.* Chryſoſtomi his verbis coarguitur: *Non Cathedra facit Sacerdotem, ſed Sacerdos Cathedram; Non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. Non omnis Sacerdos ſanctus, ſed omnis ſanctus Sacerdos.*

11. Hoc erant caeteri Apoſtoli, quod fuit & Petrus, pari conſortio praediti, & honoris & poteſtatis. *c. loquitur. 24. qu. 1.* Paulus Petrum reprehendit; quod non auderet, niſi ſe non imparem ſciret. *c. Paulus. 2. qu. 7.* Imo beatus Petrus princeps eſt Apoſtolorum. *c. ſolicitae. extr. de maiorit. & obed.* Petrus & Paulus prae caeteris Apoſtolis peculiari quadam praerogatiua praecellunt. *c. vnigenitus. extrau. de poen. & remiſſ.* Inter beatos Apoſtolos quædam fuit diſcretio poteſtatis, & licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen a Domino conceſſum eſt, vt reliquis omnibus praeeſſet Apoſtolis, & Cephas, i. e. Caput & principatum teneret Apoſtolatus

 c. Sa-

c. Sacroſancta. diſt. 22. Caeterum locum Cypriani in Tract. de vnitate Eccleſiae, quem Gratianus recitat in *d. c. loquitur.* multifariam, contra manuſcriptorum fidem in Editione Pariſienſi ab ipſo doctiſſimo Turnebo repraeſentatam, corrupit Pamelius. Vide Hiſtor. Papat. *Mornaei fol. 12.* Ei quod tertio quoquo verſu inculcant Papae pro aſſerendo primatu, (Paſce oues meas. Tibi dabo Claues. Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram, reſpondet Auguſtinus *tract. 124. in Iohannem.* Ambroſius *in c. 2. Epiſt. ad Epheſ.* Chryſoſtomus *in Matth. Serm. 55.* Caluinus *4. inſtit. c. 6. Sect. 3 lib. 3. c. 2.* ſuper hanc Petram, i. e. ſuper me; Domino ſemetipſum denotante. Similis locutio apud *Sophocl. in Oedip. Col.* ὦ παῖδες, ἥκει τῷ δέ ἐπ' ἀνδρὶ θέσφατος βίου τελευτή: o liberi! venit huic viro oraculo pronunciatus vitae finis. τῷ ἀνδρὶ i.e. mihi.

12. Epiſcopus gentilium libros non legat: haereticorum autem pro neceſſitate & tempore. *c. Epiſcopus. diſt. 37.* Sed audi palinodiam Gratiani. *Contra legitur, quod Moyſes & Daniel omni ſcientia Aegyptiorum & Chaldaeorum eruditi fuerint. not. ad c. legimus. Et poſt pauca. Turbat acumen legentium & deficere cogit, qui eos a legendis ſecularibus literis omnibus modis exiſtimat prohibendos: in quibus, ſi qua inuenta ſunt vtilia, quaſi ſua ſumere licet, &c. c. turbat. Rurſum paulo inferius ex Hieronymo. Qui de vino & menſa Regis nolunt comedere, ne polluantur, vtique, ſi ſcientiam Babyloniorum ſcirent eſſe peccatum, nunquam acquieſcerent diſcere, quod non licebat, c. qui de menſa.*

ſa. c. de quibusdam. d. diſt. 37. Non prohibetur quidem purioris Religionis myſta Gentilium lectitare libros: dummodo a maculis & naeuis, qui cum ſacro Codice, cum recta ratione, cum phiſophia morali non bene conneniunt, nec in vna ſede morantur, eos repurget. Eleganter Auguſtinus: *Vt olim Hebraei ea, quae vſui fore iudicaſſent, rapuerunt, relictis iis, quae aut moleſta, aut inutilia, aut profana exiſtimaſſent: ita nos oportet ſua quidem vitia Ethnicis relinquere, ſuperſtitiones, libidines, cupiditates: haec, inquam, apud dominos relinquenda. At ſi quod ſapientiae aurum, ſi quod eloquentiae argentum, ſi qua bonarum literarum ſupellex penes illos erit, eam omnem conuaſare, & in noſtros vſus accommodare debemus, nihil furti calumniam veriti, quin potius pulcherrimi etiam facinoris & laudem & praemium ſperare auſi.*

13. Sacerdoti, vel alii qui in clero eſt, matrem, amitam, ſororem, domeſticas habere licet, *c. interdixit. diſt. 32. c. a nobis. extr. de cohabit. cler.* Imo non licet. *c. 1. extr. d. t. de cohab. cler.* (conuenienter Synodi Metenſis decreto, de quo Alſtedius Chronol. pag. 351.) multo minus mulietes extraneas (συνεισάκτους). Sic vocem eam in *c. Concili Niceni,* Ruffinus Aquileienſis recte interpretatur. (Cuiac. *2. obſeru. 29. & 7. obſ. & in exp. Nou. 6. in fin.* Iuſtell. *not. in cod. Canon. pag. 136. & ſeqq.* Merill. *6. obſ. 1.*) quas ſolebant matres, filias, ſorores appellare; haec, vt Hieronymus

 ait,

ait, *in lib. ad Ruſticum Monachum de viuendi forma*, pietatis nomina vitiis ſuis obtendentes. Vt non male iactetur in illos illud Martialis:

Quare non habeat Fabulla, quaeris, vxorem,
Themiſon habet ſororem.

Quo reſpexerunt Impp. *in l. cum qui. 19. C. de Epiſc. & Cler. Eum*, inquiunt, *qui probabilem ſeculo diſciplinam agit, decorari ſororiae appellationis conſortio non decet.* Quae lex in Baioariorum leges translata eſt. *tit. 12. de Presbyteris & Diaconis, ne habitent mulieribus.* Caeterum, Sacerdotes vel alios, qui in Clero ſunt, ſi ſe continere neſciunt, libidinoſis tentationibus implicari, mirum non eſt. Huic enim rei fundus eſt coactus coelibatus, ſibulaeue impoſitio: non illa, quam medicus imponit, ſed quam Paparum rigor. Vide Maximiliani Caeſaris literas ad Papam, apud Thuanum *Hiſtor. lib. 36.*

14. Clericus concubinarius non tolerandus. *c. ſicut. c. ſuper eo. ſi autem. extr. de cohab. cler. c. nemo. 32. q. 4.* Imo Chriſtiano (adeoque etiam clerico) vnam habere licitum eſt. *c. Chriſtiano. diſt. 34.* & qui non habet vxorem, pro vxore autem concubinam habet, a communione non repellatur, tamen vt vnius mulieris aut vxoris, aut concubinae ſit coniunctione contentus. *c. is qui. ead. diſt.* Petrus Martyr tamen *in lib. Iud. c. 8.* verba illa de iis interpretatur, quæ verae concubinae non ſunt, ſed vxorum animo domi habentur, quamuis ſolenniter ductae non ſint. Idem ſentiunt & ſcribunt

bunt P. Gregor. in *Syntagm. Iur. vniu. lib. 10. c. 1. Grot. 2. de iur. bell. & pac. c. 5. n. 15.* Perez. *tit. C. de concub. n. 3.* Cuius interpretationis auctor fuit Gratianus, ſub *c. omnibus. diſt. 34.* Ibi: *concubina hic autem ea intelligitur, &c.* Sed eam Hottomannus refutat *in diſput. de ſpur. c. vlt.* & Bachov. *vol. diſp. 16. th. 3. lit. A.*

15. Legem Dei ad animam vsque & ſanguinem ſe defendere aſſerit Pontifex, in *c. ſunt quidem. 25. qu. 1.* cum quo committo *c. reos. 23. q. 5. c. inter alia. 6. extr. de immunitat. eccleſ.* vbi ius aſyli indulget homicidis, latronibus, nocturnis depopulatoribus, raptoribus virginum, aliisque, quantumuis grauia perpetrarint, contra quam diſerte lege Dei proditum eſt: *Exod. 21. verſ. 14. 1 Reg. 2. v. 29. & Nou. 17. c. 7. Aliciat. 7. parerg. 6. Coraſ. 5. miſc. 23. n. 8.* committo etiam *c. etſi clerici. extr. de iudic.* vbi adulterium inter minora refert, deque eo diſpenſari permittit, contra *c. 20. verſ. 10. Lev. & 22. Deut. verſ. 22.* Et hunc Papae lapſum ſine calumnia excuſari non poſſe, ingenue fatetúr Cuiacius *in recit. ad d. c. etſi clerici.* eique opponit auctoritatem Clementis Papae in *c. quid in omnibus. 32. q. 7. Quid*, inquit Clemens, *in omnibus peccatis adulterio grauius?* Rittershuſ. *part. 4. expoſ. Nouell. c. 9. in fin.* Qui in verba Pontificum iurarunt, eorum alii ita reſpondent: in Epiſtola Clementis verbum, *grauius* vſurpatum eſſe pro, *communius.* Alii Alexandrum *in d. c. etſi clerici*, reſpexiſſe ad vſum, quo adulteria propter frequen-

tiam mitius puniuntur. Vtraque reſponſio quam quadret verbis, etiam Dupondius iuris auditor facile animaduertit. *Dn. Anton. Matth. com. de crimin. p. 51.* Committo denique *c. clerici. 4. extr. de exceſſ. praelat.* vbi clerico, qui Sodomiae crimine ſe polluit, καθαίρεσις, regradatio, ſiue ordine motio, latio, ἀφορισμὸς, excommunicatio duntaxat irrogatur. contra *cap. 19. Lev. & c. flagitia. 23. q. 7.*

16. Errant, qui putant, Domini ſacerdotes, poſt lapſum, ſi condignam egerint poenitentiam, Domino miniſtrare non poſſe, & ſuis honoribus frui. Nos indubitanter tam Domini Sacerdotes, quam reliquos fideles, poſt dignam ſatisfactionem, poſſe redire ad honores, credimus. *c. ponderet. & ſeqq. aliquam multis. diſt. 5.* Imo lapſi clerici in ordinem iterum aſſumendi non ſunt. *c. ſi poſt peruenit. ead. diſt.*

17. Spurii ad ſacros ordines non ſunt admittendi, niſi prius educati ſint in coenobiis. *c. 1. diſt. 56.* Nam ſcortatores vt eſt in alio canone) vim quandam in ſemen transfundere videntur: quae etiam tranſeat in filios: vnde malae ſequuntur inclinationes, atque hinc iudicantur caeteris deteriores. Quare ſi admittantur ad ſacrum miniſterium, Eccleſia capiet detrimentum. Imo indignum eſt, ſpurios ita mulctari, propter patris voluptatem, *c. ſatis peruerſum.* quos nec Deus dedignatus eſt fingere, & animam dare, *c. naſcitur.* Et ſi Chriſtus dignatus eſt ſpurios in ſua genealogia recenſeri,

cur

cur eos non admittemus ad miniſterium? *c. dominus. ead diſt. 56.* Hoc canonum diſſidium video relatum a P. Martyre, *2. locor comm. 11. fol. 316.*

18. Qui claudicat, vel oculo defectus eſt, ſed ita, vt munus ſuum exequi nihilominus valeat, a ſacro miniſterio arcendus non eſt. Non enim mutilatio corporis eum polluit, ſed inquinatio animae. *canon. Apoſtol. 76.* Alibi tamen excluditur miniſterio altero carens oculo, aut aliter laeſus, ſi ea res magnam ei deformitatem adferat. *c. ſi euangelica. diſt. 55.* Quod ex cacozelia quadam L. Moſaicae profectum videri poteſt. *Leuit. 21.* De ſpadonibus poſſet videri mirum, quod eſt *in c. 6. extr. de corp. vitiat.* etſi oporteat presbyteros clericos eſſe ὁλοκλήρους, tamen clero non remoueri eum, qui imminente periculo elephantiae, conſilio medici ſibi exſecuerit virum, niſi nos Aetius doceret, Spadones non corripi lepra. Verba Aetii ex Archigene recitat Cuiacius 17. *obſ. 24.* Non admittuntur ad clericatum, qui ſe ſponte ſua digitis truncant, *c. qui partum. ead. diſt. 55.* qui veterum verbo *Murci* dicuntur. Ammin. Marcell. XV. *de Galliis. Nec eorum aliquando quiſquam, vt in Italia, munus Martium pertimeſcens pollicem ſibi praecidit, quos iocaliter appellant Murcos*, a Murcia, quae dea ſegnium dicitur Arnobio, Galli hodieque *pollice truncos* pro ignauis & imbellibus appellant, ſed truncata voce, *poltrones.* Salmus *de trapezit. foen. p. 784.*

19. Dona Dei perueniunt ad eos, qui cum fide

accipiunt, etiamſi talis ſit, per quem accipiunt qualis Iudas, *c. Chriſtus. 1. q. 1.* Sacerdotum immunditia ſacramenta non polluit. *c. Dominus. 1. q. 1.* Nec poteſt ſolis radius, per cloacas aut latrinas tranſiens, aliquid exinde contaminationis attrahere. Sumite ergo intrepidi ab omni ſacerdote Chriſti myſteria, quia omnia fide Chriſti purgantur. *c. ſciſcitantibus. 15. q. 6. c. multi. 1. q. 1.* Imo non adeſt Sacramentis Spiritus ſanctus, quae per criminoſos adminiſtrantur. *Nam quomodo ad diuini myſterii conſecrationem coeleſtis ſpiritus inuocatus adueniet, ſi ſacerdos criminoſis plenus actionibus reprobetur? c. ſacroſancta. 1. q. 1.* In eadem *qu. 1.* probandae huic concluſioni, *Sacerdotem etiam malum conficere poſſe corpus Chriſti, c. intra eccleſiam,* allegantur paulo poſt inter alia & illa ex tractatu Auguſtini, *in Epiſtolam Iohannis, prophetauit & Saul, Rex malus, cum etiam S. Dauidem perſequeretur. c. prophetauit.* Vbi Auguſtinus alludit *ad c. 18. v. 10. prioris libri Samuelis.* Sed abuſus eſt eo loco vir ſanctus: nam *prophetare* ibi nihil eſt aliud, quam extra ſe eſſe, & ſpiritu malo actum ſermones & geſtus ita componere, vt ſancti Prophetae bono ſpiritu acti ſolebant. Hoc notarunt Lyra, Carthus & ex vetuſtioribus Procopius, Theodoretus. Hinc Kimchi reddidit, *loquebatur verba inſaniae.* Et Serarius: *Prophetare hic eſt furere, bachari; correptitiorum more inſanire, abſurda & loqui & agere.* Adde Dn. Sixtinum Amama *Antibarb. Bibl. p. 621. & ſeq.*

20. Se-

20. Sancta ſcriptura canonica, tam veteris,quam noui teſtamenti, certis ſuis terminis continetur, eaque omnibus poſterioribus Epiſcoporum literis praeponitur, inquit Auguſtinus *in c. quis neſciat. diſt. 9.* Atqui inter Canonicas Scripturas decretales epiſtolae connumerantur. Sic habet ſummarium *c. in canon. 6. diſt. 19.* quod eid. Auguſtino tribuitur. Verum ſubdole callideque locum Auguſtini *ex lib. 3. de doctrina Chriſtiana c. 8.* eo detorſit Gratianus, quaſi ille decretales Paparum Epiſtolas inter Canonicas ſcripturas connumeraſſet, hisque exaequaſſet. Quod recentioribus quoque editoribus, & cenſoribus Romanis ſuboluit. Alphonſus de Caſtro iam pridem hanc fraudem animaduerterat, *lib. 1. contra haereſ. c. 2.*

21. Cleri non prohibentur ducere vxores, *c. de Syracuſanae. diſt. 28.* Caſtitas eſt, cum propria vxore concubitus, etiam in Epiſcopis, & presbyteris, ait Paphnutius coelebs. Eique omnes praebuerunt aſſenſum. *c. Nicena Synod. diſt. 31.* Vnius ſaltem matrimonii vinculo clerici foederentur. *cap. his igitur. diſt. 23.* Imo Presbyteris,Diaconis, & Subdiaconis matrimonia penitus interdicimus, contracta disiungi quoque debere iudicamus. *cap. Presbyteris. diſt. 37.* Indignum eſt,eos cubilibus & immunditiis deſeruire. *cap. decernimus. 1. diſt. 28. Presbyteri*, Diaconi, & deinceps, quibus ducendi vxores licentia non eſt, etiam alienarum nuptiarum euitent conuiuia. *cap. Presbyteri. diſt. 34.* Denique contra Sacerdotum coniugium Innocentius

tius vſurpauit illud Apoſtoli *ad Roman. 8. Qui in carne viuunt, Deo placere non poſſunt. cap. propoſuiſti diſt. 82.* Haec doctrina eſt Daemoniorum. 1. *ad Timoth. 4. verſ. 1. iunct. verſ. 2.* Adde Dn. Ameſium *Bellarm. eneruat. tom. 2. lib. 3. tit. 5. per tot. P. Molinaei Bouclier de la foy Sect. 90.* Chemn. examen *concil. Trident. loc. de coelibatu*, & alios orthodoxos commentatores. Hic opportune inſeritur, quod eſt *en la Reſponſe de Monſ. du Pleſſis a l'Eveſque d'Eureux, ſur la conference tenue a Fontainebleau. l. 4. de Maii 1609.* Verba, quae huc pertinent, ita habent: *Caſtrauit Gratianus. c. placuit, diſtinct. 32. Canon. 37. Concilii Carthaginenſis dixerat: Placuit, vt Presbyteri, Epiſcopi, & Diaconi, propriis terminis etiam a ſuis abſtineant vxoribus. Propriis terminis, en leur rang de ſeruice, quand leur tour venoit d'eſtre en ſeruice. Gratianus abſtraxit verba, propriis terminis. le Canon. Grec. dit.* ἤρησεν ὥστε τοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, καὶ ἐκ τῶν ἰδίων ἔτι μεν ἀπέχεσθαι γαμετῶν (*quae Graeca translatio confirmata eſt Synodo ſexta Conſtantinop. in Trullo, can. 13.*) *Concil. Elibertin. Placuit in totum prohibere Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, ac Subdiaconis, poſitis in miniſterio, abſtinere ſe a coniugibus ſuis.*

22. Communia omnibus ſunt omnia Sacramenta, ſed non communis gratia. Baptiſmus eſt communis, ſed non virtus Baptiſmi. *cap peccatum. diſt. 4. de poenit.* Aduerſari videtur *cap. filius. diſt.*

4. de

4. de conſecrat. Paruuli baptizati inter credentes reputantur *per Sacramenti virtutem.* Pontificii hodieque docent, vim quandam & ἐνέργειαν aquae Baptiſmi ineſſe, quos notat Lutherus *Articulor. Schmalkald. part. 3. artic. 5.* his verbis: Wir haltens nicht mit Thomà und den Prediger-Mönchen, die des Worts vergeſſen, und ſagen, GOtt habe eine geiſtliche Kraft ins Waſſer gelegt, welche die Sünde durchs Waſſer abwaſche.

23. In nomen Trinitatis & in nomen Chriſti baptizari, perinde eſt, *cap. a quodam. 24. diſt. 4. de conſecrat.* Imo perinde non eſt, *cap. ſi reuera. 30 ibid.* vbi rebaptizari iubentur, qui tantum in nomen Domini baptizati ſunt: Cui hactenus derogat canon Apoſtolicus 45. quod baptiſmi iterationem deponi iubeat. Verba haec ſunt: *Si quis aut Presbyter in vna initiatione non tres immerſiones, ſed vnam duntaxat, quae in mortem Domini detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit Dominus, in mortem meam baptizate: Sed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, Fil. i & Spiritus Sancti.* Conf. Dn. Spanhem. *part. 3. dub. Euang. p. 79.*

24. Non damnantur Infantes, qui a Baptiſmo neceſſitate excluduntur. *cap. Baptiſmi vicem. diſt. 4. de conſecrat.* Imo Paruuli, quicunque ſine Sacramento Baptiſmi de hoc ſeculo tranſeunt, ſempiternis ignibus vſtulantur, quia originalis peccati rei ſunt, *cap. firmiſſime, ead. diſt.* Diritatem huius ſen-

ſententiae, *infantes, qui ſine Baptiſmo moriuntur, aeterna felicitate excidere*, abominamur. Baptiſmus ad ſalutem non eſt neceſſarius, neceſſitate medii. Vide commentationes ſaniorum Theologorum, qui reſpondent ad locum. *Gen. 17. v. 14.*

25. Sacramentum ſuo modo vocatur corpus Chriſti, non rei veritate, ſed ſignificante myſterio, *c. hoc eſt. diſt. 2. de conſecrat.* Panis eſt corpus Chriſti: Calix, ſanguis. Quae duo dicuntur ſacramenta, quia in iis aliud videtur, aliud intelligitur. *qui manducant. diſt. 2. de conſecr.* Gratia non conſumitur morſibus. *c. prima quidem. eadem diſt.* Vt quid paras dentem & ventrem? Crede & manducaſti. *cap. vt quid. ead.* Imo conſentio, inquit Berengarius, Sanctae Romanae & Apoſtolicae ſedi, & ore & corde profiteor, panem & vinum, quae in altari ponuntur, poſt conſecrationem, non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinem Domini noſtri IEſu Chriſti eſſe, & ſenſualiter non modo in Sacramento, ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari, frangi & fidelium dentibus atteri. *c. ergo Berengarius. diſt. 2. de conſecrat. c. omnia quaecunque. c. reuera. c. quid ſit ſanguis. c. accipite. eod.* Quam confeſſionem Americanis Barbaris, & Anthropophagis conuenientiorem eſſe, quam Chriſtianis, ſcribit Innocentius Gentiletus, *in Apolog. reform. Eccleſ. in Gal.* Quam tamen confeſſionis formulam Berengario (in quo homine Puſillanimitas & ἀντρωπαρέσκεια praeualuere) dictauit Nicolaus Papa, euertens naturam

ram & veritatem ſacramentorum. Panis in Euchariſtia eſt corpus Chriſti, ea ratione, qua Circumciſio eſt foedus, *Gen. 17. v. 10.* Agnus Paſcha, *Exod. 12. v. 11.* Baptiſma lauacrum regenerationis, *Tit. 3. v. 5.* Calix Euchariſticus Nouum Teſtamentum in ſanguine Chriſti, *Luc. 22. v. 20.* & Petra Chriſtus, *1 Cor. 10.* adeo vt *ibid. v. 3.* Patres in deſerto eundem cibum & potum ſpiritualem nobiſcum percepiſſe dicantur. Et a noſtris ſtare partibus vniuerſam antiquitatem, ab aliis luculenter oſtenſum eſt.

a 26. Donec Seculum finiatur, ſurſum eſt Dominus, & corpus eius, in quo reſurrexit, vno in loco eſſe oportet. *c. prima quidem. diſt. 2. de conſecr.* Cui repugnat *d. c. ergo Berengarius, & d. c. intra eccleſiam.*

27. Sacramentum eſt in aliqua celebratione, cum res geſta ita ſit, vt aliquid ſignificare intelligatur, quod ſancte accipiendum eſt, ſunt autem ſacramenta, Baptiſma, Chriſma, Corpus & ſanguis Chriſti *c. multi. 1. q. 1.* Plura ibi ſacramenta non enumerantur. Alibi tamen etiam matrimonium ſacramentis accenſetur, *c. ad abolendam. extr. de haeretic.* Quin ſeptem a Romanenſibus obtrudi Sacramenta, notius eſt, quam vt probari debeat. Quorum quinque ſunt commentitia. Vide Theologos.

28. *Comperimus, quod quidam ſumta tantummodo corporis ſacri portione, a calice ſacri cruoris abs-*

a Confer Actor. 3, v. 21.

abſtineant. Qui aut integra Sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia diuiſio vnius eiuſdemque Myſterii ſine grandi ſacrilegio non poteſt prouenire. cap. comperimus. diſt. 2. de conſecrat. & in cap. omne. ead. diſt. illud quod pro complemento communionis intinctam tradunt Euchariſtiam populis, nec hoc prolatum ex Euangelio teſtimonium recipit, vbi Apoſtolis ſuis corpus & ſanguinem commendauit. Seorſim enim panis & ſeorſim calicis commendati memoratur. b. His canonibus integritas Sacrae Coenae, ſub vtraque ſpecie exhibendae, perſpicue aſſeritur. Quibus alius iuris Canonici textus, quod ſciam, non aduerſatur, quam ſummarium *d. cap. comperimus.* quod enim capitulum de omnibus Chriſtianis dicit, manifeſto crimine falſi rubrica reſtringit ad ſacerdotem. Sed concilium Conſtantienſe vſum Calicis interdicit populo, ſeſſ. 13. non ſine euidenti ſacrilegio. Haec eſt leonina ſacrificulorum cum plebe partitio.

29. Carnium perceptio non eſt culpanda. *cap. qui Epiſcopus. diſt. 23.* Im poſtquam Chriſtus venit in fine temporum, carnes non comedimus, dicente Apoſtolo, bonum eſt, vinum non bibere & carnes non comedere. *cap. ab exordio. diſt. 35.* Audi lepidam ieiunii quadrageſimalis rationem. Oportet, inquit Gregorius, decimam totius anni dare Deo, conſtat autem anni decima quadraginta diebus, quare oportet nos totidem dies ieiunare.

cap.

b Luc. 22. v. 21. 1 Cor. 11. v. 25.

cap. quadrageſima. diſt. 5. de conſecrat. Adde Spanhem. *part. 3. dub. Euang. 53.*

30. Nemo tollit peccata niſi ſolus Chriſtus, qui eſt agnus tollens peccata mundi. *cap. nemo. diſt. 4. de conſecrat.* Filius Dei in carne peccati & ſoluit culpam & poenam. *cap. filius Dei. ibid.* cum quo non conuenit. *cap. antiquorum. extrau. de poenit. & remiſſ.*

31. Neſciunt mortui, quid hic agatur. *cap. fatendum. 13. q. 2.* Igitur non ſunt inuocandi, nec interceſſorum nomine compellandi. Obſtat *cap. ego Ludouicus. diſt. 63. Romani Pontificem eligunt interceſſione beati Petri*, verum inuocatio ſanctorum eſt purum putum commentum, quod inuictis argumentis ex verbo Dei petitis in procliui eſt probare.

32. In ſpiritualibus cauſis de calumnia iurari debet. *cap. 1. in fin. de iuram. calumn. in 6.* Imo Canones iuramentum calumniae in huiusmodi cauſis nulli prorſus inducunt. *cap. litteras. extr. eod.* vid. Sichardum *in rubr. C. de iuram. cal. n. 6.*

33. Orationes viuentium defunctis non proſunt. Id colligitur ex *cap. in praeſenti. 13. qu. 1.* Atqui animae defunctorum quatuor modis ſoluuntur: aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum. *cap. animae 13. q. 2.* Sed hoc fabuloſum eſt, vt & omnia, quae de Purgatorio commenti ſunt papicolae.

34. Manifeſta accuſatione non indigent. *cap. ma-*

manifeſta, 2. Manifeſta quippe ſunt opera carnis, fornicatio, immunditia &c. *cap. ſeq. 1.* Euidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris. *cap. euidentia. extr. de accuſation. cap. tua extr. de cohab. cleric. cap. ad noſtram. extra, de iureiur.* Imo nihil contra quemlibet absque legitimo & idoneo accuſatore fiat. Nam & Dominus noſter IEſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat: Sed quia non eſt accuſatus, ideo non eſt eiectus. *cap. nihil. 2. q. 1. cap. ſi quis poteſtatem. 23. q. 4. cap. non oportet. 3. q. 11. cap. nullus. 4. q. 4. cap. 1. extr. de accuſat.* Adde Dominic. Soto *lib. 5. de iuſt. & iur. q. 4. art. 3.* Ant. Matth. *tract. de crimin. p. 62. & ſeq.*

35. Probatio per feruentis vel frigidae aquae, ignitique ferri contactum, fabricante inuidia, ficta eſt. *cap. Mennam. 2. q. 5.* Nam ferri candentis vel aquae feruentis examinatione, confesſionem extorqueri a quolibet, ſacri non cenſent canones: *cap. conſuluiſti. 2. qu. 5. cap. ex tuarum. extr. de purgat. canon. cap. vltimo. extr. de purgat. vulg.* vbi ſcribit Honorius III. morem fuiſſe in Liuonia, vt, ſi iuſtis argumentis probari non poſſet crimen, probationis ergo, reus aut ferrum candens pedibus calcaret, aut in aquam feruentem manum immitteret. Sed ipſe hunc morem damnat. Imo accuſatus nec conuictus, feruente aqua, vel candente ferro ſe expurget. *cap. nobilis. 2. q. 5.* Quo probationis genere diu ſunt vſi Chriſtiani, ex cacozelia potionis zelotypiae, quum ſtupri inſimula-

tis

tis mulieribus Moyſes dari voluit. *Num. 5.* Cui *com. Feud.* Steph. Paſq. *4. des Recherches de France cap. 2. Cov. 4. reſ. 23.* Hot. *diſp. Feud. cap. 41.* PriſciFriſii hoc examinis vel purgationis iudicium Ketelſang, ab olla, vel cacabo, in quo aqua efferveſcebat, appellabant, teſte viro doctiſſimo Sibr. Siccama *not. ad Leg. Friſiorum tit. 14. de homine in turba occiſo. §. 3. verb. & ſe poſt ſacramentum iudicio Dei examinandum, ferventi aqua innocentem oſtendat.* Et in legibus Philippi Comitis Flandriae, quas Neoportuenſibus dedit, vulneris noctu illati reus, ſi ita ſcabinis videatur, ferro candente ſe expurgare iubetur.

36. Cum laici diebus Dominicis ſe lautius ingurgitent, non aliter ſe huius ſacri temporis obſeruationem ſuſcipere putantes cum venia, ſuo ingenio relinquendi ſunt, ne forte peiores exiſtant, ſi a tali conſuetudine prohibeantur. Inquit enim Salomo: Qui multum emungit, elicit ſanguinem, *cap. denique. diſt. 4.* Imo pernicioſa conſuetudo radicitus euellenda, *cap. mala. diſt. 8. Fac. Nou. 154.*

37. Intra quinque dies a lata ſententia appellandum. *c. propter. 2. q. 6.* Imo omnes appellationes poſſunt intra decem dierum ſpatium a recitatione ſententiae offerri. *cap. anteriorum. 2. q. 6.* Et hoc iure vtimur; *Nov. 23. cap. 1.* Non poſſum hic diſſimulare ſocordiam Gratiani, qui *d. cap. propter*, negligenter deſcripſit, ex legibus Theodoſianis, repetitis *lib. 5. ſentent. Pauli. tit. 33.* Quod enim

ibi dicitur de quinque diebus, ad ſponſionem faciendam, &, de certa poena, niſi iuſte appellatum ſit, cautionem, intra quintum, ab Apoſtolis acceptis, diem praeſtandam, pertinet. Sed hoc cautionis genus hodie ſublatum eſt. *l. eos.* §. *vlt. C. de appell.* Cuiac. *in not ad ſent. Paul. d. loc.* A. Auguſtinus1. emendat. 8.

38. Intra quinque dies a die prolatae ſententiae Apoſtoli, ſiue literae dimiſſoriae, ſunt poſtulandae. *cap. ab eo. 2. q. 6.* Imo intra triginta. *cap. ab eo. de appell. in 6. vid. l. iudicibus. 24. C. de appellation.* Cuiac. *24. obſ. 29.*

39. Auctoritate Gregori Magni, qui non longo poſt Iuſtinianum interuallo Pontificatum obtinuit, nec eius Nouellas ignorauit, Eccleſiae Romanae rebus quadraginta annorum lapſu praeſcribitur. *cap. volumus. 16. q. 4.* Nec Iulianus anteceſſor in ſua translatione *Nouell. 131.* Eccleſiam Romanam excipit a generali regula, de religioſis locis, & quadragenaria praeſcriptione ipſis competente. Referuntur Iuliani verba *in cap. neque 16. q. 4.* Imo venerandae Romanae leges per ora piorum Principum promulgatae, rerum eius praeſcriptionem non niſi per centum annos admittunt, inquit Iohannes VIII *in cap. nemo. 16. q. 3.* & Innocentius III. *in c. ad audientiam. 13. & cap. cum vobis. 14. extr. de praeſcript.* Vide Bonifacium VIII. *in c. ſecundo. de praeſcript. in 6.* Laudo Cuiacii 5. *obſeru. 5.* ingenuitatem: Cuius verba non piget adſcribere; *Quae,* inquit, *Eccleſiis vel aliis venerabi-*

bilibus locis, vel ciuitatibus competunt actiones, non excluduntur, niſi centum annorum praeſcriptione: l. vlt. C. de ſacroſ. eccleſ. quae ad Orientales Eccleſias pertinet. Ad Occidentales Nov. 9. & quidem omnes, nedum ad Romanam. Quod conuerſio Latina demonſtrat. Graeca forma deeſt, nec inuenitur in Baſilico. Omnes vero fatentur, a Nouell. 111. dictam l. vlt. corrigi, introducta in Eccleſiarum, caeterorumque locorum, pietati & Deo conſecratorum actionibus, quadraginta annorum praeſcriptione. Quaeſo cur etiam non fatentur, correctam Novell. 9. Eſt namque Nov. 111. poſterior. Nec eſt, quod Occidenti plus quam Orienti tribuatur. Et ita quoque ſentiunt ex noſtris interpretibus complures. Nec igitur placeat Irnerius, (qui perperam *auth. quas actiones. ſubiectae l. 23. C. de ſacroſanct. eccleſ.* hanc adiecit clauſulam: Sola Romana Eccleſia centum annorum ſpatio vel priuilegio gaudente.) *nec Pontificii (d. cap. audientiam. extr. de praeſcript. cap. nemo 16. q. 4.) iuris conditorum ſententia.* Caeterum quam *in d l. vlt.* rationem centenariae praeſcriptionis Iuſtinianus reddit, ratio non eſt. Ratio eſt, quam, ex Suida in Priſco Emeſeno, idem Cuiacius recitat in *πραγματεία de diuerſis temporum praeſcriptionibus & terminis cap. 32.* Obiter etiam obſerua Cuiacii candorem in re alia ſimili, in *cap. vigilanti. extr. de praeſcript.* Vbi Alexander III. Praeſcriptionis 30. vel 40. annorum, auctorem facit Epheſium quendam, vel vt legitur *ſec. tom. concilior.* Euphegium, ſi Diis placet, patruum Orige-

C 2 nis.

nis. *Hunc locum ſerua*, inquit Cuiacius *in eod cap. vt probes, quam cynici & fuſci olim fuerint, quaeue imperitia & incuria curiae Romanae.* Vide eundem *lib. 18. obſeru. 26.*

40. Iuramenta & cuiuscunque modi obligationes metu extortae, non ſunt ſeruandae. Dicit enim Dominus per Prophetam: Diſſolue colligationes impietatis. *cap. auctoritatem. 15. q. 6. cap. ad audient. 4. extr. de his quae vi metusque cauſſa fiunt. cap. verum. extr. de iureiur.* Quibus *c. refragantur c. ſi quis coactus. 22. q. cap. 5. ad aures noſtras. extr. de his quae vi metusque cauſſa fiunt.* Qua fronte autem & conſcientia iuſta etiam & legitima iuramenta Papa abrogat. *cap. alius. 15. q. 6.* Vbi Zacharias, Francos ſacramento, quo Regi Childerico adſtricti erant, ſoluit. At enim quod Pipinus Zachariae Papae auctoritate Rex factus eſſe dicitur in *d. c. alius.* nae, id a veritate hiſtorica alieniſſimum eſt. Vide Franc. Hotom. *in Franco-Gall. 6. & 13.* Vbi multis rerum argumentis & documentis adſtruit, ius illud omne & creandorum & abdicandorum Regum penes concilium Franco-Gallicum fuiſſe. At Alciat. in *l. 15. D. de V. S. Franci*, inquit, *Childerico eiecto, quod regno idoneus non eſſet, Pipinum πανκελτικῷ conſilio ſubſtituerunt.*

41. Non aliter legitimum eſt coniugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam foeminam dominationem habere videntur, & a quibus cuſtoditur, vxor petatur, & a parentibus ſponſetur: alioquin non eſt matrimonium, ſed ſtuprum, contubernium, adulte-

terium, fornicatio. *cap. aliter. cap. noſtrates. 30. q. 2. cap. honorantur. 32 q. 2.* Imo ſufficiat ſecundum leges ſolus conſenſus eorum, de quorum coniunctionibus agitur. *cap. ſufficiat. 27. q. 2. cap. cum cauſa. extr. de raptorib. cap. cum locum. 14. cap. cum apud. 23. extr. extr. de ſponſal. cap. per tuas, de condit. appoſ.* Alciatus etiam hanc canonum contrarietatem obſeruauit, *lib. 6. parerg. cap. 20. vbi ita: Videmus, iure Ciuili noſtro legitimas non fuiſſe nuptias, quas filii fam. inconſulto patre celebraſſent. l. Paulus. 11. D. de ſtat. hom. Inſt. de nupt. §. primo. Secundum quam legem vixere omnes, vsque ad Euariſti Pontificis tempora, qui & ipſe interrogatus Epiſtola ſecunda, cap. ſecundo reſpondet, has nuptias non valere, 30. quaeſt. 5. cap. primo. Et tamen aliud deinde ſucceſſoribus eius viſum eſt: nec in matrimonio, vtpote ſpirituali re, ad patriae poteſtatis vinculum attendi: quaeſtione ſecund. cap. ſufficiat.* Vide ſupra *Diſp. VI. Inſt. th. 22.*

42. Clandeſtina coniugia. (quae κλεψιγάμους quidam vocant) ſunt prohibita. *c. cum inhibitio. 3. extr. de cland. deſponſ.* Quod clandeſtina coniugia fieri non debeant, Euariſtus Papa ſtatuit. *princ. q 5. cauſae 30.* Sola tamen clandeſtinitate matrimonium non vitiatur, dummodo vterque ſe matrimonium clam contraxiſſe conſiteatur. *c. 1. & 2. d. t. de cland. deſp.* Quae non cohaerent. Ant. Matth. *Colleg. Pand.* Diſp. XXXIV. th. 17. adde Hotomann. *Diſp. de ſponſal. c. 5.*

43. Praeter commixtionem ſexuum, non ha-

bent in ſe nuptiae coniunctionis Chriſti & eccleſiæ ſacramentum. *c. cum ſocietas. 27. qu. 2. c. debitum. extr. de digam. non ordin.* Ergo mariti & vxoris coniunctio corporum non fit infeſto, aut male propitio numine. Imo illo tempore, quo coniugales actus geruntur, non datur praeſentia Spiritus Sancti, etiamſi Propheta eſſe videatur, qui officio generationis obſequitur. *connubia. 32. q. 2.* Haud multo lenius Tertullianus etiam loquitur *lib. 1. ad vxorem. c. 1.* vbi opus matrimonii appellat *dedecus voluptuoſum. Ne me putes*, inquit, *propter carnis integritatem mihi reuerſandam de contumeliae dolore ſuſpectum inſinuare iam hinc tibi conſilium viduitatis. Nihil tunc inter nos dedecoris voluptuoſi reſumetur.*

44. Frater adulterauit vxorem fratris. An frater inſons ad ſecundas nuptias conuolare poteſt? *Aff. c. quidam. 32. q. 7.* & generaliter repudiata adultera viro ius ducendi aliam, tribuit Ambroſius, *c. vxor. 32. q. 7.* cui aduerſantur *c. qualis. 30. q. 5. c. hi vero. c. quemadmodum c. fieri poteſt. 32. q. 7. c. per venerabilem. extr. qui fil. ſint legit. c. dixit Dominus. 32. q. 1.* ſecundum quos canones (ἀκάνονις) matrimonium adulterio & fornicatione, quoad thorum tantum & menſam ſoluitur, non etiam quoad vinculum; quod etiam Bellarminus prae aliis operoſe & prolixe quatuor integris capitibus XIV. XV. XVI. & XVII. lib. 1. de matrimon. probare conatur, ſed irrito prorſus ſucceſſu, vt oſtenſum a Cl. Theologis, Beza *tract. de diuort. p. 156.*

&

& ſeqq. Ameſio *Bellarm. eneru. tom. 3. lib. 7. c. 2. & 4. de conſc. c. 38.* Spanhemio *part. 3. Dub. Euangel. 150.* Adde Weſenbecium *parat. D. de diuort. n. 11.* (quem Colonienſes an. 1630. nefario auſu caſtrarunt. Moneo igitur ſtudioſos, vt editionem illam cane peius ac angue fugiant.) P. Martyrem 2. *locor. comm. 10. n. 28. & ſeqq.* Eraſmum *in ann. ad cap. 7. prioris epiſtolae ad Corinthios.* Friuolum autem eſt Lombardi commentum, qui *lib. 4. ſent. diſt. 35.* citato Ambroſii loco, *ex comment. ad d. cap. 7.* a falſariis & haereticis aſſutum quid eſſe fingit.

45. Non poteſt quiſquam vxorem ducere eam, quam adulterio polluit. *c. illud vero. 31. q. 1. c. vlt. extr. de eo qui dux. in matrim. quam per adult. poll. Nou. 134. c. 12.* Nihil obſtat *c. denique. de cauſ. 31.* Gratianus (cum quo etiam Lombardus impingit *lib. 4. ſent. d. diſt. 35. circ. fin*) mira quadam oſcitantia locum Auguſtini *de nupt. & concub. Denique mortuo viro, cum quo verum connubium fuit, fieri verum connubium non poteſt, cum quo prius adulterium fuit.* ſublata particula, *non*, protulit. Neque eſt, cur nos moueat Dauidis exemplum, qui Batſchebaham adulterio pollutam duxit, ipſius etiam marito proditorie occiſo. Beza *tract. de div. pag. 236. & ſeq.* Iacob. Charſanaeus 1. *de la recherche. c. 3.*

46. Conſentiente Patre, rapta nubere poteſt raptori. *c. tria legitima. 36. q. 2.* non poteſt. *c. placuit. c. de puellis. d. 36. q. 4.* Sed imo inuito etiam

patre poteſt, auctoritate Lucii Papae, *c. cum cauſa. extr. de raptor.* Et bonus Innocentius tertius reſpondit, *ſi puella inuita rapta fuerit, & poſtea conſentiat matrimonio raptoris, nuptias eſſe contractas. c. fin. eod.* in fauorem matrimonii ſcilicet, legibus omnibus diuinis & humanis violatis. Hieronymum *in d. c. tria legitima.* mouit *Deut. 22. v. 28.* quo loco verbum *prehendens.* ad vim refert, ſed male, cum loquatur lex de ſtupro non violento, repetatque ſanctionem iam ante poſitam, *Exod. 22, 16.* Ipſi quoque Pontificii, rei turpitudine victi, tandem ſententiae non nihil derogarunt. Nam *Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 16.* diſtinguit, vtrum rapta extra poteſtatem raptoris conſtituta conſenſerit, an in poteſtate: vt illo caſu matrimonium valeat; hoc non aeque. Vide de hac re P. Martyrem *in c. 21 Iud.* Bezam. *d. tract. de diuort. p. 239.* Treutl. *diſp. de nupt. in fin.* Ant. Matth. *Comm. d. crim. p. 505.*

47. Papa Deusdedit (per antiphraſin forte ſic dictus) viros ab vxoribus, qui natos proprios ex ſacro Baptiſmi fonte ſuſceperint, ſeparari vult. *c. peruenit. 30. q. 1.* Contra dicit Nicolaus Papa, *c. noſſe. d. 30. q. 1.* & recte quidem. *Matth. 5, 32. & 19, 9. Luc. 2 p. 22. & ſeqq.* Andr. Oſiander *in Papa non Papa loc. 15. de Baptiſmo.* Beza *tract. de diuort. p. 135 & ſqq.* Lombard. *4. ſent. diſt. 42.* Qui cognationem ſpiritualem compaternitate, quam vocant, contractam, nuptiis impedimento eſſe ſcribunt, abutuntur *Canone 53. Synod. 6. Conſtantinopolitanae* μείζονα εἶναι πνευματικὴν οἰκειότητα τῶν

σω-

σωμάτων συνζΦέιας. Fr. Rag. *in l. 26. C. de nupt.* Certe omnibus Chriſtianis hoc pacto fibulam imponi (vt Seneca & Lactantius loquuntur) conſequens eſſet, quando quidem cognatione ſpirituali omnes inter ſe coniuncti ſunt. Sed & ab ipſis Pontificibus haec nuptiarum prohibitio valde reſtricta hodie & coarctata eſt, *concil. Trid. in decr. de reform. matrim. c. 2.*

48. Secundae nuptiae ſunt licitae. *c. iſte. 32. q. 4. c. qui Epiſcopus. diſt. 24. c. honorantur. 32. q. 2. c. aperiant. 31. q. 1. 1 Cor. 7. 39.* Et tamen ſecundam vxorem accipere, ſecundum veritatis rationem, fornicatio eſt. *c. hac ratione. 31. q. 1.* Quam ſancta ſit bigamia, hinc oſtenditur, quod bigamus in clerum eligi non poteſt. *c. quomodo. 31. q. 1.* Vid. Theod. Bezam tract. de polygam. *p. 172. & ſeqq.* vbi diluit argumenta eorum, qui impugnant nuptias repetitas. Salmaſius *lib. 1. de Trapezit. fœn. p. 54. & ſqq.* Paulum Apoſtolum 1 Tim. 3. v. 2. δευτερογάμες arcere ab Epiſcopatu, ſcribit, iis argumentis motus, quibus olim Bellarminus pugnauit, ſed ea refutata vide ab Ameſio *Bellarm. eneru. tom. 2. lib. 2. c. 5.* & Beza *p. 186. & ſeq.*

49. Marito ab hoſtibus capto, vel peregrinante, quamuis iam per ſeptennium, vel longius abfuerit, non poteſt eius vxor, quae Domi remanſit, alteri nubere, priusquam de morte eius certum acceperit nuncium. *c. in præſent. 19. extr. de ſponſ. c. Dominus. 1. extr. de ſecund. nup.* cum hac autem certitudine mortis non conuenit, quod de veriſi-

mili praeſumtione obitus, ait Innocentius III. *in c. vlt. §. ſi autem de carnali coniugio. extr. vt lite non conteſt. non proc. ad teſtam. recept.* In praeſumtione non ineſt certitudo, ſed tantum coniectura probabilis ſeu veriſimilis. De hoc themate vide Spanhem. *part. 3. Dub. Euang. 148. p. 904. & ſqq.*

50. Errare dicit Alexander Papa II. eos, qui fratres & ſorores in ſecunda generatione locant. *c. ad ſedem. 35. q. 5.* Is autem eos in primo gradu locat. Contra ſecundo gradu continentur, tranſuerſa linea, frater & ſoror, *c. vlt. in princ. ead. cauſ. & quaeſt.* quod *cap. ex ſententiis Pauli. lib 4. tit. 11.* depromptum, Gratianus falſo adſcripſit Iſidoro, & foede interpolauit. Iuuat hic deſcribere initium capitis decimi libri primi ſubſeciuarum lectionum Anton. Contii: *Nunc vt maxima cum minimis conferam, cum Imperatore Monachum, cum legislatore Rhapſodum, cum Iuſtiniano Gratianum, locos ex eius Rhapſodia quosdam narrabo, ex quibus mihi perquam ſuſpecta eſſe coepit eius in citandis auctoribus fides. Equidem qua fide Canones conciliorum, & Pontificum Epiſtolas transſcripſerit, lubenter in praeſentiarum totam hanc cenſuram Theologis ceſſerim, ea, quae ad ius ciuile pertinent, tantum attingam, nam alterum mihi crimen falſi eſſe videtur, falſum, quod in altero deprehenderis, excuſare, vel diſſimulare, vt alterum parricidium recte dixit Papinianus, parricidium defendere, &c.*

51. Concilium Wormatienſe nuptias in linea tranſuerſa prohibet in infinitum, *c. in copulatione.*

35.

35. q. 2. Lugdunenſe vero, item Iulius, Gregorius, Papae, & Pſeudo-Iſidorus, ad ſeptimum gradum excluſiue: quoniam ſex aetatibus finitur mundi generatio, *c. nulli. c. nullum. c. de affinitate. 35. q. 4.* Innocentius III. vsque ad quartam incluſiue: quia quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis. *c. non debet. extra. de conſanguin. & affinit.*

52. Leo Papa & conciliumNeocaeſarienſe, Presbyterum ante triginta annorum aetatem ordinari vetant. *c. Presbyter ante. c quid eſt manus. c. ſi quis diſt. 78.* His aduerſatur Clemens V. Papa, *lib. 1. Clem. tit. 6. de aetate & qualitate & ordine praeficiendor. in fin.* vbi quem libere vigeſimo quinto aetatis ſuae anno ad Presbyteratus ordinem promoueri poſſe decernit. Quod ego admiſerim, dummodo & vitae integritas & doctrina neceſſaria MiniſteriiCandidatum commendent, id quod in ClaſſibusPaſtoritiis religioſius hodie obſeruari velim.

53. Fides quando promittitur, etiam hoſti ſeruanda eſt, *c. noli. 23. q. 1.* Hoſti, i. e. aduerſario cuicunque, ſiue religionis, ſiue regionis intuitu. ContradicitGregorius IX. Pontifex, *c. vlt. extra. de haeret.* cuius haec ibi ſunt verba: *Abſolutos ſe nouerint a debito fidelitatis, hominii, & totius obſequii, quicunque manifeſte prolapſis in haereſin, aliquo pacto, quacunque firmitate vallato tenebantur adſtricti.* Habet ille perfidiae ſocium Eugenium IV. Papam, qui Ladislao Hungariae Regi auctor fuit, vt pacem cum Turcis factam violaret, ſed exitu infe-

feliciſſimo. *ann. 1444. Chron. Carion. lib. 5. p. 846. & ſeq.* quo de alibi dictum fuſius.

54. Iurisdictionis praeuentio vel ſola citatione inducitur, *c. gratum. 20. extra. de offic. deleg.* Imo litis demum conteſtatione. *c. relatum. 19. eod.* vnde fabella de Azone, capitulum gratum, & capit. *relatum*, eum feciſſe vituperatum, eo quod non inſpecto *c. gratum.* litis tantum conteſtatione iurisdictionem perpetuari, ex *c. relatum* ſtatuerit.

55. Teſtamentum coram tribus vel duobus teſtibus conditum valet, quia ſcriptum, in ore duorum vel trium teſtium ſtare omne verbum. *c. cum eſſes. extra. de teſtam.* cui *capit.* non conuenit cum *c. praeſul. 2. q. 4.* vbi conſtitutum, vt praeſul, i. e. Cardinalis Epiſcopus, non damnetur, niſi teſtibus 72. Presbyter Cardinalis 44. Si enim idcirco plures quam duo aut tres teſtes in Teſtamentis exigi non debent, quia ius diuinum in ore duorum aut trium collocat omne verbum; *Deut. 19, 15. Matth. 18, 16.* Cur Pontifices LXXII. teſtes requirunt ad conueniendum Cardinalem? Cur XLIV. ad conuincendum Presbyterum? cum Paulo, cuius ſucceſſores ſe iactant, ſufficiant duo aut tres. *1 Timoth. 5, 19.* vid. Dn. Matthaeum *comm. de crimin. pag. 741.*

56. Torneamenta, haſtiludia, heplomachias prohibet Clemens V. Papa. *c. vn. extra. de torneam.* Permittit Ioh. XXII. *extrau. eod.* Limnae. 6. *de iur. publ. c. 15. p. 171.*

57. Non plectitur capite, qui foetum inanimatum

tum medicamentis abegit. *c. quod vero. c. Moyſes. c. ſicuti. 32. q. 2.* Cum quibus non admodum concordat *c. conſuluiſti. 2. q. 5. qui conceptum in vtero per abortum deleuit, homicida eſt.* nec *c. ſi aliquis. extra. de homicid. Qui homini aut mulieri aliquid fecit vel ad potandum dedit, vt non poſſit generare, aut concipere, vel ſoboles naſci, vt homicida tenetur.* Vide *diſput. noſtr. ad Inſt. de publ. iudic.*

58. Concupiſcentiam non noſſem peccatum, niſi lex dixiſſet: Non concupiſces *c. concupiſcentiam. extr. de conſtit. ex c. 7. ad Rom. v. 7. 9. & 19.* Primus concupiſcentiae motus ſiue affectus inordinatus eſt peccatum, quia eſt ἀνομία. *1 Ioh. 3, 4.* & praecepto X. Decalogi prohibitus. Aduerſatur *c. penſandum. diſt. 6.* quo definitur, eam demum concupiſcentiam eſſe peccatum, quae cum delectatione eſt coniuncta. Sed quantum huic Canoni ſit deferendum, ex inſcriptione (palea) promptum eſt iudicatu. Adde Ameſium *Bellarm. eneru. tom. 4. lib. 2. c. 3.* P. Mart. *2. locor. comm. 14.* Io. Caluinum *3. inſt. 3. ſect. 12. & ſeq.* Vrſinum *explic. Catechet. 4. CXIII.*

Ioh.

Ioh. Iac. Wissenbach, IC.

DIFFERENTIAE IVRIS CIVILIS ET CANONICI,

Ad ſeriem Inſtitutionum.

§. I.

IVs Ciuile. Minor annis 25. at Maior annis 17. poteſt eſſe procurator ad litem, §. *iuſtae.* 5. *Inſt. quib. ex cauſ. manum. non lic. l. ſi collectaneus.* 13. *D de manum. vind. arg. l.* 1. §. 3. *D. de poſtul.* quod in vſu forenſi obſeruatur. Sand. 1. *Deciſ.* 3. *def.* 3. Diſſ. *Doctores communiter.*

Ius Canonicum. Ad iudicia, niſi maior 25. an. fuerit, procurator deputari nemo poteſt. *c. qui generaliter.* 5. *in fin. de procuratorib. in* 6. Cuiac. 22. *obſ. Faceſſat,* inquit, *longe error Doctorum, tametſi Pontificii decreti auctoritate donatus in cap.* 5. *de procur. in* 6. *ſicut & alii plerique eorum hominum errores tranſierunt in decreta, vel mores, & inſtituta regionum.*

2. Ius Ciuile. Iuſtas nuptias inter ſe Ciues Romani contrahunt, *pr. Inſt. de nupt.* Inter ſeruos non contrahitur matrimonium, ſed contubernium. *l.* 14. §. *idem.* 3. *D. eod. l.* 3. *de inceſt. nupt. l.* 11. §. 1. *D. ad Leg. Iul. de adult.*

Ius Canon. Inter Seruos contrahuntur matrimonia, *c.* 1. *& tot. tit. extra. de coniug. ſeruor.* Olden-

pendorp. *Claſſ. 4. act. 27.* Treutl. *vol. 2. Diſp. 6. th. 4. lit. g.*

3. Ius Ciuile. Conſenſus parentum, in quorum poteſtate liberi ſunt, neceſſarius eſt contrahendis nuptiis *d. princ. Inſt. de nupt. l. 2. D. eod.*

Ius Canon. Secundum Canones nouos conſenſus parentum neceſſarius non eſt. *c. ſufficiat. 27. q. 2. c. cum cauſam, extra. de raptor.* Petr. Martyr. *Claſſ. 1. locor. comm. cap 10.* Weſenb. *in Par. D. de rit. nupt. n. 3.* Alciat. *6. parerg. 20.* Sand. *2. deciſ. 1. defin. 4.* Et ita Concili Tridentini Patres decreuerunt, *de reform. matrim. c. 1. ſeſſ. 24.* Sleidan. *lib. 20. comment. p.* (*mihi*) *369.* de hac quaeſt. Vide D. Ameſ. *Bellarm. eneru. tom. 3. lib. 7. c. 3.*

4. Ius Ciu. Permiſſae ſunt nuptiae conſobrinorum. § *duorum. 4. Inſt. de nupt. l 3. ff. eod. l. 78. §. filiam. ff. ad SC. Trebell. l. celebrandis. 19. C. de nupt.*

Ius Can. Veritae ſunt nuptiae conſobrinorum. Ius enim Canonicum collocat conſobrinos in gradu cognationis ſecundo, *c. adſedem. c. parentelae. 35. q. 5.* in quo adeo nuptiae hoc iure ſunt prohibitae, vt nec in tertio & quarto gradu permittantur, quia (inepta ratio; quam ingenioſo commento Bellarminus incruſtare ſatagit, *de matrim. c. 29.* quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis. *c. non debet. extra. de conſanguin. & affin.*

5. Ius Ciuile. Inter praecepta legum matrimonialium, de quibus in *tit. Inſt. de nupt.* nullum eſt, quod iubeat dotem conſtituere. Matrimonium pot-

poteſt eſſe ſine dote. *l.vlt. in pr. C. de donat. ante nupt. l. vlt. C. de repud. Auth. praeterea. C. vnd. vir & vx.*

Ius Canonicum: Nullum ſine dote fiat coniugium. *c. nullum. 6. cauſ. 30. q. 5.* Giphan. *in l. 1. de dot. promiſſ.* P. Martyr. *2. loc. comm. 10.* vbi: *hunc canonem*, inquit, *minime admiſerim, permulti quippe ſunt & fuerunt, qui omnino indotatas duxerunt, & quidem tantae probitatis & auctoritatis, vt eorum facta damnare, cum ſacrae litterae non obſtent, videatur admodum temerarium; neque mulieribus, quae indotatae fuerint, matrimonium, ſi eo opus habeant, negandum vllo modo cenſeo. Paulus deinde teſtatur, matrimonium Chriſti cum Eccleſia coniunctionem adumbrare; vnde ſi veritas eius reſpiciatur, Eccleſia nihil habuit, quod Chriſto nomine dotis offerret, imo potius, quemadmodum* Ezechiel docet, *a Deo reperta eſt in ſanguinibus & cœno volutata. Ezech. 16, 30.*

6. Ius Ciuile. Concubinatus eſt permiſſus. *arg. §. vlt. Inſt. de nupt. l. 3. & t. t. D. de concub.* Cui. *5. obſ. 6.* Gudel. *5. de iur. nou. cap. 18.* Hotom. *comm. verb. iur. voce concubina.* Forſter. *6. de ſucceſſ. ab inteſt. c. 4.* Bachov. *ad Treutl. vol. 2. diſp. 16. th. 3. lit. A.*

Ius Can. Concubinatus eſt vetitus, *c. nemo. c. dicat aliquis. 32. q. 4. c. ſicut. ext. de cohab. cleric.* Diff. Hotom. *in Diſp. de ſpur. & legitim. c. vlt.*

7. Ius Ciuile. Pubertas aeſtimatur ex annis: in mare ex anno XIV. in Fœmina ex an. XII. *princ. inſt.*

Inſt. quib. mod. tut. fin. l. vlt. C. quand. tut. vel cu-rat. eſſ. deſ.

Ius Canonicum. Pubertas aeſtimatur ex habitu & conſtitutione corporis. *c. puberes, 3. extra, de ſponſal.*

8. Ius Ciuile. In vſucapione ſufficit, bonam fidem habuiſſe ab initio,quo tempore res fuit tradita, *l. iuſto. 44. §. 2. D. de vſucap.* Mala fides ſuperueniens non iterrumpit vſucapionem ſemel bona fide coeptam. *l. 48. ∬. 1. D. de acquir. rer. dom. l. vn. C. de vſucap. transform. §. diutina. 12. Inſt. de vſucap.*

Ius Canonicum. Oportet, vt qui praeſcribit, in nullo tempore habeat conſcientiam rei alienae, *c. vlt. ext. de praeſcript. c. poſſeſſor. 2. de R. Iur. in 6.* qui canones etiam derogant reſponſo Pauli *in l. 2. §. 19. D. pro emt. ſi defunctus bona fide emerit, vſucapietur res, quamuis heres ſciat, eſſe alienam.* Mynſ. *4. obſ. 6.* Gail. *2. obſ. 18. n. 6. & 10.* Pinell. *in auth. niſi tricennal. C. de bon. matern. n. 56.*

9. Ius Ciuile. Qui rem quamcunque a Fiſco emit, ſtatim ſecurus eſt. *§. vlt. Inſt. d. t. de vſucap.*

Ius Canonicum. Qui rem Eccleſiae a Fiſco emit, ſecurus non eſt: quin imo Eccleſiae eam reſtituere compellitur. *c. 2. extra. de reb. Eccleſ. alienand. vel non.*

10. Ius Ciuile. Iure Fori Donatio ob natos poſtea liberos non reuocatur. *arg. ∬. 2. Inſt. de donat, l. ſi vnquam. 8. C. de renoc. donat.*

Ius Can. Iure Poli reuocatur, *c. quicunq. 17. q. 4.*

11. Ius Ciuile: Maritus dotem alienare nequit, nec ſi vxor conſentiat, *princ. Inſt. quib. alien. lic.* vel iurata. *l. non dubiam. 5. C. de legib.*

Ius Canon. Hoc iusiurandum ſeruandum. *c. licet mulieres. 2. de iureiur. in 6.* Couarruv. *ad c. quamuis. de pact. in 6.* Perez. *in tit. C. de fund. dotali. n. 9.*

12. Ius Ciu. Teſtamentum continet teſtationem mentis teſtatoris, non alterius. *pr. Inſt. de teſtam. ordin. l. 1. D. eod.* Vltimam voluntatem committere diſpoſitioni alterius, eſt ἄλογον. *l. illa inſtitutio. 32. D. de hered. inſtit. in princ.*

Ius Canon. Eſt εὔλογον. *c. cum tibi. 13. extra. de teſtam.*

13. Ius Ciuile. Septem teſtes in teſtamentis ordinandis requiruntur. *§. ſed cum paulatim. 3. Inſt. de teſt. ord. l. hac conſultiſſima. 21. C. eod.*

Ius Canon. Sufficit, in praeſentia duorum aut trium teſtium Teſtamentum factum eſſe, *c. cum eſſes. extr. de teſtam.* quod in terris Imperii non obtinet. Vigl. *ad §. ſed cum paulatim. Inſt. d. t. n. 16.* Moller. *3. ſem. 14.*

14. Ius Ciu. Filiusf. non poteſt teſtamentum facere, permittente patre, ne quidem ad pias cauſas. *princ. tit. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.*

Ius Canon. Poteſt filius, cum cauſae pietas ſuadet, de qualicunq; aduentitio, atque etiam fortaſſis profectitio cum patris conſenſu teſtamentum

fa-

facere. *c. licet. 4. de ſepult. in 6.* Vigl. *ad. d. princ. n. 17.* Perez. *in tit. C. qui teſtam. fac. poſſ. n. 8.*

15. Legatum rei alienae valet. §. *4. Inſt. de leg.* An ſecus Iure Canonico? Neg. *c. ſi Epiſc. 12. q. 5.* Non obſtat *c. filius. 5. extra. de teſtam.* Fachin. 5. *controu. 38.* Perez. *in tit. C. de legat. n. 13.* Diſſ. Accurſ. Sichard. *in l. 10. C. eod.* Giphan *ad l. 20. eod.* Bachou. *in not. ad parat. Weſenb. de leg. 1. n. 6. ſibi contrarius comm. ad d. ſſ. 4. n. 6.*

16. Ius Ciuile. Filius fideicommiſſo grauatus non poteſt duas quartas detrahere, Legitimam; qua eſt filius, & Trebellianicam, qua eſt grauatus. *arg. §. 5. Inſt. de fidei commiſſ. hered. l. 11. C. ad Leg. Falcid. l. 6. C. ad SC. Trebell.*

Ius Can. Poteſt has duas Quartas detrahere. *c. Raynutius. extr. de teſtam. Gail. 2. obſ. 121. n. 6.*

17. Ius Ciuile. Inceſtuoſi, nefarii, adulterini, & ex ſtupro nati liberi, ne alendi quidem ſunt a parentibus. *N. 89. c. vlt. Auth. ex complex. C. de inceſt. nupt.*

Ius Can. Sunt alendi. *c. cum haberet. 5. in fin. extra. de eo, qui dux. in matrim. quam per ad. poll.* Gabr. Paleot. *de noth. & ſpur. cap. 46.*

18. Ius Ciuile. Patrueles diſtant inter ſe gradu quarto. *ſſ. 4. d. t. de grad. cogn.*

Ius Can. Diſtant inter ſe gradu ſecundo, *d. c. ad ſedem.* vbi Pontifex nouum & inauditum errorem vocat, conſobrinos in gradu quarto collocari, neque ita numeraſſe SanctosPatres. Rem ſecus ſe habere, manifeſto liquet ex Epiſtola Ambroſii 66.

ad Paternum. *Quid eſt*, inquit, *quod dubitari queat, cum lex diuina etiam patrueles fratres prohibeat conuenire in coniugalem copulam, qui ſibi quarto ſociantur gradu?*

19. Ius Ciu. Actio L. Aquil. non datur in heredes. §. *9. Inſt. de L. Aquil.* Quaero igitur: Hodie, cras, perendie, poſt menſem, poſt annum moritur, qui damnum dedit, quis damnum ſarciet? Homericus Vtis. i. e. Nemo.

Ius Canonicum. Heres pro viribus hereditariis damnum ſarcire tenetur. *c. in literis. 5. extra. de raptor. c. tua nos. extr. de vſur. c. parochiano. vlt. extra. de ſepult. cap. ſi Epiſcopum. 16. q. 6.* Gail. 1. *de pac. publ. c. 20. n. 21. & ſeq.* P. Fab. *in l. 87. D. de Reg. Iur. num. 19.* Vaſq. 3. *Controu. cap. 96. num. 28.* Gomez. *3. reſol. de delict. cap. 1. n. 85. in fin.* Fachin. *9. controu. 5.*

20. Ius Ciuile. Poena libelli famoſi eſt capitalis, *l. vn. C. de libell. famoſ.* quam Interpp. recte videntur reſtrinxiſſe ad eiusmodi libellum, quo grauia & capitalia crimina alicui obiiciuntur ab eo, *qui ſaeuitiae iudicum, aut principis adrepere ſatagit*, vt loquitur Tac. 1. *annal.* Bachou. *in not. ad parat. Weſenb. de iniur. n. 19.*

Ius Canonicum. Qui in alterius famam publice ſcripturam aut verba contumelioſa confinxerit, & repertus ſcripta non probauerit, flagelletur: & qui ea prius inuenerit, rumpet, ſi non vult Autoris facti cauſam incurrere, verba ſunt Hadriani Papae

in

in cap. qui in alterius. 5. quaeſt. 1. vid. Ioachimus Beuſt. *in l. 9. §. ſi damnetur. D. de iniur.*

21. Ius Ciuile. Publiciana actio vindicat rem nondum vſu captam, quaſi vſucapta ſit, §. *namque ſi cui. 3. Inſt. de action.* Fundamentum Publicianae eſt Vſucapio.

Ius Canon. Mala fides ſuperueniens interrumpit vſucapionem. *c. vigilanti, & c. fin. extr. de praeſc.* Ergo hactenus ſaltem actio Publiciana Iure Canonico ſublata eſt. Diff. *Dd. communiter, quos ſequitur Schneid. ad §. ſed iſtae. 3. Inſt. d. t. n. 56.* Ex alio capite redintegratio rei tentanda.

22. Diuiſio Actionum in bonae fidei & ſtricti Iuris, *§. actionum autem. Inſt. de action. l. 32. §. in bonae fidei. D. de vſur. l. 22. D. de Donat.* Canonico ſublata non eſt, *c. cum venerabilis, extr. de except. c. fin. extr. Depoſ.* Alciat. *in l. 30. D. de reb. cred. n. 6.* Ant. Fab. *9. error. pragm. 1.* Goedd. *de contrah. ſtip. cap. 8. n. 24.* Sarmient. *3. ſelect. interpr. c. 3.* Bronch. 1. *miſcell. 54.* Diff. Bald. *in c. vn. extra. de plus pet.* Iaſon *in d. §. actionum autem. 28.*

23. Ius Ciuile. Heres ex delicto defuncti non tenetur, *§. 1. Inſt. de perpet. & temp. act.* niſi quatenus ad eum peruenerit, *l. ſi homin. 7. §. 1. D. Depoſ.* aut niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata. *l. poenalia. 164. D. de R. I. §. 1. Inſt. de perpet. act.*

Ius Canon. Heres indiſtincte tenetur, etiamſi nihil ad eum peruenerit, neque lis conteſtata ſit: ſed non vltra vires hereditarias, *c. ſi Epiſcop. 16. q. 6. in*

ſ. in literis. extr. de raptor. Iud. Clar. *quaeſt. 51. n. 16.* Boſſ. *de poen. n. 34.* Didac. Couarr. 3. *reſol. 3.*

24. Ius Ciuile. Infamis poteſt eſſe procurator. §. *vlt. Inſt. de except.*

Ius Canon. Infamis perſona nec procurator eſſe poteſt, nec cognitor. *c. infamis. 3. quaeſt.* 7. Don. *18. comm. 3.*

25. Ius Ciuile. Iudicia, petitorium & Poſſeſſorium coniungi & cumulari non poſſunt. §. *retinendae. 4. Inſt. de interdict. l. ordinarii. 13. C. de Rei Verb. l. incerti. 3. C. de interdict.*

Ius Canon. Imo poſſunt. *c. paſtoralis. c. cum dilectus, extra. de cauſ. propr. & poſſ. c. ſignificauerunt, extra. de teſtib.* Don. & Giphan. *in d. l. incerti. 3.*

26. Ius Ciuile. A ſententia in Poſſeſſorio iudicio lata appellari nequit. *arg. d. §. retinendae. 4. l. vnic. C. ſi d. moment. poſſeſſ. appell. ſit.*

Ius Canon. Poteſt appellari. *c. ex conquaeſtione, de reſtitut. ſpoliat. d. c. ſignificau. de teſtib. c. vn. clem. 1. de ſequeſtr. poſſ.* Mynſ. *6. obſ. 13.*

27. Ius Ciuile. Obſeruare debet iudex, ne aliter iudicet, quam legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt. *princ. Inſt. de offic. iud.* Iuſtam ergo ferre debet ſententiam. Iniuſtae ſententiae nulla vis, nullus effectus. *l. 1. & t. t. D. de appellat.*

Ius Canon. Iudex ordinarius iubetur ſententiam a delegato latam, quamuis iniuſtam & iniquam, executioni mandare. *c. paſtoralis. 28. c. quia vero*

vero. de offic. deleg. *Trepidant*, inquit ibidem Gloſſa, *& timent, vbi non eſt timendum, pronuntient libere, & deponant conſcientiam laeſam.*

28. Ius Ciuile. Adulterium capitali ſupplicio vindicatur. §. *item Lex. Iulia. 4. Inſt. de publ. iud. l. 50. ∫. 1. C. de adult.*

Ius Canonicum. Adulterium inter minora delicta refertur. *De adulteriis*, inquit Alexander III. Pontifex, *& aliis criminibus, quae ſunt minora, poteſt epiſcopus cum clericis, poſt peractam poenitentiam, diſpenſare. c. etſi clerici. extra. de iud.* Verum quis ſententiae tam impudenti, tam impiae det plauſum?

29. Ius Ciuile. Homicidium, Parricidium, Raptus virginis, Capitalia ſunt crimina. §. *5. 6. 8. Inſt. d. t. de publ. iud. l. vn. C. de rapt. virgin.*

Ius Canonicum. Hoc iure poena capitalis iſtis criminibus non irrogatur, ſed poenitentia ſeptem annorum. *c. hoc ipſum. 33. q. 2. verſ. hoc autem.* Conf. *c. reos. 23. q. 5. c. inter alia. 6. extra. de immun. eccl. c. clerici 4. extr. de exceſſib. praelat.*

IOACHIMI HASSAEI

DIFFERENTIAE IVRIS CIVILIS ET CANONICI,

Ad ſeriem Pandectarum.

DIFFERENTIA I.

De Legibus.

Religioſiſſimus imperator noſter Iuſtin. *in Nou. 83. c. 1.* inquit: Non dedignari LL. ſacras & diuinas Regg. imitari. Quod effatum de nullis aliis, quam veterum Synodorum Canonibus intelligi debet. *arg. Nou. 131. c. 1.* Sed hac Iuſtin. ſententia Praeſul Romanus abutitur, *in c. ſuper. 28. extr. de priuil.* vbi non ſine diminutione Maieſtatis Imperii & Impp. ſuas Decretales auſus fuit praeponere ſacratisſimis Impp. Legibus: &, quod magis eſt eas pro famulis ſuis habere. Sic etiam gloriatur, ſe mundanis Legibus non obſtringi. *c. 6. q. 2. 33.* Legibus igitur Impp. tum demum vtendum eſſe ſentit, cum non repugnant ſacris Canonibus, teſte Gratiano *in prooemio cauſ. 15. q. 3. ante can. 1.* Hanc vero interpretationem a mente Legislatoris eſſe alienam, nemo non videt; adeoque optime ab Impp. cogitata hoc loco peſſime cadunt.

2. Pontifex Romanus ſe legibus ſolutum, & de plenitudine poteſtatis de iure poſſe ſupra ius diſpen-

penſare ſtatuit. *c. ſignificaſti, extr. de for. comp.* & ſuo ore propriaque autoritate cauſam ſuam iudicare. *c. nunc autem. 7. diſt. 21. c. vnam ſanctam. 1. ibi: teſtante Apoſtolo.* Sed Imp. licet ſit Legibus ſolutus, *l. Princ. 31. ff. h. t. N. 105. c. 2. in fin.* ſe tamen legibus ſubmittit, *l. digna vox. 4. C. h. t. l. ex imperf. 3. C. de teſtam. l. fin. ff. eod. l. res quae. 22. §. 2. de iure fiſc.* nec patitur, quemuis ſibi ipſi eſſe iudicem, *l. vn. C. ne quis in ſua cauſ.*

De officio eius, cui mandata eſt iurisdictio.

3. Ea quae ſpecialiter Lege, vel SCto, vel Conſtitutione Principum tribuuntur, delegari non poſſunt, nec mandata iurisdictione tranſeunt. *l. 1. in princ. & §. mandatam. ff. h. t.* Vnde imperium merum delegata iurisdictione non continetur, ſed per ipſorum, quibus ea propter induſtriam & iuſtitiam commiſſa ſunt, opinionem expediri & iudicari debent, *l. 6. pr. ff. de offic. proconſ. l. 70. de Reg. iur.* Et hoc iure Canon. non puto mutatum eſſe cum Dn. Scip. Gent. *l. 3. c. 29.* Fachin. *9. contr. 99.*

4. Iure Ciu. non poteſt iudex ordinarius totam cauſam alteri delegare, ſed oportet coram illo litis conteſtationem fieri, probationes produci, ſententiam dici, appellationes recipi; caetera tamen cognoſcendi membra aliis poſſunt propter legitima impedimenta committi. *N. 60. c. 2. Auth. ad haec. C. de iudic.* Iure Can. vulgo traditur, Iudicem licite poſſe & principium, & medium, & finem alii delegare. *c. ſuper. 27. §. intentionis. extr. de offic. & poteſt. deleg.* Verum *d. cap.* non de quouis iudice

eſt exaudiendum, ſed tantum de delegato Papae: id quod euidenter innuunt verba *ibi: delegatus a nobis*. De ſimili loquitur. *§. item cum. cap. paſtoralis. 28. extr. d. t.*

5. Iure Ciuili poteſt iurisdictio iudicis delegati conſenſu litigantium prorogari, de perſona ad perſonam. *l. 1. de iudic. l. 1. C. de iurisd. omn. iud.* Sed non poteſt de iure Can. *c. 40. extr. de offic. deleg.*

6. Iure Ciuili iurisdictio delegata tam per mortem delegantis, quam delegati, finitur re adhuc integra; h. e. ante litis conteſtationem *l. 6. de iurisdict. l. more. eod. l. amplius. ff. Rem ratam hab.* Quia vero per litis conteſtationem res deſinit eſſe integra, conſequens eſt, vt etiam poſt litem conteſtatam iurisdictio delegata non finiatur, ſed perpetuetur. Iure autem Can. ſola citatio ante mortem delegantis facta ſufficit ad perpetuandam illam. *c. gratum 20. extr. de offic. deleg. conſ. th. 32.*

De Iurisdictione.

7. Locus contractus Iure Ciu. tribuit forum, ſi quis ibi reperiatur, *l. 2. §. 4. l. 19. in pr. l. 45. de iudic.* Nec quicquam in eo mutatum reperio iure Can. *c. 1. §. 1. de for. comp.*

8. Iure Ciu. iudicium ſeu forum poteſt conſenſu litigantium competens fieri prorogatione, ſc. de perſona ad perſonam. *l. 1. 2. ff. de iud. l. 145. h. t.* Sed iure Can. excepti ſunt Clerici, quibus non eſt permiſſum, in iudicem non ſuum conſentire, niſi forte

forte ſit perſonaEccleſiaſtica,in quam volunt prorogare, & Epiſcopi Dioeceſani voluntas accedat. *c. ſignificaſti. 18. de for. comp. c. non liceat. 14. q. 6. 3. c. 1. q. 2. 9.*

9. Hac occaſione quaedam de priuilegio fori Clericis dato adiicere placet; vbi certe aliquot gradus mutatiiuris obuiam eunt,vt quaſiEuripum quendam in perpetuo fluctuantem motu repraeſentet ars aequi & boni. Sed omnis difficultas, & tortuoſa iuris flexibilitas, hoc, tanquam gladio Delphico, dirimi poteſt remedio. I. Tenebantur Clerici etiam inuiti cauſam dicere apud iudicem ciuilem. *l. omnes. 33. l. iubemus. §. omnes. C. de Epiſc. & Cler.* II. Poterant quidem apud iudicem ciuilem conueniri, ſed tantum volentes & renunciantes tacite vel expreſſe priuilegio fori. *l. ſi quis. 51. C. de Epiſc. & Cler. l. 29. C. de pact.* III. Iure Nouell. in cauſa quidem CIVILI apudEpiſcopum, a quo tamen ad ciuilem appellabatur, *N. 123. c. 21.* Epiſcopo autem nolente aut nequeunte iudicare, apud ciuilem debebant conueniri. *d. N. 123. c. 21. §. 2. N. 83. in praef. §. 1.* In cauſa CRIMINALI, ſi delictum ſit ciuile, coram iudice ciuili, *d. N. 83. in praefat. §. 2.* ſi Eccleſiaſticum, coram Epiſcopo lis peragebatur, *d. N. 83. c. 1. & N. 23. c. 21. §. 2.* IV. Fridericus II. Imp. in gratiam Honorii III. Pontificis prohibuit, ne quis vllam Eccleſiaſticam perſonam auderet trahere ad iudicium ſeculare, ſiue criminalis,ſiue ciuilis eſſet quaeſtio. *Vide Conſt. Frider. in fin. Conſuet. Feud. quae incipit, in die qua.*

§. ſta-

§. ſtatuimus. Auth. ſtatuimus. C. de Epiſc. & Cleric. V. Iure Can. introductum, vt omnino prohiberentur Clerici & Eccleſiaſtici coram Magiſtratu politico litem agere tam in criminalibus, quam ciuilibus, etiamſi priuilegio fori Eccleſiaſtici renunciare vellent. *c. diligenti. 12. extr. de for. comp. c. ſignific. 18. eod. c. vn. de Cler. coni. in 6.* Quae correxerunt *d. l. 21. C. de Epiſc. & Cler. d. l. 28. C. de pact.* Quanti autem ſint ponderis rationes, quibus Pontificii tales renunciationes improbant, vide *Rittersh. 5. diff. c. 4.*

10. Iure Ciu. cauſa incidens coram eodem iudice poteſt cognoſci, tametſi alioquin ad ipſius iurisdictionem non ſpectaret, *l. 23. C. de ordin. cogn. l. 3. C. de iudic.* ne ſcilicet cauſae continentia diuidatur. Multa enim per conſequentiam fieri permittuntur, quae principaliter prohibentur. At iure Canon. iudex ſecularis non poteſt cognoſcere de cauſa ſpirituali ſeu Eccleſiaſtica, ne quidem incidenter, ſed cogitur illam transmittere ad iudicem Eccleſiaſticum, ſuſpenſo interim iudicio ciuili. *c. tuam. 3. extr. de ordin. cogn. c. ſi iudex. 12. de ſent. excomm. in 6. c. 7. extr. qui fil. ſunt legit.*

De in ius vocando.

11. Filius fam. Patrem ſine venia & permiſſu Praetoris de iure Ciu. in ius vocare non poteſt. *l. 4. h. t.* Et hoc nullibi legitur iure Canon. mutatum fuiſſe, quod tamen plenis buccis vulgo Dd. docent, allegantes ad hoc *cap. quaeritur. 36. q. 7. 2. & c. prohibent. 14. q. 12.* quae tamen ſecundum iuris Ciuilis diſpo-

diſpoſitionem oppido intelligi queunt; imo *d. c. probibentur.* ad verbum extat *in l. qui accuſare. 8. cum ſeqq. ff. de accuſ.*

12. Filius fam. ſine permiſſu & conſenſu patris non habet legitimam in iudicio ſtandi perſonam. *l. fin. in pr. verſ. neceſſitate. C. de bon. quae liber.* Exceptis paucis caſibus, quibus ei dantur vtiles actiones, de quibus *in l. ſi longius. 18. ff. de iud.* Sed iure Can. in cauſis beneficialibus & ſpiritualibus, quibus etiam accenſentur matrimoniales, abſque interuentu & conſenſu patris poteſt in iudicio verſari, modo aetatis annum decimum quartum exegerit. *c. accedens. 10. extr. de procur. c. ſi annum. fin. de iud. in 6.*

13. Miſerabiles perſonae (vt ſunt pupilli, viduae, aegroti &c.) non poſſunt extra prouinciam, in qua degunt, quouis pacto in ius trahi. At contra ipſae poſſunt alios apud Principem conuenire. *l. 1. C. Imp. int. pup. & vid.* Iure Pontificio, ſi iudices ciuiles fuerint negligentes, defenſio perſonarum miſerabilium ſpectat ad Eccleſiam, *c. ex tenore. extr. de for. comp.*

De Feriis & dilationibus.

14. Dilatio probatoria non facile amplius quam ſemel concedebatur. ***l. 1. c. de dilat.*** **Sed iure Can. non tantum ſemel, ſed etiam ſecundo, tertio & interdum quarto datur,** ***c. in cauſis. 15. ſignificauerunt. 36. & c. pen. extr. de teſtib.*** **Ratione enim perſonae, cauſae, itineris. & aliarum circumſtantiarum,**

rum, quae praeuia cauſae cognitione ponderantur, ampliatur & reſtringitur. *Gail. lib. 1. obſ. 91.*

15. Simili modo iure Can. non eſt certum, ſed arbitrarium tempus induciarum, intra quod deliberare iubetur Reus, an cedere velit liti, an contendere. *c. dilectus. 11. extr. de proc. c. quoniam. 5. §. ſi vero. extr. vt lit. non conteſt. c. cum. ſit. 5. extr. de appell.* Et hoc etiam in Camera Imp. ſeruari ſcribit *Gail. 1. obſ. 53. n. 20.* De iure vero Ciu. Reo in ius vocato poſt oblationem viginti dierum induciae dantur, *N. 53. c. 3. N. 56. c. 2. §. ſancimus. N. 82. c. 20.*

De Edendo.

16. Iure Ciuili regulariter non eſt cogendus Reus edere Actori, quae contra ſe faciunt: crudele enim eſſet, ad ſe ipſum iugulandum arma ſubminiſtrare cogi. *l. 4. C. h. t. l. nimis. 7. C. de teſtib.* Exceptis cauſis fiſci, dotis & ſimilibus. *vid. l. 1. §. edenda. ff. h. t. l. 2. 7. C. eod.* Verum in odium foeneratorum iure Can. ſtatutum, vt foeneratores ſeu vſurarii cogantur libros rationum aduerſario ſuo contra ſe ipſos edere. *clem. vn. §. caeterum. ext. de vſur.*

17. Iure Can. non eſt neceſſe, nomen actionis exprimere, ſed ſufficit, ſi ſimpliciter & pure factum ipſum & rei veritas narretur, vt actio aliqua ex facti narratione elici poſſit. *c. dilecti. 6. extr. de iud. Vultei. 1. I. R. c. 27. n. 2. & ſeq.* Et hoc plerasque Curias ſequi, refert Dn. Vngepaur *in Aio-Nego, exerc. 16. q. 3. ex* Gail. *1. obſeru. 61. in pr.* Secus eſt iur.

iur. Ciu. *l. edita. 3. C. de edend. l. fin. C. de interdict.*

De Pactis.

18. Pacta regulariter iure Ciu. non pariunt actionem, ſed tantum exceptionem. *l. iurisd. 7. §. ſed cum. 4. & ſq. b. t. l. legem. 10. C. eod. l. 1. C. de paſtor. conu.* Ab hac tamen Reg. ſunt nonnullae exceptiones, quae partim in iure fundatae, partim a Dd. excogitatae, de quibus legi poteſt Dn. Rittersh. 3. *diſſ. c. 1.* Sed hoc iure Can. mutatum autumo, ita, vt eo iure ex quolibet pacto naſcatur actio, *arg. c. 12. q. 5. 22. & c. 3. extr. de pact.*

19. Pactum, quo filia bonis paternis, accepta dote vel legitima, renunciat, vt nullum poſtea regreſſum ad hereditatem defuncti patris habeat, iure Ciu. improbatur, licet iuramento ſit munitum. *l. 3. C. de coll. l. fin. ff. de ſuis & legit. l. ſi quando 35. §. 1. C. de offic. teſtam. iunct. argum. l. non dubium. 5. C. de ll. l. iuris gent. 7. §. 16. b. t.* Ius vero Canon. legitime & libere, h. e. non vi, nec iuſto metu, nec dolo malo extortas renunciationes filiarum iuratas omnino vult ſeruari. *c. quamuis. de pact. in 6.*

De his, qui notantur infamia.

20. Poenae mulieris, ante annum luctus exactum ad ſecunda vota properantis, variae in legibus paſſim occurrunt: harum prima & antiquiſſima & grauiſſima eſt infamia. *l. 1. l. 11. §. 2. b. t. l. 12. C. de ſec. nupt.* Exceptiones aliquot collegit Rittersh. *in Nou. expoſ. p. 4. c. 3. n. 10. & ſeqq.* Sed hic etiam Flamines Vaticani aliquid noui conſtituerunt *in*

cap.

cap. vlt. & pen. extr. de ſec. nupt. & c. Euphemium. 2. q. 3. vt ſcilicet mulier intra annum lugubrem citra infamiae poenam ad ſecundas nuptias feſtinare queat: pro fundamento producunt authoritatem Pauli, *Roman. 7. v. 2. & 1. Cor. 7. v. 39.* ſed quam inſulſe, inepte & peruerſe, probat aliunde poſt Scip. Gentil. *lib. de ſecund. nupt. c. 18. prope fin.* Dn. Ritterſh. *lib. 2. cap. 4.* Vtut autem ſit, haud exiſtimo, a quauis poena legali hanc permiſſionem ſeu licentiam Can. liberare, *arg. l. ſancimus. 27. C. de teſtam.*

De Procuratoribus.

21. Iure Ciuil. Infamis procurator eſſe non prohibetur. *§. fin. I. de except.* Secus autem eſt de iure Can. *c. Imperatorum, in fin. de iuram. calumn. c. 12. q. 73.* Quod & mores, & cum primis Camera Spirenſ. caeteraque bene conſtituta iudicia ſequuntur, Gail. 1. *obſ. 43.*

22. Iure Ciuil. Mulier procuratoris officio fungi non poteſt in iudicio. *l. 2. de R. I. l. 18. C. h. t.* Sed iure Can. vulgo putant, contrarium obtinere, *cum dilectae. 4. extr. de confirm. vtil. vel inutil.* Quod tamen ſimpliciter non videtur affirmandum eſſe. Dictum enim cap. agit de caſu ſpeciali conſtitutionis factae non a Monaſterio, ſed ab ipſo Pontifice, & quidem in caſu ſingulari concernente priuilegia. Neque poteſt Abbatiſſa tali in caſu vere dici in rem ſuam Procuratrix. Ad alias igitur praeter Abbatiſſas vel Veſtales illud aegre trahitur.

Quod

Quod cuiusque vniuerſitatis nomine.

23. Iure Ciu. Vniuerſitas non poteſt conſtituere procuratorem, ſed Syndicum, *l ſicut. §. 1. h. t.* Cum autem Iure Can. indifferenter quilibet adminiſtrator rei alienae dicitur procurator, ita vt nullum Canones faciant diſcrimen, dummodo is, qui alienae rei adminiſtrandae cauſa conſtitutus eſt, habeat poteſtatem agendi & definiendi, proindeque eo iure poteſt Vniuerſitas conſtituere procuratorem. *c. petitio. & c. in cauſis extr. de procur. c. in pertractandis, cum ſeq. extr. de iuram. calumn. c. calumn. c. Saluator. q. 3. 1.*

De Alienatione iudicii mutandi cauſa.

24. Iure Ciu. ceſſio, quam dono recipit Clericus a Laico, non praeſumitur ſimulata, vel in fraudem facta, ſed probanda eſt fraus ab eo, qui illam allegat. *l. per diuerſas. 22. l. ab Anaſtaſio. 23. C. mand.* Iure Can. ſecus eſt. *c. ex parre. extr. h. t.*

De receptis qui arbitrium.

25. Iure Can. iudex ordinarius poteſt eligi in arbitrium eius rei, cuius eſt iudex. *c. cum tempore. 5. extr. de arbit.* Nec puto ſecus eſſe iure Ciuili, vt plerique ſtatuunt, *per l. 9. §. 2. h. t.*

26. Quemadmodum foeminae iudicare prohibentur, ita easdem Arbitri ſuſcipere officium non permittit pudicitia. *l. fin. C. h. t.* Sunt enim arbitria ad inſtar iudiciorum redacta. *l. 1. h. t.* Et pari ratione nec iure Can. in mulierem, quamuis tanquam in arbitratricem, compromitti poteſt. Si vero habuerit ordinariam iuriſdictionem de iure

e com-

communi vel conſuetudine in ſuos ſubditos, non eſt dubitandum, quin arbitri quoque officio perfungi queat. *c. dilecti. 4. extr. de Arbitr.*

27. Si ſunt plures Arbitri ſimpliciter accepti, non poſſunt praeſentes vel vno tantum abſente arbitrari, *l. item ſi. 17. §. fin. cum l. ſq. h. t.* niſi forte litigantes, qui compromiſerunt, in praeſentes de nouo conſentiant, & ipſorum ſententia contenti eſſe malint, quam abſentem diutius & fruſtranee praeſtolari. Sed ius Canon. contrarium ſtatuit *in c. fin. de arbitr. in 6.* Vbi nouiter notandum, easdem *d. c.* rationes in pluribus iudicibus locum habere, in quibus tamen nihil vult immutari Pontifex.

De Iudiciis.

28. Iudex ordinarius iure Ciuili haud poteſt regulariter recuſari ad eum effectum, vt tanquam ſuſpectus remoueatur: ſed ſi quaſubſit cauſa ſuſpicionis, adiunctus ei dandus, *Nou. 86. & Auth. ſi vero. C. de iudic. Dd. in l. apertiſſimi. C. d. t.* Sed iure Pontificio etiam ordinarius ſine haeſitatione recuſari poteſt. *c. ſi quis. 4. & c. licet. 10. in fin. de for. comp. c. 39. de off. iud. deleg.*

29. Iure Ciuili iudice recuſato electi Arbitri de ipſo negotio principali, ſi allegationem recuſationis legitimam viderint, cognoſcunt, *l. 16. & fin. C. h. t.* Sed iure Can. non de controuerſia principali, ſed cauſa ſuſpicionis, decernunt. *c. 11. de offic. deleg. in 6.* qua probata transmittitur negotium ad ſuperiorem; non vero probata vtitur iudex iuris-

di-

dictione ſua in principali, *c. cum ſpeciali. 61. extr. de appell.* Exinde alia dependere videtur differentia, quod ſcilicet iure Civ. in libello recuſatorio ſufficiat, ſimpliciter & in genere ſuſpicionem allegare, & ad litigandum coram Arbitris, & ad iurandum de calumnia ſeſe offerre absque expreſſione cauſae. *d. l. 16. & fin.* Verum Iure Can. generalis illa & ſimplex Recuſationis poſitio vel allegatio non ſufficit, ſed ex iuſta & rationabili cauſa debet proficiſci, quae in libello exprimenda, atque coram arbitris excutienda. *c. ſecundo requiris. 41. & d. c. cum ſpeciali. extr. de appell.*

30. Iure Ciu. Iudex appellationis non poteſt delegare vel committere cauſam alteri, reſeruata ſibi ſententia. *Auth. adhacc. C h. t.* Contrarium eſt iure Can. *c. ſuper. 27. §. intentionis. extr. de offic. deleg.*

31. Iudex per ſordes, vel gratia, odio, doloue malo inique iudicans, iure Ciu. cum damno litis aeſtimationem & expenſarum refuſionem praeſtare tenetur, puniturque in triplum eius, quod accepit, & in duplum, quod promiſſum eſt, ſed nondum traditum. *Auth. nouo iure & l. ſeq. C. de poen. iud. qui mal. iudic. iunct. l. 15. §. 1. ff. de iudic.* Ius Can. mitius cum illo agit, nam per annum tantum ab officio talem iudicem remouet, & in aeſtimationem litis parti laeſae condemnat. *c. 1. de ſent. & re iudic. in 6.*

32. Iudicium incipi iure Ciu. in perſonalibus demum a litis conteſtatione; in Realibus vero ab

ipſa Aduerſarii citatione, & propoſita petitione. Sic enim ſeparant Dd. Reales a Perſonalibus actionibus. *in Auth. litigioſa. C. de litigioſ.* Sed iure Can. indifferenter ſtatim a citatione iudicium ſumit initium, *c. gratum. 20. de offic. deleg. clem. 2. vt lit. pend. nihil innou. confer. th. 6. & ea, quae docte & neruoſe tradit* Dn. Vngepaur *in Aio Nego, diſp. 16. th. 1.*

33. Litis conteſtatio de iure Ciuili ſemper eſt neceſſaria, ita vt haud poſſit ſine ea ad ſententiam definitiuam procedi: ſed iure Canon. in cauſis matrimonialibus, electionis & ſimilibus, lite non conteſtata recte pronunciatur, ſi videlicet agatur de matrimonio contracto vel contrahendo, & Reus per contumuciam abſit. *c. fin §. porro. extr. vt lit. non conteſt. non proced. ad teſt. rec. vel ad ſent. def.* Secus autem, ſi de matrimonio ſeparando. *c. 1. d. c.* vel vtraque parte praeſente tractetur: tunc enim absque litis conteſtatione procedi non poteſt. *Specul. de teſt. §. nunc tractemus.*

34. Sunt quidem non paucae cauſae, quae de iure Ciuili proceſſum faciunt ſummarium, quibus de lateRob. Mant. *diſt. 9. per tot. de ord. iud. part. 4.* Multo tamen facilius & pluribus in cauſis iure Canon. admittitur, vt ſummarie procedatur; idque, ni fallor, Clericorum gratia, qui potius ſacra quam profana ſcire debent, atque ita ne flexuoſis proceſſus & iudicii ambagibus a rei ſacrae cura abſtraherentur, conſtitutum fuit.

35. Omnes cauſae criminales intra biennium fini-

niri debent: & haec eſt inſtantia, h.e. tempus exercendi iudicii, videlicet a litis conteſtatione ad ſententiam vsque in cauſis criminum. *l. fin. C. vt int. cert. temp. crim. quaeſt. term.* Inſtantiae vero cauſarum ciuilium exſpirant meta triennii. *l properandum. & ib. Dd C. de iudic.* Saluberrima ſane ſanctione abbreuiandis litibus, ſumtibus minuendis, diſcordiis priuatis & publicis extinguendis commoda. Heic tamen obſeruandum, quod, licet peremta ſit inſtantia per lapſum triennii, non tamen pereat ius partis, ſed iudicium de nouo inchoari poteſt in ciuilibus *l. & poſt edictum. §. penult. de iud.* Criminales vero cauſae poſt biennium praeteritum reſtaurari nequeunt. *Mynſ. cent. 3 obſ. 48. & 50.* Iure Can. putant Dd. commun. nunquam perire inſtantiam, *per c. venerabilis. pen. extr. de iudic.* Sed cuiuis diligentius ponderanti *d cap.* facile conſtabit, falſo hanc correctionem iure Canon. affingi, quin potius idem LL. ciuil. conſtitutum, vt liquet *ex l. 1. §. 1. ff. de dol. mal.*

Si ager vectigalis.

36. Emericus a Rosbach, 2. *part. tit. 13. in diff. iur. Ciu. & Canon.* eumque ſecutus Dn. Ritterhuſ. *lib. 3. diff. c. 24.* ſex colligit differentias inter ius Can. & Ciuil. de Emphyteuſi Ciuili & Eccleſiaſtica: ſed miror tantorum virorum, alioquin de noſtra Philoſophia & aliis diſciplinis optime meritorum, lapſum non vulgarem. Omnes enim & ſingulae, quae *d. l.* quaſi differentiae adducuntur nullae ſunt, & tantum abeſt, vt ius Canon. cum Ci-

uil. egregie & amice congruere arguant. Sunt quidem differentiae inter Emphyteuſin Ciuilem & Eccleſiaſticam: ſed illas ius Canon. non introduxit: quippe quae iure Ciu. fuerunt cognitae, *ex Nouell. 7. & Nou. 120.* Quod adeo eſt planum, vt, qui id pluribus demonſtrare vellet, ſoli faces adhibere videretur. Haec tamen pace tantorum virorum indicare volui, debui, ne alii etiam ſtipulam pro vero veritatis flore arripiant.

De mortuo inferendo.

37. Iure Ciu. corpora mortuorum extra ciuitatem ſub poena 40. aureorum propter foetorem ſepelienda erant. *l. 3. §. Diuus. ff. de ſepulcbr. viol. l. 12. C. de relig. & ſumpt. fun.* Sed iure Canon. non ſolum in Coemeteriis, ſed etiam Templis & Pomeriis intra ciuitatem demortui ſepulturae traduntur. *t. t. extr. de ſepult. & cap. cum grauia. 17. q. 2. 13.* vbi dicitur: Quos peccata grauia non deprimunt, eorum corpora in eccleſia debere ſepeliri, vt proximi, quoties ad eadem ſacra loca veniunt, ſuorum, quorum loca reſpiciunt, recordentur, & pro illis Domino preces fundant. Sed tales preces ſunt inutiles, ne dicam impiae. *Luc. 16. v. 22. & 23. v. 43. 2 Cor. 5. v. 18. Coloſſ. 1. v. 22. Apoc. 14. v. 11.*

De iureiurando.

38. Iure Ciu. licet etiam iurare per creaturas, vt per genium & ſalutem Principis, per caput proprium, & filiorum, &c. *l. 3. ff. f. l. 33. ff. h. t.* Sed iure Canon. talia iuramenta improbantur, *c. conſidera. 8. &*

8. & ſeq. q. 1. 22. c. & ſi Chriſtus. 26. de iureiur. In eo autem vtrumque ius conſentit, quod per membra Dei, videlicet per caput, per capillum eius iurare, ſit nefarium. *c. ſi quis. 10. q. 1. 22. N. 77.* licet quoad poenae modum ſit diſcrepantia, vt liquet ex collatione *d. Nou. 77. cum c. 2. extr. de maled.*

39. Periurus iure Ciu. vsque quaque non eſt infamis, *l. 22. C. de reb. cred. l. 2. iunct. 4. de crim. Stellion.* Sed iure Can. indiſtincte pro infami habetur. *c. infamis. 17. & ſq. q. 16.* A teſtimonii tamen dictione vtroque iure repellitur. *l. 2. §. 3. lege Iulia. ff. de teſtib. & cap. quicunque. 18. q. 1. 6. c. 7. c. 14. q. 5. 22.*

40. Iuramentum vi & metu extortum iure Ciu. nullum eſt, nec opus habet abſolutione. *§. fin. verſ. per vim. de pac. ten. int. ſubd. & Auth. ſacramenta, C. ſi adv. vend.* Iure vero Can. valet & tamdiu obligat, donec abſolutio fuerit impetrata. *c. 2. c. 8. ibi: Clerici, qui coacti miniſterium Eccleſiae, & cap. 12. 13. 15. extr. de iureiur.*

41. Quaſdam nunc differentias ad *h. t.* apponam de iuramento calumniae: de quo ſciendum eſt, iure Ciu. illud tantum cognitum fuiſſe, nec diſtingui a iuramento malitiae, neque a iuramento de veritate dicenda. Sed ius Can. tres diſtinctas facit ſpecies iuriſiurandi, vt ſcilicet aliud ſit iuramentum calumniae, aliud malitiae, aliud de veritate dicenda: vt notum eſt *ex cap. 1. & 2. de iuram. calumn. in 6.* Et obtinuit in iudiciis paſſim locorum, referente Dn. Rittersh. *lib. 5. c. 18.*

42. Iur Ciuil. neque expreſſe partium conſenſu, neque per diſſimulationem iuramentum calumniae remitti poteſt, ſed tenetur iudex, etiamſi per litigatores petitum non ſit, illud exigere, & ſub poena a legibus conſtituta ad eius praeſtationem partes compellere. *l. 2. §. 4. C. de iureiur. prop. calumn.* Sed iure Pontificio propter tacitam eius omiſſionem iudicialis proceſſus alias legitime factus non irritatur, nec cogitur iudex ante petitionem a partibus factam litigatores periculoſa praeſtandi iuriſiurandi religione praegrauare. *c. 1. verſ propter de iuram. calumn. in 6.*

43. Iure Ciu. Vniuerſitas per Syndicum ſolet iurare de calumnia. *l. 2. §. hoc etiamſi. C. de iurei. propt. Calumn. dand. l. Municip. ff. ad Municip. l. Municip. ff. de cond. & demonſt.* Iure Can. ipſa Vniuerſitas ſiue Collegium Eccleſiaſticum per ſe iurare debet, niſi Oeconomum habeat. *c. imperat. 4. extr. de iuram. calumn.*

44. Iure Can. poteſt Abbas in cauſa Monaſterii de calumnia iurare non in ſuam animam, ſed maioris partis Capituli. *c. dudum. de elect.* Iure autem Ciu. in ſuam iurat animam, vt quiuis alius habens legitimam in iudicio ſtandi perſonam. *l. 2. ſſ. quod obſeruari. & §. hoc etiam. C. d. t. Auth. cauſa. C. de Epiſc. & Cler.*

45. Iure Ciu. principales litigatores, Actor & Reus, licet per procuratores agant, iuramentum Calumniae deponunt. *l. 2. & Auth. principales. C. de iurei. propt. calumn. dand.* Sed iure Can. Procu-

curator habens ſpeciale mandatum, indiſtincte ad hoc iuramentum praeſtandum admittitur. *c. vlt. de iuram. calumn. in 6.* Et ſic non in ſuam duntaxat, ſed etiam Domini animam eos iurare volunt Can. *c. 2. § 1. de iuram. calumn. in 6.* Quod praxis quotidiana in iudiciis noſtris frequenter vſurpat. Gail. 1. *obſ. 83.*

46. Iure Ciu. in omnibus litibus & cauſis iuramentum calumniae eſt praeſtandum, nec excipiuntur ſpirituales. *l. 1. in pr. ibi: in omnibus cauſis. & 1. ſq. ibi: in omnibus litibus. C. de iuram. calumn.* Sed iure Can. in cauſis ſpiritualibus & iisdem annexis: vt matrimonii, decimarum, ſimoniae, iuris patronatus, &c. de calumnia non iuratur. *c. literas 2. extr. de iuram. calumn.* quod tamen Bonifac. IIX. *in c. 1. §. fin. de iuram. calumn. in 6.* correxit, forte propter malitiam Clericorum: vt notatur *a Sichard. in Rubr. c. de iuram. calumn. in 6.*

47. Ardua & ſpinoſa admodum eſt controuerſia inter Dd An in cauſis criminalibus iuramentum calumniae ſit exigendum? Iure Can. hoc affirmandum, *per q. in fin. ibi: In quacunque cauſa. extr. de iuram. calumn.* cum quo conſentit Conſtitutio Friderici *de pace tenenda.* Sed iur. Ciu. exiſtimat Weſenbec. *in parat. C. de iureiur. propt. calumn. cap. 8. n. 19.* eosque ſecutus Rittershuſ. 5. *differ. cap. 18.* tantum cauſis pecuniariis de calumnia iurari, in criminalibus non item. Ab horum ſententia nouiſſime recedit magni nominis ICtus

Bachou. *in not. ad Treutl. p. 1. diſp. 21. th. 4. lit. A.* cuius ſententia mihi probabilior videtur.

Ad SCtum Velleianum.

48. Propter enormem fragilitatem ſexus muliebris, multis caſibus & captionibus ſuppoſiti ac obnoxii, pleniſſime SCto Velleiano (quod etiam decretum Patrum appellatur *in l. funebris. 13. l. cum ad. 19. C. h. t.*) comprehenſum eſt, ne pro vllo foeminae intercederent. *l. 12. h. t.* Et quidem per hoc beneficium mulier intercedens non eſt tuta ipſo iure, vt quidam erronee ſentiunt, quaſi nulla contra eam competeret actio, ſed ita, quod ei volenti accommodetur exceptio SCti Velleiani, ſicut non vno in loco nominatur. Videatur *l. ſi fideiuſſ. 6. l. ſi mulieri. 15. l. tutor. 29. l. ſi mulier. 23. h. t.* Neque hoc vſpiam in iure correctum eſſe legitur. Singulare autem Imp. Iuſtin. conſtituit in muliere pro marito ſuo intercedente, ſeque in eodem inſtrumento obligante cum ipſo: tale enim inſtrumentum nullatenus valet, ſed idem eſt, ac ſi nihil ſcriptum aut factum fuiſſet, h. e. ipſo iure nulla eſt obligatio, ita vt non ſit opus exceptione. *N. 134. c. 8.* vnde ſumta *Auth. ſi qua C. h. t.* vbi duae ampliationes & vna exceptio: Cui cum Dd. ex iure Can. alteram addo: Quod mulier iurato pro marito vel alio intercedens efficaciter obligetur, *propter generalem rationem in c. ex reſcripto. c. cum conting. extr. de iurei. & c. quamuis. de pact. in 6.*

De contrahenda emtione & venditione.

49. IureCiu. naturaliter conceſſum eſt in emendo

do & vendendo, quod pluris eſt, minoris emere: quod minoris, pluris vendere; & ita ſe inuicem circumſcribere: idemque fit licite in locationibus, *in cauſae. 16. §. pen. de min. l. item ſi. 22. vlt. extr. Locat. ad quam vide P. Greg. Tholoſ. in prael. Boni ICti lib. 2. c. 13. per tot. cum quo ſentire videtur Phoenix ille ICorum in animadu. Treutl. p. 2. diſp. 28. th. 2. lit. D.* Haec autem induſtria & ſolertia in rebus propriis & commodis ſuis agendis, (ad quam bonum eſt & laudabile, animos hominum acui) nusquam reperitur in iur. Can. fuiſſe improbata: Sed potius vtraque per omnia pulchre conſentire, apparet ex collatione *c. cum dilecti. 3. & c. cum cauſa. pen. ff. de emt. vend. cum l. 2. & l. 8. C. de reſc. vend. vid. Rittershuſ. 3. differ. 11. vbi diligenter ponderat c. 2. §. 1. q. 2. 10.* Quam bene autem ſalua conſcientia & iure diuino talis circumuentio poſſit defendi, non eſt mei nunc inſtituti decidere. *vid. Hunn. ad Treutl. p. 1. q. 8. Diſp. 28.*

50. Pugnis & calcibus inter ſe digladiantur ICti tam veteres, quam recentiores: An venditor praeciſe rem tradere teneatur, an praeſtando intereſſe liberetur? De qua controuerſia videri poſſunt citati autores a Treutl. *p. 1. diſp. 28. th. 2. lit. c.* & imprimis Doctor Doctorum Reinh. Bachou. cuius ſolem facula non illuſtrabo: neque noſtri eſt inſtituti, controuerſias ex iure Ciuil. decidendas huc cumulatim reuocare. Sed an iure Can. praeciſe rei venditae traditio requiratur, huius loci eſt inquirere? quod quidem Rosbach. *2. diff. tit. 12.* cum communi Dd. ſchola affirmat, *per c. Iohannes. 10. de*

10. *de fid. inſtrum. & c. Piſanis. 19. de reſtit. ſpoliat.* Sed his & ſimilibus plenarie ſatisfactum eſt a Conr. Rittershuſio *3. diff. c. 1.* ad quem remitto Lectorem.

De Lege commiſſoria.

51. Pactum legis Commiſſoriae, quo pecunia iuſto tempore non ſoluta pignus commiſſum eſt creditori, de iure Ciu. non ſubſiſtere Conſtantini Magni conſtitutio *in l. fin. C. de pact. pign.* clare ac perſpicue oſtendit. Nec iure Canon. huiusmodi pactum fuit approbatum. *c. ſignif. extr. de pign. ibi: pacto tali. in fin.* Si vero iuramentum acceſſerit, certe verius videtur iure Can. eſſe ſeruandum, *arg. c. cum contingat, de iureiur. iunct. arg. d. c. ſignificante.*

Locati conducti.

52. Conſtitutione prouiſum eſt *in l. 32. C. h. t.* vt quilibet Dominus habeat facultatem, aedes ſuas, cui voluerit, locandi, ita vt propterea primo haud liceat alteri, qui poſt eum Domini voluntate ad eandem conductionem acceſſit, litem vel vllam moleſtiam inferre. *d. l. 32.* Iure Can. hac in re ſingulare priuilegium Scholaribus ſiue ſtudioſis eſſe datum, vulgo ſcribunt, *per cap. 1. extr. h. t. Br. in tr. diff. n. 100. Bapt. de S. Blaſio eod. tr. n. 124.* Sed *in d. cap.* ne apex quidem de hoc ſingulari iure inuenitur, *vid. Conr. Rittersh. d. tr. lib. 3. c. 13.*

De praeſcriptis verbis.

53. Iur. Ciu. in hoc genere contractuum innominatorum poenitentia locum habet, quod tamen

non

non ad vtramque partem contrahentium, quod ſalſo, abſit inuidia dicto, docet Henr. Heidecc. Anteceſſor quondam Lipſ. *in diſp. ad difficil. l. naturalis. 5. h. t.* ſed ad eum tantum, qui dedit, vt ex capite vel ceſſationis vel poenitentiae rem repetere poſſit, pertinere intelligendum eſt. *l. ſi pecun. 5. & §. 2. ff. de cond. cauſ. dat. non ſec. l. 1. §. fin. de rer. perm.* Quem errorem ingenioſe ingenioſiſſ. & ſubtiliſſ. ICtus Heidelberg. *in animadv. Treutl. diſp. vlt. th. 3. in fin.* detexit. Eadem ratione adhuc iure Can. in his contractibus poenitere licere verius videtur.

De Vſuris.

54. Iuxta LL. ſcriptas Romanas poteſt creditor non modo propter ſolum vſum debitoris, aut ſolutionis dilationem, petere & exigere vſuras: Sed etiam pecuniam foenori occupare, & ſimpliciter vſuras, quae a tempore contractus currunt, ſtipulari licet. *tot. tit. D. & C. de vſur. tit. C. de vſur. & fruct. leg. tit. C. de vſur. rei iud.* nec id *per Nou. 131. c. 1.* mutatum eſſe credo. Ius Can. omnes omnino damnat & prohibet tam viris Eccleſiaſticis, quam quibuslibet aliis, & quidem propoſita poena. *vid. c. 1. de vſur. 5. decr. 1. f. & imprimis. c. 2. 3. 4 5. 10.* & *ſeq.*

55. Iure Canon. non minus improbatur antichreſis, quam ipſum pactum vel ſtipulatio vſurarum. *c. 1. 2. 8. extr. de vſur. c. ad noſtram. 7. extr. de iurei.* Sed iure ciuili hoc genus pacti vel negotii ſubſiſtit, nedum confirmatur, vt videre eſt

ex

ex *l. ſi is qui. 11. §. ſi antichreſis. ff. de pign. l. ſi pecuniam. 33. de pign. act. l. ſi ea lege. 17. C. de uſur.* Sed notandum, quod cap. ex iure Canon. ſupra adducta loquantur de Monachis vel Clericis, hiſque interdicant antichreſin, non etiam Laicis: Vnde dicendum videtur, in Laicis valere diſpoſitionem iuris Ciuil. quae etiam in Imp. Rom. ſeruatur. *Mynſ. 6. obſ. 71.* Huc facit *cap. 1. extr. de feud.* vbi obſeruandum eſt verbum valde inuſitatum, Gageria; quod Gloſſ. ibid. ait pignus denotare, *confer. cap. ſalubriter. 16. de vſur.*

De Teſtibus.

56. Nec Ciuile ius, nec Canonicum regulariter vni teſti fidem habet. *l. iurisiur C. de teſtib. l. 12. ff. eod. c. veniens. 10. & c. licet. 23. in fin. extr. eod. c. cum eſſes. 10. extr. de teſtam.* In ſuſceptione autem infantis ex Baptiſmo, & confirmatione ex Decreto Leonis 1. Papae non plures vno requiruntur, *c. 101. de conſecr. diſt. 4.* Sed iam olim ab illo receſſum fuiſſe, liquet ex *c. vlt. de cogn. ſpir. in 6.*

57. Iure Ciu. vnius teſtimonium non admittitur, etiamſi praeclarae curiae honore praefulgeat, *l. iurisiur. 9. §. 1. C. de teſtib.* ad quam alludit Pontifex *in c. 47. extr. h. t.* Ab hac tamen regula excipiunt canoniſtae Pontificem Romanum, quaſi, qui multorum inſtar eſſe debeat, *c. cum a nobis. 28. & ibi praeter alios Cuiac. extr. de teſtib. & atteſt.* Item Epiſcopum. *c. omnes. 36. §. teſtim. 11. q. 1.* ex quo loco eſt corrigenda inſcriptio *d. c.* vbi perperam haec adſcribuntur Theodoſio, quae ſunt Conſtan-

ſtantini. Haec autem res non poteſt eſſe ſine ſuſpicione falſi: Si enim vere hoc priuilegium teſtimonio Epiſcopi datum eſt ab Imp. vel Theodoſ. non debuiſſet vel potuiſſet Tribon. tam nobilem exceptionem ſine vitio omittere in compilatione Cod. Iuſtin.

58. Iure Ciu. ferme indubium eſt, mulieris in criminalibus cauſis admitti teſtimonium, *l. ex eo. 18. ff. de teſtib. l. 2. ff. de accuſ. & inſcr. l. 20. §. 6. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Nec credo, vllum dari locum in iure Can. ex quo firmiter poſſit introduci iuris Ciuilis abrogatio, ſed potius bona inter vtrumque videtur eſſe conuenientia, eo argumento. quod *d. l. 18. l. 2.* ſunt canonizatae *in cap. ex eo. 2. & ſq. q. 3. 15.*

59. Iure Can. non modo qui de crimine iudicio publico damnatus eſt, a teſtimonio repellitur, ſed etiam cuius crimen certo oſtendi poteſt, licet non ſit iudicatum. *c. ſuper eo. 13. c. teſtimon. 54. extr. de teſtib. c. denique. extr. de except.* Sed iure Ciuili tum demum non admittitur, ſi in iudicio publico Reus Criminis condemnatus ſit, non autem ſufficit, crimen admiſſum eſſe, *l. 1. §. qui in iudicio. 4. l. athletas. 4. §. calumniator. ff. de his, qui not. inf. l. 3. §. lege. ff. de teſtib.*

60. Iure Ciuili parentes & liberi inuicem ad teſtimonium ne volentes quidem admittuntur. *l. parentes. 6. C. d. teſtib.* Sed iur. Canon. quoad ſanguinis rationem & in matrimonialibus cauſis non pro-

prohibentur. *c. ſuperes. 22. extr. de teſtib. c. videtur. extr. qui matrim. accuſ. poſ.*

62. In eo conueniunt Ius Can. & Ciu. quod teſtes regulariter poſt litem conteſtatam producantur, vt ſi ante fuerint producti, talis productio pro nulla habeatur. *t. t. C. vt lit. non cont. non proc. c. quoniam. 5. & t. t. extr. vt lit. non cont. proc.* A qua tamen Regula plurimas collegit exceptiones Speculator *36. tit. de teſtib. §. nunc tractemus: lib. 1. p. 4. gl. & Dd. in d. c. quoniam.* Ex his autem nobiliſſ. & frequentiſſ. eſt illa, quae in iure Can. fundum habet: Si ad perpetuam rei memoriam teſtes producuntur. *c. ſignif. extr. de teſtib. c. vlt. §. ſunt alii. extr. vt lit. non cont.*

63. Iure Can. vt contra perſonas & dicta teſtium poſt factam publicationem excipere liceat, requiritur, vt ante publicationem quis de excipiendo vel reprobando ſit proteſtatus: alioquin non admittitur, niſi iuret, ſe non petere repulſam teſtium ex malitia, vel oſtendere poterit, quod poſt publicationem didicerit, quod obiicit. *c. praeſent. 31. extr. h. t.* Inre Ciu. nullibi talis ſolennitas exigitur. Vnde in Cam. Spirenſ. & aliis Iudiciis haec poteſtatio non requiritur, ſed illa etiam ante publicationem omiſſa nihilominus iam contra perſonas teſtium, quam eorum depoſitiones, excipere licet, *teſte Gail. 1. obſ. 87. n. 5. & obſ. 105. fin.*

64. Atteſtationibus legitime publicatis, & cognitis teſtium depoſitionibus, ſecundum iuris Pontificii diſpoſitionem propter timorem ſubordinatio-

tionis non licet ſuper iisdem alios vel eosdem teſtes, tam in appellationis cauſa, quam in primo iudicio, amplius producere, *c. fraternitatis. 17. & c. ſeq. extr. de teſt. c. 2. eod. in clem.* Sed iure Ciu. ex communi Dd. opinione, in cauſis appellationis noui teſtes ſuper antiquis vel his coniunctis articulis admittuntur. *l. eos qui. 6. §. 1. C. de appell. l. per hanc. 4. C. de temp. app.* Hancque opinionem in Can. aliquoties obſeruatam eſſe teſtatur Mynſing. licet priorem in Can. fundatam veriorem fateatur, *cent. 1. obſ. 41. Conferantur, quae eleganter & accurate notat. in Treutl. p. 2. Diſp. 5. th. 9. lit. G. Iuris Aquila Reinh Bach.*

De ſponſalibus.

65. Sponſalia definiuntur a ICto Florentino *in l. 1. h. t.* mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum, & *in l 6. eod.* ſpes matrimonii. Iure igitur Ciuili ea ſola dicuntur ſponſalia, quae habent promiſſionem de futuro matrimonio contrahendo. Ius autem Can. ea quoque agnoſcit ſponſalia quae de praeſenti conſiunt. *c. pen. extr. de ſponſ. vbi Decretiſtae.*

66. Hinc eſt, quod iure Ciu. poſſit etiam vnus ſuo diſſenſu impune diſcedere a ſponſalibus, miſſo repudio. *l. 1. C. h. t. l. 2. §. pen. vlt. ff. de diuort. l. 2. in fin. C. de repud.* At iure Can. ſponſalia de praeſenti non reuocantur. *c. ſicut. 22. & c. pen ext. de ſponſ.* De futuro contracta ſoluuntur quidem, ſed vtriusque diſſenſu. *c. 2. extr. de ſponſ.* Et hoc, ſi vterque fuit perfectae aetatis tempore ſponſaliorum.

rum. Sin autem alteruter, vel neuter plenae fuerit pubertatis, dicendum eſt ſecundum diſtinctionem *cap. de illis. 7. ext. de ſponſ. imp.*

67. Expreſſa eſt etiam differentia inter ius vtrumque, quod iure Ciu. ſponſalia nulla aut inualida nullum quoque producant effectum. *arg. l. non dubium. 5. C. de ll.* Sed iure Can. haec etiam non carent effectu inſigni: Creant enim impedimentum, ſeu, vt loquuntur, iuſtitiam publicae honeſtatis. *c. acceſſit. 5. extr. de ſponſ. imp.*

68. Denique circa ſponſalia differre videtur ius Can. a Ciuili: quod hoc cogatur ſponſa ſponſam abſentem per triennium exſpectare; *l. 2. C. de repud.* illo vero ſponſa, ſponſo de futuro ante copulam ad remota ſe transferente, libere cum alio contrahit, etiamſi iuraſſet priori, modo per illam non ſtetit, quo minus matrimonium fuerit conſummatum. *cap. de illis. 5. de ſponſal.*

De nuptiis.

69. Ad contrahendas nuptias vtroque iure pubertas requiritur: iudicat autem puberes maſculos ius Ciu. anno decimo-quarto completo; foeminas viri potentes poſt 12 annum, *pr. I. h. t. pr. I. quib. mod. tut. fin. l 4. h. t.* Ius vero Can. non ex annorum numero, ſed corporis habitu & coeundi potentia diiudicandum cenſet, ita vt quandoque foemina ante duodecimum annum viri potens recte matrimonium contrahere poſſit, & maſculus ante decimum-quartum, ſi generare valet: quod tum malitia ſuppleat aetatem, *c. puberes. 3. vbi vid.*

Cu-

Cuiac. *c. de illis. 9. & ſq. de ſponſ. imp.* interim tamen tanta iudicii diſcretio etiam hoc caſu requiritur, quanta opus eſt ad id, quod agitur, intelligendum, *l. 30. de R. I.*

70. Iure Ciu. iuſtas nuptias ſolum ciues Romani contrahunt. *pr. 1. h. t.* Inter ſeruos igitur & ſeruas non eſt matrimonium, ſed coniunctio eorum contubernium vocatur, & ſeruorum coniuges non vxores, ſed contubernales appellantur, *l. vxorem. 41. §. codicillis. 2. de leg. 3.* Eadem ratione inter liberum & ancillam, vel ſeruum & liberam tantum eſt contubernium, *l. cum ancillis. 3. C. de inceſt. & inut. nupt.* Iure Can. iuſtum & legitimum matrimonium inter hos contrahitur, etiam inuitis dominis, ſaluo tamen iure dominicae poteſtatis, *c. 1. & t. t. de coni. ſeru. & lib.* Et liber ſi ducat ancillam, valet matrimonium, nec diſpar conditio impedit, *c. ſi quis liber. 2. & duob. ſqq. q. 2. 29.* modo hoc factum fuerit deliberate & ſcienter. Si autem error circa ſtatum interuenerit, perſona, quae in ſtatu errauit, poteſt detecto errore reſilire, & cum altero contrahere, modo, poſt veritatem compertam, de nouo in matrimonium non conſenſerit. *c. ſi quis. 4. q. 2. 29. Caniſ. diff. 41.*

71. Iur. Ciu. Rom. extra controuerſiam ferme eſt poſitum, neceſſario in nuptiis liberos adhibere conſenſum parentum debere, in cuius ſunt poteſtate, *pr. 1. h. t. l. 2. ff. eod. l. 5. 11. 20. C. d. t. l. vn. C. de rapt. virg. l. 11. de ſtatu hom.* etiamſi filiusf. miles eſſet, *l. filius f. h. t.* Quicquid etiam contra diſ-

putet A. Guib. Conſtan. 1. *qq. iur.* 12. *& in tr. de ſponſ. & matrim.* Quod non magis ad rem facit, quam cupreſſus ad naufragium, & ſatis refutatur a Dn. Borch. *tr. de gradib. p.* 45. Sed iure Can. plerique conſenſum hunc tantum honeſtatis gratia requirunt. *Rosb. in tr. diff. plures vid. adductos a Don. Enucl.* 13. *comm.* 20. *lit.* Q. *Gail.* 2. *obſ.* 93. *n.* 3. *Sich. ad l.* 2. *C. h. t. n.* 4. Sed verius eſt, etiam Can. neceſſario conſenſum patris adhiberi velle, *per c. aliter. c. noſtrates.* 3. *q.* 5. 30. *c. non omnis.* 12. *cum cap. ſq. q.* 2. 32. *c. viduae.* 38. 27. *q.* 1. *cap. videtur.* 3. *qui mat. accuſ. poſſ. cum ſimilib. vid. Borch. d. l. p.* 66. *P. Heig. q.* 22. *Coraſ.* 1. *miſc. c.* 17. *n.* 9. *Bocer. claſſ.* 1. *Diſp.* 19. *th.* 5. Quam iuſte ergo fecerit ſacroſancta, ſi Diis placet, Synodus Tridentina, Decreto *de reform. matrim. c.* 1. quod anathemate feriteos, qui clandeſtina matrimonia propter non adhibitum conſenſum parentis rata & vera eſſe negauerint, & parentes talia rata vel irrita facere poſſe affirmauerint, oppido & perbelle tractat Renneman. *diſp.* 8. *th.* 50. *lit.* G.

72. Deductio in domum mariti apud priſcos Romanos, quibus praeſertim ſponſalia de praeſenti ignota fuerunt, ſingularis erat ſolennitas quaedam nuptiarum, *arg. l.* 5. 6. *h. t. l. cum in te.* 6. *C. de don. ant. nupt. l. cui fuerit.* 15. *de cond. & dem.* indeque factum, vt paſſim in iure in domum deducta in vxorem aliquam acceptam ſignificet, *l.* 68. 69. §. *in domum. de iur. dot. l.* 17. *in fin. de reb. author. iudic. l.* 10. *de condit. & demonſtr. l.* 13. §. 8. *ad L. Iul.* de

de adult. l. 32. §. 27. de don. int. vir & vxor. l. 2. §. 1. bis qui not. infam. An autem haec in domum deductio fuerit de ſubſtantia matrimonii, meam litem non facio. *vid. Burch. tr. de gradib. p. 84. Boer. in cent. contr. concl. 6.* De moribus noſtris & iure Can. vulgo patet, talem deductionem in deſuetudinem abiiſſe, & eius vice hodie benedictionem ſacerdotalem cum precationibus requiri. *c. aliter. c. nullus c. noſtrates. 30. ſſ. primum. c. ſponſus. q. 5. & t. t. de cland. deſp. c. nulli 35. q. 32. c. vlt. diſt 32.*

73. Egregia eſt differentia ratione conſanguinitatis. Nam iure Ciu. permiſſae ſunt nuptiae inter conſobrinos & duorum fratrum liberos. *§. duorum. I. h. t. vbi verior eſt affimatiua lectio. l. in celebrandis, 19. C. de nupt. l. ſi nepotem. 3. l. non ſolum 67. ſſ. 1. ff. eod. l. vter. 23 de cond & Inſtit. l 2. C. de inſt. & ſubſt.* Ergo in quarto gradu cognationis, ſeu, vt canoniſt. computant, in ſecundo lineae transuerſalis aequalis. At Canon. hic variarunt: primum enim prohibitionem nuptiarum inter eos, qui ex latere ſibi iuncti ſunt, produxerant vsque ad ſeptimum iuris Can. gradum, qui decimus quartus eſt in iure Ciu. *c. 1, nullum. 7. c. progeniem 16. & ſq. c. nulli. 19. q. 5. 35.* Cum autem haec tam effuſa prohibitio facultatem nubendi nimium coarctaret, multaque inde incommoda naſcerentur, ita vt abſque graui diſpendio non poſſet obſeruari, conſtituit Innoc. III. vt vltra quartum gradnm ea prohibitio non extenderetur. *c. pen. ext.*

de conſ. & affin. c. cum inhibitio. 3. in pr. extr. de cland. deſp. Quo fit, vt, qui non ſunt ſibi parentum loco, tamen interdum coniungi nequeant; & contra, qui habent iſtum ad inuicem reſpectum, poſſint coniungi. Quas ineptias procudiſſe non ſufficiebat Pontifici, niſi & ineptiſſimam inſuper rationem addidiſſet, cur quaternarius numerus conueniat prohibitioni matrimonii? quia quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis. *d. c. pen. extr. de conſ. & aff.* Dignum me hercule patella operculum!

74. Quemadmodum *in l. per adoptionem. 17. h. t.* non conceditur matrimonium contrahi inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione facti ſunt filii: Ita quoque iuris Can. diſpoſitione *in c. 1. 30. q. 3.* Nicolaus Papa inter filios & fratres ſpirituales non putat legale, h. e. legitimum matrimonium poſſe iniri. Sed hic effectus non eſt Canoniſt. imputandus; vtpote iure Ciu. ex Iuſtin. Conſtit. *in l. 26. C. h. t.* conſtat, hoc ius eſſe antiquiſſimum: Quamuis a Canoniſtis latius productum videatur, contra quos diſputat Beza *tr. de diuort.* Hotoman. *conſ. 16.* Alb. *Gent. lib. 5. cap. fin. de nupt.* Weſ. *in par. h. t. n. 4. in fin.* Quir. Kubach. *cent. 2. decur. vlt. q. 7.*

75. Matrimonium iure Ciu. tantum prohibetur inter eos affines, qui parentum & liberorum loco ſunt ſibi inuicem: vt eſt ſocer, nurus; ſocrus, gener; vitricus, priuignus; nouerca, priuignus, *& c. l. non facile, 4. §. hoc itaq; 7. ff. de grad. & affin. §. 6. 1.*

6.1. h.t. l. 15. ff. eod. Iure vero Can. etiam inter tranſuerſales affines in certis gradibus prohibetur. Et quidem primo latiſſime haec prohibitio patebat, vt quoduis genus affinitatis complecteretur, tam tertium & ſecundum, quam primum. *c. de propinquis.3. c. nullum.7. c pen. ff. item illud.35. q.2.* Tandem vero, ſicut in cognatione, ita etiam in affinitate reſtricta eſt prohibitio vsque ad quartum gradum, & quidem in primo affinitatis genere. *c. pen. extr. de conſ. & aff.* Quare cum vidua defuncti fratris, vt iure Ciu. non valet, *l 5. C. de inc. nupt.* ita neque iure Can. ſubſiſtit matrimonium. *c. de inceſtis. 8. §. hos enim. 35. q. 2. ad audientiam. 4. §. item ſi de ſponſ. & matrim. c. fin. extr. de diuort.* In eo autem differunt, quod vitricus priuigni ſui relictam viduam iure Ciu. prohibeatur in vxorem ducere. *l. vxorem. 15. h. t. l. 4. ff. 7. de grad. affin.* Sed iure Can. videtur haec prohibitio abrogata eſſe, *per d. c. pen. de conſ. & affin.* cum tales perſonae ſint in ſecundo affinitatis genere. Interim vero propter iniuſtitiam publicae honeſtatis indulgentia Magiſtratus eſt imploranda. *gl. Panorm. & Couar. ad d. c. pen. Beuſt. p. 2. tr. connub. q. 53.* De generibus autem affinitatis infra vid. *th. 102.*

76. Iure Ciu. matrimonium inter tutorem curatoremue, eiusque filios, cum pupilla eſt prohibitum ſub poena infamiae. *l. ſi tutor. 7. & t. t. C. de interd. matrim. int. pup. l. tutor. 6. l. Senatus conſulto. 59. l. quanquam. 62. §. fin. l. libertam. 64. §. 1. t. non eſt. 66. cum ſq. h. t.* Ratio redditur *in d. l. 64. § 1.* Hoc vero iure canon. mutatum eſſe ſcribit Hoſti-

enſ. *in tit. qui fil. ſint legit. §. qualiter. verſ. ſi verb.* Quod hodie ſequimur. *Wurmbſ. O. 2. n. 1. tit. de matrim. Forſt. de ſucceſſ. lib. 6. c. 33. q. 2. n. 11.*

77. Raptori raptam virginem aut viduam iure Ciu. non eſt licitum, ipſa etiam conſentiente, in matrimonium ducere. *l. vnic. de rapt. virg. N. 143. N. 150.* cui conſentiunt antiquiores Can. *cauſ. 36. q. 2. per tot. & maxime c. de puellis. 4. c. placuit. 11. excepto. c. 8. & 9.* Sed poſterioribus canonibus inter raptorem & raptam connubium fuit approbatum, ſi prior diſſenſio tranſeat in conſenſum, & quod ante diſplicuerit, tandem incipiat complacere. *c. pen. & vlt. extr. de rapt.* Nec id peſſimo exemplo factum fuiſſe puto contra *Treutl. p. 2. diſp. 2. th. fin. lit. F. vbi Bachou.*

78. Non obſcure probatur *ex l. ſi legibus. 16. C. de Epiſc. aud. l. mulier. pen. C. de ſponſ.* Nuptias propter Religionis diſparitatem non eſſe iure Ciu. prohibitas; id autem Dd. communiter putant iure Can. eſſe mutatum. Ita vt nuptiae cum haereticis, ſectariis, & infidelibus contractae, ſint irritae, & pro nullis habeantur. Sed contra diſputabo, contractum matrimonium ſimpliciter, vel iure Gent. vel Can. vel Div. conſideratum, inter fidelem & infidelem nullum non eſſe: vt maxime huiusmodi contrahens nuptias non recte agat, ſibique conſulat.

79. De iure Ciu. nuptiae, nullis exiſtentibus liberis, impune ac licite reiterari poſſunt. Hoc enim caſu manes defuncti non contriſtantur, neque poteſt dici, inferri iniuriam priori ſoboli, vel nouercam,

cam, vel vitricum introducendo. *arg c. 20. N. 22.* Sed ius Can. nae hoc caſu ſecundis nuptiis inuidet! Id quod quatuor probat argumentis Dn. Rittersh. *in Nou. Expoſ. lib. 4. c. 4. n. 3.* quae huc non compilabo: illis enim quod adiiciam, praeter album calculum nihil habeo.

80. Vulgo traditur differentia, quod iure Ciu. dotalia inſtrumenta ad legitimationem per ſubſequens matrimonium, non vero iur. Can. requirantur. *Facb. 3. contr. 51. Rittersh. ad §. 3. I. de her. quae ab int. Henr. Caniſ. diff. 46.* Sed legitimationem hanc tam iure Ciu. quem Can. abſque dotalibus inſtrumentis ſubſiſtere, verius eſt. *Nou. 117. c. 2. verſ. 4. c. tanta. & ibi Dd. extr. qui fil. ſunt leg.*

De donationibus inter virum & vxorem.

81. Certi & explorati iuris eſt, donationem inter coniuges conſtante matrimonio regulariter prohibitam eſſe. *t. t. D & hic.* Itemque ius Can. approbauit. *c. vlt. extr. eod.* Rationem ſecundum dexteritatem, qua valet ſumma in docendo ordine propoſuit *Cl.* Dn. Rittersh *3. diff. c. 17.* Sed an iureiurando tales donationes per ſe inualidae confirmentur, diſputationis ſerram hucusque traxeruntDd. de iureCiu. id omnino negandum, *arg. l. 5. C. de LL.* Iure autem Can. affirmatiua eſt verior, *per generalem rationem in c. cum contíng. c. ſi vero. c. veniens. extr. de iureiur.* Et haec eſt communis opinio Dd. quos allegatos vid. a Cl. Dn. Rittersh. *6. c. 17.* & Emer. a Rosbach. *2. tit. 3.* quibus iunge, quae profundiſſ. & fundatiſſ. ſcientiae noſtrae Do-

ctor Bachou, notat *in Treutl. p. 1. Diſp. 21. th. 1. §. 2. & p. 2. Diſp. 19. th. 4. lit. c.*

De Diuortio.

82. Iure Civ. ob alterutrius coniugis adulterium ſoluitur matrimonium in totum, h. e. quoad vinculum matrimonii. *l. conſenſu. §. C. de repud. N. 117. c. 12.* Neque aliud diuortii genus vnquam agnouerunt LL. Romanorum. Verum ſancti patres matrimonium non putarunt dirimendum eſſe in totum, ſed tantum quoad menſam & thorum, h. e. quoad conſuetudinem coniugalem & conuictum promiſcuum, *vt patet ex Auguſt. lib. 1. ad Valer. de nupt. & concup. c. 10.* & expreſſius *c. 13. tom. 6. de adult. coniug. ad Pollentium.* Iniuriam igitur faciunt Dd. iuri Can. quaſi illam rationem ſeparandi confinxerit, *in c. 1. & 2. ext. de Diuort.* quippe ea iam olim ante annos fere 1200. S. Antiſtitis Auguſtini, & procul dubio plurimorum cum ipſo, ſententia fuit. Quod magnus ille τῶν νομικῶν φωστὴρ animaduertit *in Treutl. p. 2. Diſp. 6. th. vlt. lit. B.*

83. Saeuitia mariti in vxorem, quam ille flagellis forte vel fuſtibus ſeruilem in modum cecidit, hodie *ex N. 117.* non amplius eſt iuſta cauſa diuortii, ſicut olim erat ex conſtitutione Theod. *in l. in conſenſu. §. C. de repud.* Sed iure Can. etiam ob nimiam mariti ſaeuitiam mulier ſeparationem thori petere, imo ad alimenta ſibi exhibenda extra lares mariti, & dotem reſtituendam agere poteſt. *c. ex transmiſſa §. extr. de reſtit. ſpol. c. liter. 13. eod. Borch. tr. de gradib. p. 135.*

84.

84. Olim ſi propter immenſam fragilitatem & impotentiam maritus debitum thorale non poſſet ſoluere vxori, non quidem ſtatim diuortium facere ob eam cauſam licebat, ſed integrum biennium, & per Nouell. conſtitutionem, triennium, a tempore copulationis computandum, tenebatur marito cohabitare, *l. antepenult. C. de repud. iunct. Nouell. 22. c. 6.* Saepe enim qui vno anno debilis atque impotens, vt arrigere non poſſit, ſecundum Martialem, altero anno poteſt vegetus fieri, &, Plautino verbo, bene peculiatus. Sed qui ne ſemel quidem intra trienninm potuit agere, quae a natura viris data ſunt, pro eo tanquam deſperato ad tibicines debet mitti, vt tritum ſonat prouerbium. Iure autem Can. ſi de impotentia mariti, iudicio medicorum, certo conſtet, ſtatim coniuges ſeparantur: alias ſi caſus eſt dubius, cohabitabunt perinde vt iur. Ciu. nouiſſ. per triennium. *c. laudabile. 5. extr. de frig. & mal. iunct. c. requiſ. q. 1. 33.*

85. Similiter ſi vitium eſt in vxore, quae adeo ſit arcta, vt mulier fieri non poſſit, quemadmodum eleganter loquitur ICtus *in l. quaeritur. 14. §. mulierem. 7. ff. de aedil. edict.* vel vt loquitur Speculator *tit. de frigid. & malef. n. 2.* ſi pharretram ita habet anguſtam mulier, vt lanceam ſeu ſagittam viri capere non poſſit, praebet impotentia coeundi cauſam diuortii. *textus in c. pen. extr. de frig. & mal.* vbi pulchra Cuiac. affert de inſpectione per obſtetrices faciendi in tali caſu.

86. Praeterea, ob ſterilitatem licuit olim iure Ciu. ab uxore diuertere, *l. vitricus. 60. §. 1. in fin. l.* &

& ideo. 61 ff de don. int. vir. & vx. vbi Godofr. annotat exempla Romanorum ex Val. Maxi. *l. b. 2. c. 1.* & A. Gell. *lib. 4. c. 3.* Sed iure Can. illud hodie non procedit, vt cautum eſt *c. ſi vxorem. 18. q. 6. 32. & can. tantum. 27. q. 7. 32.* vxor enim non ſolum quaerendorum liberorum cauſa, ſed etiam ob alios fines ducitur. *c. nupt. 32. q. 1.* Plura videri poſſunt de hac materia apud Nobiliſſ. JC. Dn. Joach. a Beuſt. *tr. de matrim. p. 2. c. 14. p. 119. & ſqq.*

De agnoſcendis & alendis liberis.

87. Iure Ciu. liberi coguntur patrem quemuis, etiam inceſtu pollutum, exhibere & alere. *N. 12. c. 1. & exinde ſumta Auth. inceſtas. C. de inceſt. nupt.* Rationem addit Imp. *in d. N.* At vero non tenetur pater liberis inceſtuoſis, & ex damnato coitu natis, alimenta praebere. *N. 89. c. fin. & Auth. ex complexu. C. d. t. iunct. N. 74. c. fin. ibi: Neque participanda eſt illis vlla clementia.* Hanc autem LL. duritiem mitigauit ius Can. quod vult ex aequitate & commiſeratione exhibere etiam inceſtuoſis, ne videlicet negatis alimentis necentur, ſed potius iis ſubminiſtratis, communis lucis conſeruentur vſurae. *vid. c. cum haberet. 5. extr. de eo, qui dux. in matr. quam poll.*

De Concubinis.

88. Communis fere Dd. eſt opinio, iure Ciu. concubinatum permiſſum eſſe, *t. t. D. & C. hic. N. 18. c. 5. N. 74. & 89.* vt fruſtra a quibusdam obiiciantur *N. 14. D. Leon. N 51. v. 77.* quibus in locis nihil agitur de concubinis. De iure Can. eum eſſe ſublatum, plerique opinantur, *per c. nemo. 4. c. 8.*

9. q.

9. q. 4. 32. Sed his & ſimilibus non lex conſtituitur, ſed admonitio ad caſtitatem, & *d. c. 4.* loquitur de marito cum foemina ſoluta rem habente, & tacite quaſi improbat LL. ciuiles, quae hic inter vxorem & maritum faciunt differentiam. Fateor quidem, Can. debuiſſe ſimpliciter & indiſtincte concubinatum damnaſſe, quippe quod iuri diuino, quo omnis extra matrimonium coitus eſt illicitus, *Sap. 3.* creditur eſſe conforme, ſed quia cum perfectis non viuimus, propter ſacrificulorum flammas & pruritus concubinatum conniuentibus oculis tolerarunt, quod clare ac perſpicue probant ex *in c. is qui. 4. & c. 5. diſt. 14.*

Qui teſtamentum facere poſſunt. &c.

89. In teſtamento ſolenni iure Ciu. ſeptem teſtes ſpecialiter ad id rogati requiruntur. *§. ſed cum paulatim. I. h. t. l. 21. C. de teſtam. l. fin. C. fidei comm.* Sed iure Can. coram presbytero & duabus vel tribus perſonis idoneis factum teſtamentum firmum manere iubetur ſub poena anathematis. *c. cum eſſes. 10. & ſq. extr. de teſtam.* Nec eſt neceſſarium, vt teſtes ſpecialiter ad id rogentur. Rogatio enim rectius ad ſcrupuloſam teſtamentorum ſolennitatem referenda videtur; hoc argumento, quod in codicillis ſufficiant teſtes fortuito interuenientes *l. fin. C. de codicill. iunct. arg. l. 11. de teſtib.*

90. Iure Ciu. Epiſcopi & adminiſtratores Eccleſiarum non poſſunt teſtari de bonis, quae propria induſtria vel laboribus ſuis acquiſiuerunt, ſed omnia coguntur relinquere Eccleſiae. *Auth. licentiam. C. de Epiſc. & cleric.* Iure Can. poſſunt te-

ſta-

ſtari ac diſponere pro libitu de bonis propriis, aliter quam contemplatione Eccleſiae quaeſitis ex ſua induſtria & facultatibus, *c. ſint manifeſtae res. 21. q. 1. 12. & c. fixum. 4. q. 5. 12.*

91. Foemina de iure Ciu. teſtis in teſtamento eſſe non prohibetur. *l. 20. §. 6. h. t.* Idemque iure Can. puto obtinere, *per c. forus. 10. de V. S. c. mulierem. 17. q. 5. 33.* Et expreſſe requiruntur teſtes idonei *in c. cum eſſes. 10. extr. de teſtam. Deci. ad c. 3. de teſtib. Treutl. p. 2. diſp. 5. th. 8. lit. E. & diſp. 10. th. 4. lit. F.*

De liberis & poſthumis haeredibus inſtituendis.

92. Iure Ciu. Filius legitimam non poteſt petere ante mortem patris. *l. cum quaerit. 6. C. de inoff. teſtam. l. 1. §. 21. ff. de coll. bon.* nec eo caſu, quo pater monaſterium ingreſſus eſt. *Auth ſi qua mulier. C. de SS. Eccleſ.* Neque puto, iure Can. aliud conſtitutum eſſe: Filium tamen a Monaſterio, viuente adhuc patre, alimenta petere poſſe, ne fame pereat, non nego, cum Panorm. *in c. praeſentia. ext. de probat.*

De haeredibus inſtituendis.

93. Iure Ciu. non valet inſtitutio in alterius arbitrium, ſiue in ſecretum alienae voluntatis collocata, ſed debet ab arbitrio teſtatoris dependere. *l. illa conſtit. 32. l. ſi quis. 68. h. t.* Iure Can. qui extremam diſpoſitionem in alterius voluntatem committit, non videtur inteſtatus deceſſiſſe, *c. cum tibi ext. de teſtam.*

De Legatis &c.

94.

94. Tres actiones competunt iur. Ciu. legatario ad conſequendum legatum: Perſonalis ex teſtamento; Rei vindicatio, & Hypothecaria *§. ſed olim. l. b. t. l. 2. C. commun. de leg.* de quibus vide Hartm. ab Epp. *in pract. obſ. tit. de legat. obſ. 1. n. 12.* Ius Can. etiam quartum adiicit remedium, videlicet condictum ex Canone ſiue implorationem officii Epiſcopi. *c. 3. 17. 19. extr. de teſtam.* quae tamen capp. omnia loquuntur de legatis ad pias cauſas, quae per Epiſcopum executioni mandari debent: idemque iure Ciu. eſt promiſſum *in l. nulli licere. 28. & Auth. ſolus. C. de Epiſc. & Cler.* vbi ſimiliter ea cura Epiſcopo delegatur. Sed *c. 6 ext. de teſtam.* loquitur generaliter de quouis iuſſu ſeu voto teſtatoris adimplendo: exinde haec differentia forte defendi poterit.

De lege falcidia.

95. Iure Ciu. non cogitur haeres praeciſe adimplere vltimum iudicium defuncti, ſed filio datur facultas retinendi legitimam *N. 1.* Vt & cuilibet extraneo heredi falcidiam, & fideicommiſſario Trebellianicam prius ex legatis detrahendi, *pr. Inſt. de L. Falc. in quant. 73. §. fin. eod. l. cogi. 16. ad SCtum. Trebell. l. 1. 2. 3. 4. C. eod.* Nec eſt vero ſimile, quenquam Pontificum haec iura Quartarum tot vigiliis a ICtis & Legumlatoribus excogitata per generalia verba *in c. nos quidem. 3. c. ſi hered. 6. c. tua nobis. 7. & c. Ioann. 19. ext. de teſtam. c. licet. 6. in fin. de vot. & vot. red. c. Syluester. 13. q. 2. 11.* antiquare vel abolere velle, aut etiam poſſe,

quem-

quemadmodum erronee ſentit Emer. a Rosbach. *l. 5. §. 1. n. 4. & 5. vid. Dn. Rittersh. 4. diff.*

Ad SC. Trebell.

96. Iure Ciu. an filius grauatus fideicommiſſo, duplicem detrahat quartam, Legitimam ſc. & Trebellianicam, ingens & tortuoſa eſt inter Dd. Diſputatio. Verior mihi videtur opinio eorum, qui Legitimam tantum non etiam Trebellianicam, liberos grauatos deducere ſtatuunt. Sed iure Can. lippis & tonſoribus fere notum eſt, duarum quartarum deductione gaudere grauatum filium. *c. Raynutius. & c. Raynaldus. 18. extr. de teſtam.* Quod vſu obtinuit, & conſuetudine generali totius mundi in foro etiam Ciuili ſeruari, ait Baldus *in Auth. Res quae. C. comm. de legat.* idque practicari tanquam Euangelium, ſcribit Caſtrenſ. *in l. iubemus. C. h. t.*

De gradib. cognationis & affin.

97. Conſanguineos LL. Ciu. nominant fratres ex eodem patre natos. *§. 1. & ſq. I. de legit. agn. ſucc. §. vulgo quaeſito. 5. de ſucceſſ. cogn.* Verum ius Can. omnes propinquos & cognatos ita appellat paſſim *ſub titul. Decret. de conſang. & affin. & aliquot cap. ſub cauſ. 35. q. 5.* maxime vero *in c. ad ſedem. 2. d. q. & cauſ.*

98. Alia ratione computationes graduum ſunt inuentae a LL. alia item a ſacris Canonibus: in LL. ob nihil aliud (intellige de praecipuo & potiſſimo vſu; ſunt enim alias plures graduum vtilitates, *l. 10. ff. h. t.*) ipſorum graduum facta eſt mentio, niſi vt here-

hereditas vel ſucceſſio ab vna ad alteram perſonam inter conſanguineos deferatur. In iure Can. vero ideo progenies computatur, vt aperte monſtretur, vsque ad quotam generationem a conſanguineorum nuptiis eſſe abſtinendum. Ibi praeſcribitur, vt hereditas propinquis modo legitimo conferatur; hic vero, vt rite & canonice nuptiae celebrentur. *c. 2. q. 5. 35. verſ. denique.* Vnde Arbor conſanguinitatis diuiditur in Ciuilem & Canonicam: Vt computatio Can. in nuptiis contrahendis in vtroque foro obſeruetur *gl. & Dd. in d. c. ad ſedem.* Ciuilis in tutelis & ſucceſſionibus, non ſolum in terris Imp. ſed etiam Eccleſiae. *d. c. ad ſedem.*

99. Quamuis vi ipſa & effectu quoad computationem graduum in linea recta aſcendentium & deſcendentium ius Canon. non diſcrepet a Ciuili; quo enim quis gradu ab altero diſtat iure Ciu. eodem etiam iure Canon. diſtat: modus tamen operandi eſt diuerſus. Nam Canoniſtae habent rationem numeri perſonarum, demto ſtipite; quod fere eſt ἄλογον & plane ἄτεχνον: ius autem Ciuile accurate & artificioſe obſeruat generationes, & inde definit numerum graduum; vnaquaeque enim generatio efficit gradum. §. *hactenus. l. de gradib.*

100. In linea tranſuerſa ſeu collaterali valde differunt. Nam iure Ciu. Regula eſt, quot tot ſint gradus, quot inter vtramque perſonam coniunctam intercedunt generationes. Quae Regula tam

g in

in aequali, quam inaequali locum habet. Iuris Can. in linea aequali collaterali haec eſt: Quoto gradu diſtant a communi ſtipite, eodem inter ſe diſtant. In inaequali illa eſt: Quoto gradu remotior diſtat a communi ſtipite, eodem a ſe inuicem diſtant. *Vide c.3. & c fin. extr. de conſ. & affin.*

101. Affinitatis gradus iure Ciu. nulli ſunt, *l. non facile. 4. §. gradus autem. 5. ff. h. t.* Sed iure Can. eodem modo gradus affinitatis computantur quo conſanguinitatis. Quoto enim quiſque gradu eſt cognatus alteri coniugum, toto gradu alteri coniugi eſt affinis. *c. porro. 3. q. 5. 35. iunct. c. de propinquis. 3. §. aequaliter, qui reperitur c. 13. qu. 1. & 2. 35. c. 1. c. non debet. 8. extr. de conſang & aff.*

102. Supra in *theſi* 74. feci mentionem trium affinitatis generum, haec breuiter, & ſicut in communi verbo dicitur, rudi minerua ſingula nunc deſcribam. PRIMVM eſt, quod *in theſ. praec.* praelibaui, cum vna mediante perſona alterius coniugum conſanguinei alteri coniugum redduntur affines. SECVNDVM eſt, quod mediantibus duabus perſonis contrahitur. Tertium, quod tribus mediantibus perſonis contrahitur. Sed haec duo poſteriora amplius non generant affinitatem, proinde nec nuptias impediunt. *c. non debent. ext. de conſ. & affin & ibi Can.* Et ita iure Ciu. nullus alius eſt modus conciliandi affinitatem, quam ille, quo per nuptias fiunt cognati alterius coniugis, alterius coniugis affines *l. 4. §. ſed quoniam. h. t.* Tria autem ſupra enarrata genera exemplis Biblicis diſerte il-

illuſtrat. Rev. Dn. Matt. Hafenreff. *in Loc. Theol. lib. 3. loc. 10. de coniugio. p. 732. & ſqq.*

De noui operis nuntiatione & vectigalibus.

103. Imp. Conſtant. Magnus fecit Eccleſiaſticos immunes ab oneribus perſonalibus & ſordidis, ne SS. Miniſterium vileſceret. *l. 1. & 2. C. de Epiſc. & Cleric.* Deinceps fuit illis conceſſum, agros & bona poſſidere, hac tamen lege, vt ad penſitanda fiſcalia perurgeri poſſent. *l. 3. C. d. t* Quod ſi grauis calamitas Rempubl. inuaſerat, imo ſi munienda erant itinera, vel conſtruendi pontes, aut aedificandae naues, quibus exercitus transmitteretur, immunes non erant. *l. 7. C. de SS. Eccleſ. & N. 120. c. 4. N. 131. c. 5.* Sed hiſce priuilegiis & praerogatiuis Flamines Capitolini non contenti, plane ſe exemtos eſſe voluerunt, & tam in bonis, quam perſonis nullis omnino obnoxios tributis haberi. Primus fuit Vrban. II. qui ſeſe Henrico IV. oppoſuit, & interdixit, ne eccleſiaſtici vllo pacto imperialibus exactionibus parerent, vel tributa exſoluerent, quippe quos in omni gente oporteat eſſe liberos. *c. tributum. 22. §. quamuis. q. 8. 23.* Deinde Innocentius III. idem decretum, tum quaſi ſenium quoddam patiens per nouam reuocauit in vſum conſtitutionem. *c. adu. 7. extr. de immun. eccleſ.* Tertius decreti de immun. Eccleſiaſt. opifex fuit Bonifacius ille VIII. qui intrauit in Eccleſiam vt vulpes, regnauit vt leo, mortuus vt canis: illud legitur *in c. cleric. 3. de immun. Eccleſ. in 6.* Sed haec & ſimilia non extendunt alas extra PETRI Patrimonium.

De Donationibus.

104. Quae ſupra dixi de Donat. inter vir. & vxor. eadem etiam de Donatione patris filio facta ſunt aſſerenda. Haec enim peraeque vt illa iure Ciu. eſt prohibita, etiamſi decies patrem iuraſſe proponas, inquit Cl. Dn. Bachou. *in not. ad Treutl. p. 2. Diſp. 19. th. 3. lit. E.* Sed iure Can. talis donatio patris iurata confirmatur, vt fiat irreuocabilis, *per rationes ſub tit. de donat. int. vir. & vx. adductas*, quibus adde, quod illa fictio iuris Ciuilis, qua pater & filius vna ſint perſona, non attendatur hoc caſu a iure Can. Sed potius naturalis obligatio, quae etiam inter patrem & filium conſiſtere poteſt, propter conſenſum: *l. frater a fratre. ff. de cond. in deb.* cuius reſpectu pater & filius non pro vna, ſed pro diſtinctis perſonis habentur. Atque hanc ſententiam in Cam. receptam eſſe; atteſtatur Gail. 2. *obſ. 38. n. 7.* & egregius LL. vertex Dn. Bachou. *d. l.*

105. Simili ratione, iure Can. donatio excedens ſummam 500. ſolidorum per iuramentum validari poteſt, vt etiam abſque inſinuatione ſubſiſtat, *per dd. c ſi vero. c. ſi conting. extr. de iurei. c. licet de iurei. in 6.* cum enim quantitas illa lege, Statuto, vel conſuetudine augeri minuiue poteſt, nihil heic ſubſtantiale eſſe apparet: Neque contra bonos mores iuris Can. quicquam committitur: quoniam actus ille iure gent. valet, nec vllum peccatum nutrit. *Gail. 2. obſ. 39. Rittersh. 3. c. 19. Rosbach. 2. tit. 4. comp. 3. cum quibus conſentit Vir excelſi ingenii Dn. Bachou. in not. ad Treutl. p. 1. Diſp.*

21.

21. th. 2. lit. B. & p. 2. diſp. 19. th. 6. lit. F. Diſſ. Hunn. *ibid. in reſol.* ſed per fundamenta ficulnea; quod nemo non affirmabit, qui ius Can. a Ciuili diſcernere didicit.

106. Modo, ſub quo res eſt donata, (E. G. Donatarius vt alimenta exhibeat donatori &c.) non impleto, habet donator aduerſus donatarium ad reuocandam rem donatam non ſolum condictionem, ſed etiam vindicationem, *l. 1. C. de donat. quae ſub modo.* vel etiam praeſcriptis verbis actionem, vt fiat, quod conuenit. *l. nouationis. C. de contrah. emt. l. legem. 9. C. de donat.* At eccleſiae facta ſub modo donatio, iure Can. videtur irreuocabilis, licet modus non ſit ſubſecutus, niſi expreſſe ſit dictum, vt modo ceſſante donatio reuocari debeat. *c. verum. ext. de cond. appoſ.*

De vſucapionibus & vſurpationibus.

107. Iure Ciu. in praeſcriptione longiſſimi temporis non requiritur bona fides; ſed ſufficit ſolus curſus temporis, cum poſſesſione, *l. ſicut. 3. l. omnes. 4. l. cum nouiſſ. 7. C. de praeſcr. 30. vel 40. an.* Iure Can. non ſolum in praeſcriptione longi temporis, h. e. 10. vel 20. annorum, ſed etiam longiſſimi, *h. e. 30. vel 40.* annorum, imo in immemoriali praeſcriptione, h. e. cuius initii non extat memoria, neceſſario ac continuo bona fides deſideratur, *c. poſſ. de R. I. in 6. c. vlt. pen. de praeſcr.* Rationes vtriusque iuris erudite reddit Cl. Dn. Ritterh. 4. *diſſ. c. 13.* Ita tamen hanc ſententiam iuris Can. temperandam cenſeo, cum Doctore meo inſigni Dn. Bach. *in not. ad Treutl. p. 2. Diſp. 22. th. 6. lit. A.*

& B. vt procedat in caſu, vbi manifeſte conſtat de mala fide, alias vero in dubio praeſumenda ſit bona fides, donec contrarium probetur.

108. Iure Ciu. ab initio praeſcriptionis, h. e. apprehenſae poſſesſionis tantum exigitur bona fides, nihil obſtante mala fide ſuperueniente, *l. ſi aliena. 10. pr. h. t.* praeterquam in emtione, in qua etiam tempore contractus bona fides adeſſe debet *l. ſi exiſtim. 48. h. t. l. 2. pro emt.* De iure vero Can. non ſolum ab initio, ſed per omne tempus, h. e. tam in principio, quam medio, fineque ad completam praeſcriptionem bona fides eſt neceſſaria. *d. c. poſſeſſor. & d. c. fin.*

109. Ex eodem fundamento iure Can. m. f. poſſeſſori non datur exceptio, ſicut iure Ciu. exceptione ſe tueri poteſt, *l. ſi quis emt. de praeſcr. 30. vel 40. ann.* Simili ratione decimas Eccleſiaſticas iure Can. non poſſunt laici praeſcribere, ne quidem tanto tempore, cuius initii non extat memoria: Clerici tamen vel Eccleſia, poſſunt contra aliam Eccleſiam, vel cum titulo 40. annis, vel ſine titulo, tanto tempore, cuius initii memoria non extat. *c. 1. de praeſcr. in 6. c. dudum. verſ. iur. com. extr. de decim.*

110. Iure Can. non ſubſiſtit praeſcriptio contra Eccleſiam ex mala Praelati adminiſtratione exorta, ſed demum a morte eius initium capit. *c. ſacerd. 10. q. 3. 16.* Sed iure Ciu. etiam ſtatim poſt alienationem viuo adhuc Praelato praeſcriptio contra

Ec-

Eccleſiam incipere poteſt. *arg. Auth. Quas actiones. C. de SS. Eccleſ. iunct. Nou. 131. 6.*

111. Iure Ciu. datur poſtliminio reuerſis & Reipublicae cauſa abſentibus actio reſciſſoria ad quadriennium a tempore reuerſionis. *l. fin. C. de in integ. reſtit. iunct. §. rurſus.5. l. de action.* Sed iure Can. tali reſtitutione opus non habet reuerſus, quippe qui ipſo iure eſt tutus. *c. pr. act. 13. ſq. q. 3. 16.*

De re iudicata & effectu ſententiarum.

112. Iure Ciu. ſententia in procuratorem, cum quo iudicium peractum eſt, neceſſario ferenda eſt: lata vero in dominum ſeu principalem, qui non fuerat in iudicio, non valet, ſed ipſo iure nulla eſt; *l. 1. C. de ſentent. & interloc.* & per eam quoque inſtantiae obligatus, vt ante ſententiam litem deſertam pati haud poſſit. *l. procurat. 11. ff. de dol. & met. except.* Haec autem conſtitutio *d. l. 1.* Spirae non obſeruatur, teſte Giph. *in praelect. Altorf. in Rubr. de procur. n. 45.* Idemque iure Can. non attendi, ſed indiſtincte valere ſententiam, ſiue verba eius obligatiua in perſonam procuratoris, & executiua in domini principalis referantur, communiter tradunt decretiſtae *in c. ſuſcitata. verb. Monaſterium. extr. de in integr. reſtit.*

De Interdictis.

113. Iure Ciu. petitorium poteſt cumulari cum poſſeſſorio, h.e. cepta rei vindicatione poteſt pendente iudicio decurri ad interdictum adipiſcendae, recuperandae & retinendae poſſeſſionis. *l. 12. §. 1. de acqu. poſſ. l. cum fundo. 18. §. fin. de vi & vi arm.*

tur: adeo, vt, niſi haec Imperiali reſcripto monſtretur inſerta, non valeat, nec aliquem fructum precator reſcripti inde hauriat, ſed obiici illi poſſit exceptio *l. fin. C. de diuerſ. reſcr.* Iure Can. illa clauſula in reſcriptis ſummi Pontificis nominatim vt exprimatur, non requiritur neceſſario, ſed ſi expreſſe inſerta non eſt, tacite ſubintelligenda veniat. *c. 2. ext. de reſcr. Henr. Caniſ. diff. 2.*

116. Exceptio non numeratae pecuniae intra biennium tantum a tempore dati chirographi poteſt opponi de iure Ciu. *l. 8. ibi: omni modo. l. 14. in pr. ibi: nullo modo. C. de non num. pec. tit. l. de lit. obl.* Interim tamen, licet obligationi ſatisfaciendum ſtatuam, vt executionem nulla poſſit impedire exceptio, non etiam nego, Reum poſſe poſt ſolutionem ordinaria actione, condictione indebiti ſcilicet, tanquam indebitum ſolutum repetere. Sed aequitate Can. Creditor, qui ſcripturam & confeſſionem debitoris habet, ſciens pecuniam non eſſe numeratam, (vt ſaepe fit) etiam poſt biennium excludi poteſt per exceptionem non numeratae pecuniae. Talis enim creditor vix poteſt eſſe ſine mala fide, *arg. c. fin. ext. de praeſcr. c. locupletem. de R. I. in 6.* At m. f. poſſeſſor eo iure nullo tempore praeſcribit. *c. poſſ. de R. I. in 6. Dyn. in d. c. locupletari.*

De obligationibus & actionibus.

117. Iure Ciu. actiones aliae ſunt bonae fidei, aliae ſtricti iuris. *§. action. inſtit. de action. l. 45. ff. de in lit. iur. l. 3. §. 1. de vſur.* Nec hanc diuiſionem

vel hoc diſcrimen actionum puto iure Can. ſublatum, ſed potius corroboratum. *c. cum venerabilis. 6. ibi: cum permutationi contractus b f. computetur. c. fin. ibi: contractus qui ex bona fide oritur. ext. de poſ.*

De verborum obligationibus.

118. Iure Ciu. alteri extraneo ſtipulari non poſſumus, *l. ſtipulatio. 38. ſ. alteri. h. t. §. ſi quis alii. §. alteri. l. eod.* Sed an iure Can. ſtipulatio alteri facta indiſtincte valeat? dubium fecerunt *c. 9. q 7. & c. 12. q. 5. 22.* Quibus Roſbach. *2. part. tit. 10.* deceptus cum aliis putauit, etiam in hoc puncto eſſe differentiam. Sed all. capp. nihil ad Parmenonis ſuem; haec enim ne hilum de ſtimulationis ſegete protrudunt; id quod ſatis ſuperque diſcuſſum a Cl. Dn. Ritterſh. *p. 3. c. 6. diff.*

De Fideiuſſoribus.

119. Clerici iure Can. prohibentur fideiubere, & quidem ſub poena depoſitionis, *c. 1. extr. de fideiuſſ c. te quidem. 26. q. 1. 11. ibi: ne fideiuſſor exiſtat*, niſi pro coniuncta perſona aut alio Clerico fideiubere velint, *c. 2. & 3. extr. de fideiuſſ.* Iure vero Ciu. non prohibentur, *Nou. 123. c. 16.* Tandem vero in concilio generali ſub Innoc. III. Romae habito decretum eſt, vt non valeat cuiuslibet Religioſi fideiuſſio, itemque mutui acceptio, niſi maior pars Capituli aut Abbatis licentia acceſſerit; aut mutuum in vtilitatem Eccleſiae ſit verſum. *c. pen. extr. eod.*

120. Iure Ciu. nouiſſimo fideiuſſores ante princi-

cipalem Reum ſeu debitorem conueniri non debent: quod ſi fiat, habent beneficium excuſſionis ſeu ordinis, quod actori opponere poſſunt. *Auth. praeſ. C. de fideiuſſ. N. 4. c. 2.* Ad iure Can. volunt communiter Dd. beneficium hoc locum non habere, propterea, quia in illo ſubtilitates & apices iuris non curantur, ſed ex aequo & bono proceditur. Vbi autem ex aequo & bono diiudicandum, ibi hoc beneficium ceſſat. Sed hoc falſo niti fundamento, & proprio, quod dicitur, ſe gladio iugulare, phaenice demonſtrat laborioſisſimus veritatis indagator Dn. Bachou. *ad Treutl. p. 2. diſp. 28. th. 5. lit. E.*

De Furto.

121. Iure Ciu. qui furti faciendi cauſa conclaue ingreditur, nondum fur eſt, niſi rem contrectet. *l. vulgaris. 21. §. qui furti. 7. h. t.* Sed iure Can. fur eſt, licet nihil adhuc acceperit. *c. tres perſon. 12. q. 4. 23.*

De Iniuriis.

122. Iure Ciu. poena autoris libelli famoſi eſt capitalis, *l. 1. & 2. C. de famoſ. lib.* Iure Can. eſt poena mitior, neque capitalis. *c. 1. 2. 3. q. 1. 5.*

De publicis iudiciis.

123. Iure Ciu. ex delicto defuncti regulariter heres non tenetur, neque conueniri poteſt, *l. 111. de R. I. l. Neratius. 23. ſ. hanc actionem. 8. ff. ad L. Aquil. l. 7. pen. de arb. furt. caeſ.* niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata. *l. poenal. 164. de R. I. l. omnis. 26. l. conſtit. 33. l. ſciendum. 58. de O. & A.* vel niſi quid

quid ex delicto defuncti ad heredem peruenerit; vel niſi heres dolo malo fecerit, quo minus ad eum perueniret. *l. ſicuti. 38. de R. I. l. in heredem. 5. de calumn. l. ſi plures 17. §. fin. l. in heredem 26. de dol. l. 1. de vi arm. l. vn. C. ex delict. def.* Sed iure Can. indiſtincte, ſiue aliquid ad heredem peruenerit, ſiue non, & ſiue lis conteſtata fuerit, ſiue minus, heres ſemper tenetur in ſolidum. *c. ſi Epiſcop. 16. q. 6. c. quanquam. de vſur. in 6. c. in literis. ext. de raptor. c. vlt. de ſepult.* Hoc tamen notandum, heredem, vltra vires hereditatis ſiue ſupra modum facultatum defuncti, non teneri. *d. c. in literis.*

124. Iuris Ciu. criminalium iudiciorum alia ſunt publica, alia priuata, *l. 1. h. t. pr. I. eod.* Sed iure Can. de omnibus criminibus tantum publica iudicia dari vulgo creditur, proindeque quemlibet putant ad accuſandum admitti in priuatis delictis, etiamſi nihil ſua interſit. Verum id ex iure Can. liquido probari non poteſt, ſed potius contrarium, *ex c. nullus. 11. q. 5. 3. c. 1. 2. 3. q. 3. 15. arg. c. 1. extr. de iniur. & damn. dat. & arg. c. ſi quis. §. porro. 6. q. 1. P. Theod. in coll. crim. diſp. 1. th. 15.*

De Accuſationibus & Inſcriptionibus.

125. Iure Ciu. non permittitur fratri de graui & capitali crimine accuſare fratrem, *l. ſi magnum 13. C. qui accuſ. non poſſ.* in leuioribus autem delictis permittitur. *l. ſororem. 18. C. d. t.* Iure autem Can. frater de grauiſſimo crimine haereſeos poteſt fratrem accuſare, *c. literis. 14. de praeſumt.*

126.

126. Iure Ciu. poteſt damnatus accuſare ſuum accuſatorem, vel alium, modo ciuitatem vel libertatem ex illa ſententia non amiſerit. *l. qui reus. 5. §. 1. de public. iud.* Iure Can. ſecus eſt. *c. neganda. 2. q. 11. 3. c. qui crim. 6. q 1. 6.*

127. Accuſationi vicina eſt inquiſitio. Haec LL. ciuilibus regulariter videtur permiſſa: eo enim fine Irenarchae olim conſtituebantur, vt ne poenam debitam decernerent, quo pertinet *l. 1. C. de curioſ. l. 14. C. de accuſ. l. 1. §. quies. de off. praef. vrb. l. 6. de cuſt. reor. l. 13. de off praef. l. 1. C. de cuſt. reor. l. 7. C. de accuſ.* Idemque remedium iureCan. eſt approbatum, vt deficiente accuſatore, is, qui criminis alicuius graui laborat ſuſpicione, per viam inquiſitionis in iudicium trahatur. *c. licet Heli. 32. in pr. ext. de Simon. c. qualiter. 17. ext. de accuſ.*

Ad legem Iul. de adulteriis.

128. Iure Ciu. adulterium grauiſſimis & foediſſimis criminibus annumeratur: & merito. Sed *cap. 4. extr. de iud. iunct. c. 9. q. 1. 33.* inter minora & leuiora refertur; quem Papae lapſum ſine calumnia excuſari haud poſſe, inquit Cuiac. *in Decret. ad tit. de iudic.* Dn. Ritterſh. vero *lib. 6. diff. c. 4.* eum forte excuſari poſſe contendit, ſi dicas, Papam non recenſere adulterium inter minora crimina, ſed dicere, alia crimina, quae ſunt minora, ſcilicet adulterio, quod eſt graue crimen. Verum vtut ſit, ſiue foedi quidam Can. vel rancida decreta facilius ſalacem libidinis ſentinam patiantur, quam caetera delicta, ſiue, inquam, ſeuerius & grauius in eam animaduertant, ſusque deque habeo, firmiter

te-

tenens cum communi honeſtorum Virorum grege, adulterium inter turpiſſima & atrociſſima crimina iure ac merito collocari debere; quod etiam antiquioribus Decretis approbatum fuiſſe conſtat *ex c. 16. q. 7. 32.*

129. Iure Ciuili grauior eſt poena adulterii, quam Can. Illo enim adulteri vltimo ſupplicio afficiuntur, *§. item L. Iulia. I. de publ. iud. l. 20. C. h. t. l. 18. C. de tranſ.* Hoc vero agitur ad menſae ac thori ſeparationem, & ad priuationem dotis & donationis propter nuptias, *c. tuae. extr. de procur.*

130. Iure Ciu. quoad effectum infligendae poenae capitalis, adulterium proprie non committit maritus cum ſoluta, *l. 6. §. 1. h. t. l. 34. eod l. 101. de V. S.* Adulterium enim eſt alterius thori violatio, quem mulier ſubdita viro non habere dicitur, quo accedit ratio ex ſuppoſitione partus & inſitione ſpuriae ſtirpis in alienam familiam. Iure autem Can. aliud ſtatui ſolet, *per c. nemo. 32. q. 4. c. apud nos. 20. & c. vlt. q. 5. d. cauſ. c. ſi dicturi. & ſq. q. 6 32. c. 15. q. 5. 32.* Verum heic bene notandum eſt. SS. Patres non voluiſſe ius Ciu. abrogare, vel differentiam inter congreſſum mariti cum nupta & cum ſoluta tollere: Sed tantum homines vtriusque ſexus hortatos fuiſſe ad colendam ex aequo caſtitatem. Nam quoad vinculum matrimonii, aeque congreſſus mariti cum ſoluta pro adulterio habetur, ſed quoad poenam capitalem, quae adulteris infligitur, iure Ciu. maximum eſt diſcrimen inter virum & vxorem. Et illud quoad hunc ef-

fe-

ſectum, S. Patres tollere non voluerrnt, neque valuerunt, *arg. l. fin. C. d. ll. conf. th. 136. in fin.*

131. Iure Ciu. non poteſt vxor accuſare maritum adulterii. *l. 1. C. h. tit. Weſenb. in parat. h. t. n. 12.* Sed iure Can. vulgo traditur, hanc poteſtatem vxoribus datam eſſe, *per. c. apud nos. 20. q. 5. 32. & c. fin. d. c. & c. 4. q. 1. 32.* Sed non ſufficiunt ad ſtabiliendam hanc differentiam: imo potius iuris Ciu. diſciplinam Canones videntur ſartam ac tectam reliquiſſe; quoniam *d. l. 1.* quodammodo canonizata inueniatur *ſub c. 10. q. 1 32.*

132. Iure Ciu. maritus ab accuſatione adulterii excluditur praeſcriptione quinquennii, *l. miles. §. adulterii. h. t.* Sed iure Can. etiam poſt quinquennium maritus de adulterio vxoris querimoniam habet, *c. admonere. 8. q. 2 33.*

133. Virginem deflorans in iure Can. ſi Clericus, punitur poena depoſitionis: Si Laicus, tenetur eam dotare, & in vxorem accipere; ipſa & patre cenſentiente; quibus contradicentibus, vltra dotis ſolutionem non tenetur. *c. 1. ext. de adult.* Stuprator autem renuens verberibus digne exceptus in Mooaſterium detruditur, poenitentiam vt agat ſeueram. *c. 2. h. t.* Iure Ciu. pro ratione perſonarum modo mitius, modo grauius hoc delictum coercetur. Si enim humilis ſunt conditionis, corporis coercitionem cum relegatione; honeſtioris vero, publicationem partis bonorum dimidiae patiuntur. *§. item L. Iulia. I. de pub. iudic. Treutl. p. 2. Diſp. 32. 9. 3. lit. E.*

134.

134. Iure Ciu. ſtuprum inferens Virgini Deo dicatae, ſeu Moniali, poena capitali plectitur. *l. ſi quis. 5. C. de epiſc. & cleric.* quae lex etiam relata eſt a Gratian. in Decretum *can. 3. q. 2. 36.* Sed iure Can. poena Clerici eſt depoſitio: Laici, excommunicatio, *c. ſi quis. 6. q. 1. 27.*

135. Iure Ciu. raptus etiam in deſponſata committitur a ſponſo, *l. vn. C. de rapt. virg.* Sed iure Can. in ea tantum, quae non eſt deſponſata. *c. cum cauſ. 6. ext. de raptor.*

136. Vnicam etiam differentiam hic placet ſubiicere de peccato contra naturam, quod fuit & adhuc eſt apudGraecos vſitatiſſimum: vnde prouerbium: *More Graeciae amare.* Huius poena olim erat nummum decem millium, quae pro tanti ſceleris atrocitate nimis leuis erat, ideoque capitalis fuit introducta *in l. 31. C. h. t.* Valentinianus vero, & Theodoſ. & Arcadius ignis ſupplicium conſtituerunt, vt huiusmodi ſcelus ſpectante populo flammae vindices expiarent, *l. 6. C. Theodoſ. ad L. Iul. de adult.* & hoc ſupplicium hodie frequentatur. Verum haec nefanda libido admodum leuiter fuit caſtigata in Concilio Lateranenſi ſub Alexand. III. habito: in quo decretum, vt, ſi perſona religioſi ordinis (o ſancta religio!) contra naturam incontinentia laborare deprehenſa fuerit, ad nullum amplius gradum promoueretur: (acerba poenitentia!) & ſi quem habet, ab illo deponeretur, vel ad agendam poenitentiam in Monaſterium detruderetur. Sin vero laicus excommunicationi ſub-

de-

deretur, & a coetu fidelium fieret penitus alienus *c. clerici. 4. extr. de exc. Praelat.* Modeſtius igitur Auguſt. *in c. flagitia, 13. q. 7. 32.* ſcripſiſſe refertur, ſemper & vbique deteſtanda ac punienda eſſe flagitia contra naturam: Vbi tamen modum & genus poenae non exprimit. Vnde veroſimile eſt, Auguſt. in ſuo vigore reliquiſſe iuris ciuil. diſpoſitionem: neque enim eo ſeculo Epiſcopi criſtas ſuas adeo eleuarunt, vt LL. Imp. abrogare oonati fuerint. *conſ. th. 130.*

Ad L. Cornel. de ſicariis.

137. Homicidium iure olim Ciu. deportatione & bonorum ademptione pro reſpectu perſonarum puniebatur, hodie poena eius eſt vltimum ſupplicium. *l. 3. fin. l. 16. h. t. §. 5. I. de publ. iud.* ſed canones mitiorem irrogant poenam: clerici enim deponuntur, & laici excommunicantur. *t. t. paſſim. extr. de homicid.*

Ad L. Pompei. de parricidiis.

138. Iur. Can. leuior eſt poena conſtituta parentibus, qui liberos ſuos e medio ſuſtulerunt, quam iure Ciu. De illo vid. *c. 1. 2. 3. ext. hic. qui fil. occ.* De hoc vid. *ff. 6. I. de publ. iud. & t. t. D. & C. hic.*

Ad L. Cornel. de falſis.

139. Iure Ciu. poena falſi in libero homine eſt deportatio & publicatio omnium bonorum: in ſeruo vltimum ſupplicium. *l. 1. §. fin. h. t. §. 7. I. de publ. iud.* Quod etiam in libero obtinet, ſi magnitudo admiſſi exigit. *l. 22. C. eod. t. t. C. de falſ. mon.*

Iure Can. poena eſt remiſſior, vt conſtat *ex c. ad falſariorum. extr. de crim. falſi.*

140. Iure Ciu. qui pondera & menſuras lucri cauſa corruperit, punitur L. Cornelia de falſ. & in inſulam deportatur, *l. pen. h. t. l. annonam. §. fin. de extraord. crim. l. arbitrio. 19. §. de eo. ff. de dol. mal.* Et vtentes falſis ponderibus aut menſuris, ſi criminaliter agitur, relegatione afficiuntur; ſi ciuiliter, ad duplum eius, in quo alium falſis menſuris & ponderibus deceperunt, tenentur, *d. l. pen. h. t.* Iure Can. per ieiunium 30. dierum in aqua & pane huius criminis abſolutionem & abolitionem tales falſarii impetrant, *c. 2. extr. de emt. & vend.*

Ad L. Iul. peculatus.

141. Iure Ciu. is tantum eſt ſacrilegus, qui rem ſacram ex loco ſacro ſurripuit. *l. Diui. 5. h. t.* Sed iure Can. tribus diſtinctis modis committitur: 1. quando res ſacra ex loco ſacro ſurripitur. 2. quando res non ſacra ex loco ſacro. 3. ex loco non ſacro res ſacra, *c. quisquis. 21. q. 4. 17.*

142. Vt multa paucis comprehendam; in hac materia delictorum quaſi aſteriſco eſt notandum: quod, cum delicta praeſertim capitalia & eorum animaduerſio ad ſecularem Magiſtratum ſpectet, atque eccleſia a ſanguine abhorrere dicatur, multa delicta etiam atrocia impunita ferme relinquit ius Can. cui ſufficit ex canonibus ſuis poenitentialibus alius temporis ieiunium in aqua & pane imponere: vt ex hactenus dictis prolixe colligi poteſt: cuius rei rationem aſſignat Thom. de Aquino *in*

ſe.

ſecunda ſecundae quaeſt. 96. art. 2. in fin. inquiens: Non poteſt omnia punire, quia, ſi omnia puniret, forſan contemneretur ab omnibus, ſicut dicitur *in Prouerb. c. 30.* qui nimis emungit, elicit ſanguinem, quod eſt relatum *in c. denique. 4. diſt.* Sed quo iure, quaue iniuria hanc aquam, ad brachii ſecularis molam pertinentem, ad ſuum molendinum trahant canoniſtae; & quatenus huiusmodi atrocia crimina ieiunio in aqua & pane poſſint expiari, luce meridiana clarius illis eſt, qui viuunt in luce reformata euangelii.

De Appellationibus.

143. Iure Can. a quocunque grauamine tam ſententiae, quam interlocutionis, ſiue ante, ſiue poſt litis conteſtationem prolatae, appellatio recipitur. *c. 1. cap. 8. & c. fin. de appell. in 6. c. 5. 12. ext. eod. clem. ſicut. d. t. c. 18. q. 6. 2.* Iure Ciu. regulariter ab interlocutoria appellare non licet, *l. ante ſentent. 7. C. Quor. appell. l. 2. C. de Epiſc. aud. l. apertiſſimi. 16. C. de iudic.* niſi forte vim definitiuae habeat; aut grauamen irreparabile in ſe contineat; hiſce enim & ſimilibus caſibus eſt permiſſa appellatio ab interlocutoria, etiam de iure ciuili. *l. 2. ff. de appell. recip.* Videatur magnus ille LL. Sacerdos *in animadu. Treutl. Diſp. vlt. th. 5. l. F.*

144. Iure Ciu. quibus caſibus ab interlocutoria fieri poteſt appellatio, perinde vt a definitiua, vel ſcripto, vel viua voce eſt inſtituenda. *l. 1. §. fin. l. 2. h. t.* Sed iure Can. indiſtincte ſcriptis eſt

appellandum, quibus cauſae appellationis idoneae exprimi debent. *c. cordi, 1. c. appellation. 9. de app. in 9.*

145. Pontifices cum adeo ius appellationis extendant, vt ex eorum decretalibus epiſtolis à quocunque grauamine prouocare liceat, mirum non eſt, ſi etiam a ſententia in cauſa momentaneæ poſſeſſionis lata beneficium appellationis indulgeant. *clem. vn. de cauſ. poſſeſſ. & fruct. c. 10. 15. extr. de reſtit. ſpoliat. c. 36. extr. de teſt. c. 1. in fin. de ſeq. poſſ. & fruct.* idque non tantum de negotio ad ſuperiorem deuoluendo, verum etiam de executione eiusdem impedienda ac ſuſpendenda. *d. c. 10. de reſtit. ſpoliat. d. c. 1. de ſq. poſſ.* Sed iure Ciu. in momento poſſeſſorio appellationis vſum tam quoad cauſam ad ſuperiorem deuoluendam, quam quoad executionem retardandam, interdictum prohibitumque eſſe, cum communi Dd. ſchola adſtruo. *l. vn. C. ſi de moment. poſſ. fuerit appell.*

Quis a quo appelletur.

146. Iure Ciu. non appellatur ad delegantem: ſed ad ſuperiorem delegantis fit prouocatio *l. 1. §. fin. h. t.* Iure Can. diſtinguitur inter eum, cui ſpecies aliqua cauſae vel iurisdictionis; & eum, cui tota cauſa ſiue iurisdictio mandata eſt: priori caſu ad delegantem recte appellatur, *c. ſi a ſubdelegato. 14. de offic. iud. deleg. in 6.* poſteriori ad ſuperiorem. *c. ſuper. 2. §. porro. extr. de offic. deleg.*

147. Iure Ciu. ab inferiore ad ſuperiorem in proximo ordine graduum fieri debet appellatio. *l.*

Im-

Imperatores 21. de appell. Quod tamen fallit, ſi iudex intermedius iuſtitiam denegaret, ſi eſſet ſuſpectus, excommunicatus, vel alio modo inhabilis. Idem iuris eſt, ſi contra appellationem omiſſo medio factam non fuerit oppoſita exceptio; hoc enim caſu videntur partes conſentire, & iurisdictionem prorogare. Verum iure can. omiſſis intermediis & proximis iudicibus licet ad Papam appellare. *c. 4. 5. 6. 7. 8. & octo ſqq. q. 6. 2. c. ſi duobus. 7. c. ſollicitudinem. 54. extr. de appell.*

Nihil innouari appellatione interpoſita.

148. Iure Ciu. iudex a quo nihil poteſt ſtatuere in praeiudicium cognitionis futurae in ſecunda inſtantia: hoc enim nouationem prae ſe ferret, quae tamen appellatione pendente prohibetur praeſenti tit. At iure Can. poteſt iudex a quo praefigere appellanti terminum proſequendae appellationis, intra quem ad iudicem ad quem ſe conferat, & certiorem iudicem a quo faciat de praedictis. *c. cum ſit. 5. & c. reprehenſibilis 26. verſ. ſi vero quisquam. ext. de appell.*

Apud eum, a quo appellatur, &c.

149. Iure Ciuil. is, qui appellauit in vna cauſa a iudice, cogitur coram eodem experiri de aliis, ſi quas habet; nec poteſt eum hoc obtentu tanquam offenſum declinare. *l. vn. b. t.* Iure autem Can. poteſt eum velut ſuſpectum recuſare, quamdiu pendet illa appellatio; *c. adhuc. 6. & c. propoſ. 24. extr. h. t.* niſi is, qui prouocauit, poſt prouocationem enorme & manifeſtum aliquod crimen perpetrauit, *c. praeterea. 22. c. 24. d. t.*

De Pollicitationibus.

150. Coeleſtinus III. *in c. non eſt. & ſq. extr. de decim.* item Innocent. III. *in c. a nobis. 24. & ſeq. extr. d. t.* de omnibus bonis exigit & extorquet decimas, non ſecus ac ſi iuris neceſſitate vnusquisque obligatus eſſet eas ſoluere, adeo, vt ne quis Imperiali indulgentia impetratam immunitatem & exemtionem allegare queat *c. tua. 25. ext. d. t.* Imo haec ampliatio nondum ſufficit, ſed etiam horribilem execrationem comminantur *in c. decimae. 66. q. 16. ibi: Decimam niſi dederis, ad decimam vocaberis, h. e. Gl.* interprete, Daemonibus ſociaberis, qui ſunt decima pars Angelorum. Sed hanc canoniſtarum inuerecundiam haud probat ius Ciu. quo non de neceſſitate, ſed ex voto decimae debentur. *l. 2. §. 2. l. 6. in pr. h. t.*

INDEX
MATERIARVM
IVRIS CANONICI,

in quo numerus primus librum; ſecundus titulum; tertius paragraphum; litera denique circumcluſa notam adiectam denotat.

A.

Abbates.

Loco conſecrationis eis eſt benedictio I. 7. 10. [*] eorum iura I. 29. (t) quotuplices ibid. ſub conditione coelibatus aſſumti matrimonium inire poſſunt II. 13. 80. [f]

Abbatiſſae.

Votis non adſtringuntur inter proteſtantes I. 26. (t) proteſtantes non praeſtant votum caſtitatis II. 13. 80. [f] in eas compromitti poteſt III. 7. [q]

Abſolutio.

Fiebat olim conſenſu eccleſiae laeſae, non vice Dei II. 7. (o) iudicium de noſtratium modo abſoluendi ib. [p] quomodo fiat? II. 7. 25. ſq. quomo-

do quis abſoluatur ab excommunicatione? IV. 44. 7. ſqq.

Accuſatio.

Accuſare matrimonium quid ſit II. 16, 1. qui poſſint II. 16, 2. quid ſit IV. 40. 3. quomodo fiat IV. 40. 15. qui poſſint accuſare IV. 40. 4. ſq. poteſt fieri per procuratorem IV. 40. (l)

Acoluthi.

Quid ſint I. 23. 7.

Actio.

Quando inſtituenda petitoria III. 19. 3. ſq. quando poſſeſſoria III. 19. 3. ſqq.

Actor.

Quis dicatur inhabilis III. 32. 14. etiam negatiuam litis conteſtationem probare tenetur III. 26. (l)

Actus miniſteriales.

Quinam ſint? I. 7. 1.

Adulterium.

Quid ſit IV. 17. 1. ſq. quomodo committatur IV. 17. 3. quomodo accuſetur IV. 17. 6. ſqq. Eius poena IV. 17. 15. quid ſit de iure canonico ib. (b) eſt crimen occultum ibid. (c)

Aduocatus.

In matrimonialibus non vbique admittitur III. 8. (e) non excluditur a poſtulando ob religionis diuerſitatem ib. (f) nec ob excommunicationem ib.

Ætas.

Ætas.

Quae apta ad clericatum I. 26. 15. legitima ad communicandum II. 5. 9.

Affinitas.

Quid ſit II. 13. 61. Inter perſonas quasdam nulla datur ib. (t) Eius genera II. 13. 65. Impedit matrimonium II. 13. 69. ſqq.

Alienatio.

Quid ad alienationem rerum eccleſiaſticarum requiratur II. 41. 7. ſq. conſenſu epiſcopi facta inter proteſtantes valida eſt II. 41. (n) in eam omnes capitulares conſentire debent ib. (o) quid ſit II. 41. 9. *vid.* res eccleſiaſticae.

Altaria.

Quomodo ſint conſecranda? II. 21. 9. ſqq. a ſanctis nomen accipiunt ib. (n) olim fuere incognita ib. multitudo eorum cum miſſis priuatis introducta eſt ib.

Anabaptiſtae.

Quid ſint IV. 10. 1. eorum poena IV. 10. 2. ſq. an capitalis poena contra eos conſtituta ſit? ib. (i) non ſunt ſeditioſi per ſe ib.

Annatae.

Earum origo I. 25. (h)

Annus clauſtralis.

Eius origo I. 26. (m)

Annui reditus.

vid. Reditus.

Apoſtatae.

Qui ſint IV. 9. 1. quotuplices IV. 9. 2. ſqq. quomodo puniantur IV. 9. 6. ſqq.

Apoſtoli.

Quando petendi III. 36. 28. quid operentur III. 36. 30. ſqq.

Appellatio.

Quid ſit III. 36. 2. quotuplex III. 36. 3. extraiudicialis eſt inuenta iure canonico ib. [r] per falſum facta pro deſerta non habetur ib. (x) in Gallia receptae ſunt appellationes ab abuſu III. 36. (b) admittitur etiam in momentanea poſſeſſione ib. (c) viua voce interponi poteſt ib. [e] quomodo ſit introducenda? ib. [h] a qua ſententia poſſit appellari III. 36. 9. ſqq. quando ad Papam III. 36. 17. ſq. in qua cauſa III. 36. 22. ſqq. quomodo fiat III. 36 24. ſqq. eius effectus III. 36. 39. ſqq. appellans petere debet documentum requiſitionis ib. [l] quomodo ei tacite renuncietur ib. [r] quomodo ei renuncietur III. 36. 43.

Arbitri.

Quid ſint III. 7. 1. quotuplices III. 7. 2. qui compromittere poſſint III. 7. 5. ſqq. eligi poſſunt in cauſis priuati arbitrii III. 7. [s] plures ſimpliciter dati quomodo procedant ib. de qua controuerſia III. 7. 9. ſeq. qui in arbitros eligi poſſint III. 7 11. ſq. eorum ſententia III. 7. 18. ſq. quomodo finiatur eorum poteſtas III. 7. 25.

Archidiaconus.

Quis ſit I. 15. 1. quod officium eius I. 15. 2. Cur dicatur vicarius natus ib. [f]

Archidiaconalia iudicia.

Eorum origo I. 15. (g)

Archiepiſcopi.

Quinam ſint I. 3. 2. deſunt inter proteſtantes I. 8. (e) deminuta eſt eorum poteſtas receptione pallii ib. (d) eius poteſtas quomodo exſtinguatur I. 10, 1.

Archi - Presbyter.

Quis ſit I. 16. 1. quotuplex I. 16. 2. origo Archipresbyterorum ib. (i) olim non erat ſacerdos ib. quis vrbanus I. 26. 2. quis ruralis I. 16. 2. officium eius I. 16. 3. iurisdictio eius I. 16. 6.

Audientia Epiſcopalis.

Eius forma antiqua I. 9. [h]

B.

Banna eccleſiaſtica.

Vid. proclamatio.

Baptiſmus.

Quid ſit II. 3. 1. eius ſubſtantia II. 3. 2. Solennitates II. 3. 5. ſq. effectus renunciationis ſatanae a baptizato factae ib. [s] baptizandus olim immergebatur ib. [ss] baptiſmus flaminis II. 3. 9. quid operetur II. 3. 11. ſanguinis baptiſmus II. 3. 12. ad eum nemo eſt cogendus ibid. [s] hodie domi non poteſt peragi ſine diſpenſatio-

tione ib. (x) an hic baptizantis intentio requiratur? ibid. (z) Eius reiteratio ſub capitali poena eſt prohibita ib. (a) habet effectus ciuiles ib. (c) qui baptizandos praeſentare poſſint II. 3. 15. ſq. vbi paptiſmus fieri debeat II. 3. 18. ſeipſum an quis rebaptizare poſſit II. 3. 20. baptizatus an rebaptizari poſſit II. 3. 22.

Baſilica.

Cultus miſſaticus in ea non poteſt haberi II. 20. (e)

Benedictio Sacerdotalis.

Vid. Hierologia.

Die Bede.

vid. Exactio.

Der Beicht-Stuhl.

vid. Confeſſio auricularis.

Beneficia.

Qui poſſint ea erigere II. 28. 17. ſqq. ſunt feuda eccleſiaſtica ib. (b) ſuperſtitioſa in magis licita ſunt conuertenda ib. (q) ſubiecta ſunt principis inſpectioni ib. (s) quando collator fructus eius poſſit retinere II. 29. (l) quid in erectione eorum obſeruandum II. 28. 22. ſqq. quomodo quis erecta adipiſcatur II. 29. 2. quando conferenda II. 29. 35. ſqq. quomodo acquiſitione beneficii ſecundi prius fiat vacans II. 31. 1. ſqq. pluralitatem eorum canones prohibent II. 31. (u) mandatum de eo conferendo quid tribuat II. 29. 23. ſqq. vid. Permutatio.

Blaſphemia.

Quid ſit IV. 34. 5. quomodo puniatur IV. 34. 6. an eius poena ſit diſpenſabilis ib. (n) Bo-

Bona fides.
Quid ſit III. 33. 12. quando ſit neceſſaria III. 33. 13.

Bullae.
Quomodo differant a breuibus? I. 1. (i)

Buß-Bet-und Faſt-Tage.
Vocantur litaniae II. 22. (d) imperantur a principe ib. quotuplices ſint? ib.

C.

Calendarium.
Ius mutandi illud olim papae adſcribebatur III. 16. (l)

Calumnia.
vid. Iuramentum.

Calumniator.
Quis ſit VI. 30. 1. quomodo puniatur IV. 30. 4. ſq.

Candidatus miniſterii.
Quaenam obſeruanda ſint in eius examine I. 25. (d)

Capitulares.
Habent dignitatem eccleſiaſticam II. 28. (g) *vid.* Canonici.

Catechiſmus.
Quid ſit II. 17. 103.

Canonizatio.
Quid ſit II. 22. 13. quomodo fiat II. 22. 14. eius origo ib. (x)

Capitulum.

Ratio denominationis I. 19. (y) eius poteſtas ſede vacante I. 19. 1. ſqq. quid ſit I. 19. 4. origo Decani in capitulis I. 16. (k) & 26. (x) conſtituit ſenatum eccleſiaſticum I. 19. (x) quaenam iura ei competant ib. electo praeſcribit capitulationem ib. (z) in eis multa ſuperſunt ex inſtitutis monaſticis I. 26. (k) vnde praebendarum collatio ei obuenerit? II. 29. (x)

Canonica portio.

Quid ſit II. 37. 1. quotuplex II. 37. 2. ſqq. Ex quibus rebus detrahatur II. 37. 4. ſqq.

Canonicatus.

Quid ſignificet? II. 28. (c) de eo tranſigi poteſt III. 6. (n)

Canonici.

Quandoque illis ordines ſunt neceſſarii I. 4. (mm) eorum origo I. 26. (i) ratio diſtinctionis in regulares & ſeculares ibid. in quibus differant regulares a Monachis ib. non omnes ſtatim praebendam accipiunt II. 28. (e)

Caorcini.

Quinam olim fuerint? IV. 27. (x)

Cardinales.

Quid ſint I. 3. 8. quotuplices I. 3. 9. vbi eorum conſenſus ſit neceſſarius I. 1. (g) olim opponebantur clericis vacantibus I. 3. (g) incrementum eorum ib. eorum iuriſdictio I. 3. 10. quot ſint

ſint I. 3. 11. quomodo eligantur I. 3. 12. eorum officium I. 3. 13 - 15.

Cathedrales eccleſiae.

Cur iis tot miniſtri neceſſarii ſint? I. 25. (l)

Cenſus.

Quid ſit II. 34. 2. quot modis accipiatur II. 34. 3. olim modus eius varius fuit II. 34. (b) nouus poſt fundationem eccleſiae imponi non poteſt ib. (d) quis enim conſtituere poſſit II. 34. 4. quomodo conſtituatur II. 34. 5. ſqq.

Cenſura canonica.

Aduerſus quos olim fuerit adhibita IV. 33. (x)

Character indelebilis.

Eius origo II. 2. (l) quid ſit? ib.

Chriſtiani primaeui.

Abhorruerunt a ſanguinis effuſione I. 25. (x) prorſus abſtinebant a iuramentis III. 31. (x)

Citatio.

Quid ſit III. 3. 4. quot eius partes III. 3. 5. quotuplex ſit III. 3. 8. an in notoriis poſſit omitti? ib. (c) edictalis quomodo fiat? ib. (f) vbi fieri debeat III. 13. 14. quomodo fiat III. 3. 16. ſqq. 31. ſeqq. qui ſint citandi III. 3. 18. quid continere debeat, vt valeat III. 3. 22. quomodo plures ſint citandi ib. (l) quandoque fit ex officio ib. (m) ad diem feriarum facta eſt nulla, ib. (o) publicaa quo tempore inducat litis pendentiam III. 3. (n) ad audiendam ſententiam in cauſis eccleſiaſticis non requiritur III. 34. (l) quid

quid operetur III. 3. 33. & ſqq. 36. ſqq.

Clauium ius.

Eſt fulcrum imperii ſacri II. 7. (g)

Clerici.

Dicuntur primario conſtituere eccleſiam I. 2. (p) denominationis ratio ib. (q) quinam ſint 2. 3. 4. quotuplices I. 2. 5. in primitiua eccleſia dependebant ab eccleſia I. 24. (p) prorogare poſſunt iurisdictionem I. 29. (b) veſtibus olim non diſtinguebantur a laicis I. 27. (a) cur ſint digniores laicis? I. 29. (x) non ſunt independentes ib. (g) quibus caſibus ſtent in foro ſeculari ib. (c) vitae honeſtatem obſeruare debent I. 27. 4. ſqq. quibus gaudeant priuilegiis I. 29. tot. coram quo poſſint conueniri I. 29. 5. ſq. eorum priuilegia ib. (c) cur eis a matrimonio abſtinendum? II. 6. (o) pro homicidis olim intercedebant IV. 13. (q) olim alebantur ex reditibus eccleſiaſticis II. 28. (b) an poſſint teſtari de bonis ſuis II. 43. (t) quis ſuccedat in eorum bonis ib. (u) ius eorum in beneficia ib. (y) quando teſtamenti factio iis ſit ademta ib. (z) quilibet Romae habet primam inſtantiam III. 4. (y) foro priuilegiato poſſunt renunciare ib. (b) reconueniri poſſunt coram iudice ſeculari ib. (d) conueniri poſſunt in foro rei ſitae ib. (e) eorum forum in perſonalibus eſt Conſiſtorium ib. (f) reſtitutio in integrum eis datur III. 40. [a] iu-

iudicio ſanguinis intereſſe non poſſunt IV. 13. (n) beneficium competentiae non habent IV. 27. (m) pro delinquentibus orare debent IV. 29. (i) prohibentur venari IV. 32. 8. non poſſunt miniſtrare ob certas cauſas IV. 35. ſq. clericorum bona quae ſint? II. 43. 2. ſq. quale ius in illis habeant II. 43. 3. ſq.

Coadiutor.

Quis ſit I. 17. 1. ſq. canones reprobant ſucceſſionis gratia datum I. 17. (n) eligi poteſt inuito Epiſcopo ib. (o)

Coadiutoriae.

Quid hodie ſint I. 17. (p)

Coelibatus.

Ratio eius II. 13. 108. (y)

Cognatio.

Quotuplex ſit II. 13. 39. ſq. ſpiritualis non impedit matrimonium II. 13. 42. ib. (k) ſq.

Collatio.

Quid ſit II. 29. 3. quomodo fiat II. 29. 4. quinam eam faciant II. 29. 5. ſeq. quomodo pontifex eam faciat II. 29. 10. ſq.

Colluſio.

Quid ſit IV. 31. 1. quomodo puniatur IV. 31. 2. ſq.

Commendaturae.

Immunitatibus eccleſiaſticis fruuntur II. 26. (g)

Compromiſſum.

In quos compromitti poſſit? III. 7. 6. ſq.

Compulſoriales.

Quid ſint III. 36. 33. quando dentur III. 36. 35.

Computatio *vid.* gradus.

Concilia.

Quotuplicia ſint I. 1. 8. generalia ib. 9. nationalia ib. (d) alia ib. 11. nation. prouincialia ib. 11. quae Epiſcopalia ib. 12.

Confeſſionarius.

Eius mutatio non eſt licita II. 7. (h) teſtis eſſe non poteſt in reuelatis III. 27. (g) nec cogi poteſt ad teſtimonium de iis dicendum III. 28. (u) habet forum poenitentiale III. 31. (x)

Copulatio ſacerdotalis.

vid. Hierologia.

Confeſſio auricularis.

A quo ſit introducta? II. 5. (y) eius origo II. 7. [u] iudicium de ea ib. [c]

Confeſſionis ſigillum.

Eius neceſſitas II. 7. [m]

Confeſſio.

Eiecti ad eam tenebantur II. 7. [f] quomodo fiat II. 7. 19. quot modis quis confiteatur III. 25. 2. ſq. cui noceat III. 25. 3. ſq. an reuocari poſſit III. 25. 7. ſq. clerici coram iudice laico non valet ib. [e] qualificata pro parte reiici non poteſt ib. [f] indiſcreta non ſtringit ib. [g]

Confirmatio.

Electionis cui competat I. 6. 2. ſq. olim pontifex eam ab imperatore impetrare tenebatur I. 6. [r] quando petenda I. 6, 4. an poſſit denegari I. 6. 5.

6. 5. ſq. non eſt actus iurisdictionis mere voluntariae ib. (t) quid poſt eam conſequatur electus I. 6. 8. *vid.* electio.

Confirmationis Sacramentum.

Eius neceſsitas II. 4. 1. ſq. quid ſit II. 4. 4. quomodo fiat II. 4. 6. ſqq. quando fiat II. 4. 9. eius origo ib. (d) dicitur traditio ſpiritus ſancti ib. olim erat appendix baptiſmi ib. (g)

Confirmatio ſententiae.

Quid ſit III. 41. 2. quomodo fieri debeat III. 41. 3. ſq. quotuplex III. 41. 1. confirmatio etiam actibus iuris gentium accedit III. 41. (h) non citatis non praeiudicat ib. (k)

Conciones.

Populi acclamationes in iis olim prohibitae non erant II. 24. (x)

Coniugium ſpirituale.

Eius ſignificatio I. 7. (y)

Coemeterium.

Sine auctoritate principis conſtitui poteſt II. 27. (l) refertur inter res vniuerſitatis ib.

Corporale.

Quid ſignificet II. 6. (t)

Conſanguinitas.

Quid ſit II. 13. 46. quid in ea obſeruandum II. 13. 47.

Conſecratio.

Cur adhibenda I. 7. 1. ſeq. quando petenda I. 7. 4. qui conſecrentur I. 7. 3. a quibus facienda I.

7.6. quomodo fiat I. 7. 9. quomodo eccleſiae ſint conſecrandae II. 21. 3. ſqq. quomodo altaria ſint conſecranda II. 21. 9. ſq. qui effectus conſecrationis eccleſiae II. 22. 2. ſq. *vid.* eccleſia.

Conſiſtorium.

Ab eo appellatur ad principem I. 18. (u) examinat candidatos miniſterii I. 25. [d] eius origo II. 16. (q) ſibi vindicat cognitionem criminum eccleſiaſticorum IV. 1. (s)

Conſtitutiones.

Quid ſint? I. 1. 23. quomodo obligent I. 1. 14.

Conſuetudo.

Quid ſit I. 1. 24. quomodo valeat I. 1. 25. vocatur canon & lex eccleſiaſtica ib. (o)

Contumacia.

Quid ſit III. 21. 2. ſq. quomodo puniatur III. 21. 5. iuſta impedimenta ab ea excuſant III. 3. (r) quotuplex ſit III. 21. (d) quomodo puniatur actor III. 21. 6. ſq. quomodo reus contumax III. 21. 9. ſqq.

Contumax.

Quando pro confeſſo & conuicto ſit habendus III. 25. [d]

Contritio.

Quid ſit II. 7. 15. quomodo fiat II. 7. 17.

D.

Decanus.

Eius officium I. 16. 4. nominis deriuatio ib. (k) olim

lim cenſuram canonicam adhibere poterat aduerſus clericos & laicos IV. 33. (k)

Decimae.

Quid ſint II. 38. 2. ſq. quotuplices II. 38. 3. ſq. cur dicantur res eccleſiaſticae II. 1. (f) apud gentiles in vſu fuere II. 38. (t) a Deo donatae ſunt ſacerdotibus & Leuitis in V. T. ib. quo titulo debeantur presbyteris in N. T. ib. auctores perſonalium ib. (u) inhaerent bonis ib. (x) quot annis praeſcribantur ib. (y) etiam princeps eas ſoluit ib. (z) an clerici ab iis ſint immunes ib. (a) num immunitas ab eis ordinibus quibusdam competat ib. (b) debentur de noualibus ib. (d) quibus debeantur II. 38. 6. ſq. qui ſoluere eas teneantur II. 38. 10. ſq. de quibus rebus ſolui debeant II. 38. 18.

Decretum.

Quid ſit primum III. 22. 5. ſq. quid ſit ſecundum III. 22. 12. ſq. quomodo ſecundum iudex interponat III. 22. 14. ſq. quando obtineat decreti interpoſitio III. 22. 22. quid ſit I. 1. 15. 22. quae ſint generalia I. 16. quae ſpecialia I. 1. 16.

Decreta pontificum.

Quid ſint I. 1. 13.

Degradatio.

Vſus eius inter proteſtantes IV. 47. (e)

Delictum.

Quid ſit IV. 1. 4. quotuplex IV. 1. 7. ſeq. origo di-

ſtinctionis inter ſecularia & eccleſiaſtica ib. (p) differentia delicti & exceſſus IV. 39. (s) in notorio etiam defenſio eſt admittenda IV. 40. (i) probari poteſt per inſtrumenta IV. 40. (n)

Demonſtratio.

In cauſis eccleſiaſticis admittitur III. 26. (k) eius commoda ib.

Deportus.

vid. Ius deportus.

Depoſitio.

Simplex non adimit iura clericalia I. 11. (t) quomodo fiat I. 12. tot. quid ſit IV. 47. 1. quotuplex IV. 47. 2.

Delegatus.

Quis ſit III. 2. 1. quotuplex III. 2. 2. qui delegare iudicem poſſit III. 2. 8. quinam poſſint delegari III. 2. 9. ſq. quinam ſubdelegare poſſit ib. (h) poteſtas plurium delegatorum III. 2. (o) quandoque in cauſa ordinaria procedit ſummarie ib. (t) quis delegari poſſit III. 2. 22. ſq. quam habeat poteſtatem III. 2. 28. quando exſpiret eius iurisdictio III. 2. 34. quis ferre poſſit ſententiam III. 34. 13. ſq.

Denunciatio.

Quid ſit IV. 40. 38. quotuplex IV. 40. 39. ſq. quomodo fiat IV. 40. 48. ſq. vſus denunciationis euangelicae inter proteſtantes ib. (z) quando locum habeat euangelica ib.

Diaconus.

Quis ſit I. 22. 1. diaconi non recte dicuntur leuitae ib. (i) in quo differat proteſtantium a pontificio ib. (k) an poſſit celebrare miſſam II. 6. (m) eius officium I. 22. 3. quando conſtituatur I. 22. 5. cur non poſſit conficere ſacramentum euchariſtiae II. 5. (q)

Dilatio.

Quid ſit III. 15. 1. quotuplex III. 15. 2. ſeq. quando concedatur III. 15. 4. 6. quomodo concedatur III. 15. 7. ſq. tertiam petens debet praeſtare iuramentum malitiae III. 15. (o)

Diſpenſatio.

Quando fieri poſſit II. 13. 74.

Diuortium.

Quid ſit II. 17. 1. quotuplex II. 7. 2. ſq. ob inſidias vitae recte decernitur ib. (y) quid operetur II. 17. 5. ſq. auctor diſtinctionis inter totale & quoad thorum ib. [u] totale etiam olim conceſſum eſt IV. 17. [d]

Dos Eccleſiae.

Ethnici quoque eam conſtituerunt II. 20. (h) olim incognita erat Chriſtianis ibid.

Duellum.

Quid ſit IV. 15. 1. quomodo puniatnr IV. 15. 3. ſq. olim vel inter teſtes vel litigantes erat vſitatum ib. (y) ſcriptores de duellis agentes ib. [z]

E.

Eccleſia.

Quid ſit II. 20. 1. eius conſtructio II. 20. 3. ſq. extrui non poteſt ſine conſiſtorii conſenſu ib. (f) princeps extructionem nouae concedere poteſt ib. (g) ei non competit hypotheca tacita in bonis rectoris II. 21. (i) quis eam conſecrare debeat II. 21. 2. quomodo conſecranda II. 21. 3. ſq. vnde eccleſiae nomina martyrum & ſanctorum acceperint ib. (l) in ſepulchris martyrum olim exſtruebantur ib. (o) in ea ſuſcipi poſſunt tractatus ſponſalitii II. 24. (u) an ad eam confugiens extrahi poſſit ib. (a) quando vacare dicatur II. 30. (p) olim non exercuit jurisdictionem III. 1. (d) num ei quadriennium reſtitutionis in integrum competat III. 40. (c) percipit vſuras ſub ſpecie intereſſe IV. 27. (x)

Eiectio.

Quid olim fuerit IV. 43. (n) fiebat conſenſu eccleſiae ib. (u) adhibebatur ob crimina grauiora ib. (c) eiectus olim ſatisfacere tenebatur eccleſiae laeſae IV. 44. (n)

Eingepfarrte.

Quinam ita dicantur II. 23. (n)

Electio.

Quid ſit I. 4. 2. ad quem pertineat I. 4. 3. olim ad totam eccleſiam pertinebat I. 4. (m) qui prohibeantur eligere I. 4. 4. ſq. quinam eligendi I. 4.

I. 4. 7. quando fieri debeat I. 4. 8. & 9. vbi fieri debeat I. 4. 11. notarii ſunt adhibendi ib. (t) publicationis eius effectus ib. 14. (o) quomodo fiat I. 4. 13. per ſcrutinium I. 4. 14. quomodo fiat per compromiſſum I. 4. 19. ſq. quomodo per inſpirationem I. 4. 22. ſeq. quando confirmanda I. 6. 1. ſeq. electus ſtatim habet iurisdictionem I. 6. (x) quomodo differat a collatione II. 29. (t) an fieri poſſit per ſortem IV. 20. (t)

Encaeniae.

Auctor earum II. 21. (p) iurium illarum ſingularium ratio ib.

Epiſcopus.

Olim erat vnus ex Presbyteris I. 3. (y) Praeeſt clero & populo ib. quotuplex I. 3. 2. quis ſimpliciter talis I. 3. 2. eius officium I. 3. 4. promotio I. 4. 1. qualis eſſe debeat I. 9. tot. ſtatim poſt electionem nanciſcitur ſuperioritatem territorialem I. 6. (x) cur dicatur matrimonium contrahere cum eccleſia? I 7. (y) olim primario curam pauperum habebat I. 9. (i) eorum reſeruata I. 15. (gg) foeminas alere iis iam olim fuit interdictum I. 27. (b) origo iudiciarii eorum tribunalis II. 16. (q) olim non erat adſtrictus ad ſolennia proceſſus ibid. (s) eius iurisdictio ſuſpenſa eſt in territoriis proteſtantium II. 28. (s) vnde fuerit dictus collator ordinarius II. 29. (u) eius ius inter proteſtantes II. 41. (n) olim habebat iudicium ſimplex III.

I. (f) in primitiua eccleſia ex compromiſſo iudicabat III. 7. (o) a reo documentorum editionem petere non poteſt III. 29. (e) ad quem ab eo appelletur III. 36. (z) ex officio olim inquirebat in delicta IV. I. (p) poteſtas I. 14. I. ſq. quomodo exſtinguatur I. 10. I.

Epiſcopi ſuffraganei.

Vicarii ſunt epiſcopi I. 18. (q)

Epiſcopatus.

Vnus pluribus poteſt praefici II. 31. (u)

Erectio praebendae.

vid. Praebenda.

Error.

Quis vitiet nuptias II. 13. 23.

Euchariſtia.

Quid ſit II. 5. I. quomodo celebretur II. 5. 4. ſq. olim erat ſignum communionis eccleſiaſticae ib. (l) origo variarum eius appellationum ib. (m) ea nemo extra ſuam parochiam vti poteſt ibid. (s) olim nemo ab ea poterat excludi ib. (t) de ieiunio in ea ſumenda vſitato ib. (z) olim habuit nomen poſtcoenii ib. erat appendix Agaparum ib. (a) an quis ad eam ſumendam poſſit cogi ib. (b) diſtributa eſt ſub vtraque ſec. X. ib. (d) olim quotidie celebrabatur II. 6. (f) Vnde conſecratio ei ſit addita ibid. (i) in priuatis oratoriis non poteſt praeberi II. 21. (r) eius aſſeruatio erat cuilibet permiſſa II. 22. (t) eius contemtores excluduntur a ſepultura ſolenni II. 37. (y) eiectus olim tantum exclu-

cludebatur IV. 43. (m) qui illam accipiat II. 5. 8. ſq. quomodo ſalutifere accipiatur II. 5. 12. ſq. quandο ſuſcipi debeat II. 5. 14.

Exactio.

Quid ſit II. 35. 2. quomodo fieri debeat II. 35. 3. ſq. dicitur ſubſidium charitatiuum ib. (g)

Exceptio.

Quid ſit III. 32. 2. quotuplex III. 32. 3. ſq. quotuplices ſint peremtoriae III. 32. 27. ſq. hodie annectuntur litis conteſtationi ib. (k) peremtoriam opponens litem non conteſtatur ib. (n)

Excommunicatio.

Quid ſit IV. 43. 1. quotuplex IV. 43. 2. ſq. excommunicatus a foro non repellitur III. 32. (f) origo minoris excommunicationis IV. 43. (m) quomodo inferatur IV. 43. 6. ſq. eius effectus IV. 43. 16. ſq. quibus modis tollatur IV. 44.

Executio.

A quo fiat III. 35. 2. quomodo fiat III. 35. 3. ſq.

Exorciſmus.

Vſus eius in eccleſia primitiua II. 3. (r) ignotus eſt multis eccleſiis Lutheranis ib.

Exorciſta.

Quid ſit I. 23. 6.

Expectatiua.

Reuocari poteſt II. 29. (o) eius requiſita vt in Ger-

Germania effectum habeat ib. (c) eam concedit pontifex vel princeps II. 30. (t) patronus eam dare non poteſt ib.

Extrema vnctio.

Quid ſit II. 9. 1. quotuplex ſl. 9. 3. ſq. Iacobus eius auctor non eſt ib. (u) quomodo fiat II. 9. 5. ſq.

F.

Falſum.

Quid ſit IV. 28. 1. quomodo committatur IV. 28. [illegible] quomodo puniatur IV. 28. 10. ſq. annon [illegible]bus quibusdam commiſſum IV. 28. [illegible]enſoribus apocryphorum committitur ibid. (f)

Feriae.

Quid ſint III. 16. 2. quotuplices III. 16. 4. ſqq. quae cauſae his feriis expediri poſſint III. 16. 10. ſqq. an poſſit iis renunciari III. 16. 14. ſqq. in patrum ſcriptis ſinguli dies dicuntur feriae III. 16. (h) quomodo a nobis ſint celebrandae ib. (l) proteſtantes non tenentur celebrare ferias catholicorum ib. (m) etiam partium litigantium obſeruandae ſunt III. 3. (o) quomodo computentur III. 16. 17.

Fiduciarius.

Quinam dicatur II. 31. (p)

Filialis eccleſia.

Subiicitur matri duobus modis II. 23. (o) quatenus mancipatur matris priuilegia ib. (p)

Fla-

Flagellationes.

Earum origo ll. 7. (n)

Fornicatio.

Quid ſit IV. 21. 1. quomodo puniatur IV. 21. 4.

Forum.

Quid ſit lll. 4. 3. quomodo quis illud ſortiatur lll. 4. 4. ſqq.

Franciſcani.

Cur Abbates non habeant I. 26. (q)

Funeralia.

In ea ius quaeſitum habet parochus ll

Furor.

Quomodo impediat matrimonium ll. 13. 94. an ob ſuperuenientem diuortium ſit concedendum ib. (m)

Furtum.

Quid ſit IV. 23. 1. quotuplex IV. 23. 2. ſqq. quomodo committatur IV. 23. 5. ſqq. quomodo puniatur IV. 23. 11. ſeq. ad eius manifeſtationem cooperatur eccleſia ib. (q) heredes id committentes tenentur ad reſtitutionem ib. (r)

G.

Gradus.

Quid ſit ll. 13. 53. Eius computatio ll. 13. 55. ſq. in matrimonialibus olim obtinebat computatio ciuilis ib. (p) auctor computationis canonicae ib. iudicium de canonica ib.

H.

Haereticus.

Quis ſit IV. 7. 1. ſqq. quomodo contra eos procedatur IV. 7. 9. ſq. quomodo puniantur IV. 7. 11. ſqq. qui dicantur in haereſin recidiſſe IV. 7. 21. quis dicatur in ſenſu iuridico ib. (p) quinam dicatur pertinax ib. (q) pro perduelle habetur ib. (y) multa in iure ciuili contra eum conſtituta ſunt ib. (a) dicitur extra eccleſiam eſſe ib. (b)

Hierologia.

Eſt iuris humani II. 13. 113. (a) in locum eius poteſt ſubſtitui publica declaratio ib.

Homicidium.

Quid ſit ſimplex IV. 12. 1. ſq. quotuplex IV. 12. 1. quomodo puniatur IV. 12. 8. ſeq. poena eius remitti poteſt ib. (q)

Horae Canonicae.

Olim eis laici intererant II. 22. (s) ad eas potiſſimum adſtricti ſunt canonici ib.

I.

Idoneus.

Quinam ſit, quis examinare debeat II. 33. 13.

Ieſuitae.

Quatuor votis adſtringuntur I. 26. (u)

Ieiunium.

Quid ſit II. 22. 16. quotuplex II. 22. 17. ſq. quibus diebus hodie obſeruetur ib. (b) ratio veri ieiunii ib. (e) modus ieiunandi II. 22. 26.

Im-

Immunitas.

Eccleſiae quid ſit II. 24. 2. quotuplex II. 24. 3. ſeq. quibus tribuatur II. 24. 6. ſq.

Impedimenta.

Matrimonii quae ſint II. 13. 37. ſq. quae dirimant II. 17. 38. ſq. quae impediant II. 17. 93. ſq.

Imperium ſacrum.

Eius origo I. 3. (b) cauſa fuit ſchiſmatis inter orientalem & occidentalem eccleſiam IV. 8. (d)

Impotentia coeundi.

Quotuplex II. 13. 85. quid ſit II. 13. 84. quae vitiet matrimonium II. 3. 88. ſq.

Incendiarius.

Qui ſit IV. 25. 2. quomodo puniatur IV. 25. 3.

Inceſtus.

Quid ſit IV. 19. 1. quomodo puniatur IV. 19. 2.

Indulgentiae.

Quid ſint II. 8. 2. earum ſpecies antiquae ib. [q] iudicium de iis ib. quomodo concedantur II. 8. 3. ſq. cauſae, ob quas conceduntur, quaenam II. 8. 7. (t)

Inhibitiones.

Quid ſint III. 36. 36. quando decernantur III. 36. 37. ſq.

Inquiſitio.

Quid ſit IV. 40. 23. quotuplex IV. 40. 24. quomodo fieri debeat IV. 40. 26. ſq. eius origo IV. 40. [o] duplex eius fundamentum ib. [r]

In-

Inſpiratio.

Eſt modus eligendi praelatum I. 4. 22. eius requiſita ib. 23. Vſus eius ib. (r)

Inſtitutio.

Beneficiorum, quomodo fiat II. 32. 2. ſqq. quotuplex ib. (s) quibus ſignis olim ſit facta ib.

Inſtrumentum.

Quid ſit III. 29. 2. quotuplex III. 29. 3. ſqq. quomodo probet III. 29. 6. eius ſolennia III. 29. 8. ſq. quomodo producatur III. 29. 10. quatenus ei noceat raſura ib. (b) magis ei creditur, quam teſti ib. (f)

Interdictum.

Quid ſit II. 17. 97. IV. 45. 2. quomodo impediat matrimonium II. 17. 98. quotuplex ſit IV. 45. 3. ſqq. quis poſſit interdicere IV. 45. 9. effectus eius IV. 45. 18. eccleſiaſticum eſt modus cogendi imperantes ib. (p)

Interlocutoria ſententia.

Mera non tranſit in rem iudicatam III. 34. (d) mixta in rem iudicatam tranſit ib. vim definitiuae habens admittit appellationem III. 36. (t) appellatio ab ea iudicem non impedit III. 36. (n)

Inueſtitura per annul. & bac.

Reges ſibi eam recte arrogarunt I. 6. (r) vi erepta eſt imperatoribus ib.

Iudaeus.

Quis ſit IV. 5. 1. quo iure fruatur IV. 5. 2. ſqq. quomo-

mo-

modo puniatur IV. 5. 5. ſq. non poteſt habere plures vxores II. 13. (l) IV. 5. (l) eius matrimonium facilius diſſoluitur ib. a domino territorii tantum recipi poſſunt IV. 5. (m) liberi eorum ad baptiſmum non ſunt rapiendi ib. (n) dicuntur vſurarii manifeſti IV. 27. (x)

Iudex.

Ordinarius quinam dicatur III. 1. (g) facilis eſſe non debet in cauſis conſiſtorialibus ad praecludendum III. 15. (q) Eius officium circa interrogatoria III. 27. (o) eius poteſtas in teſtium depoſitione ib. (p) quandoque meliorem probationem iniungere poteſt III. 34. (i) quando extraiudicialiter procedere dicatur? III. 36. (s) quandoque ex officio procedere poteſt III. 42. (m) vid. delegatus.

Iudicium.

Quid ſit III. 1. 2. quotuplex III. 1. 3. qui illud conſtituant III. 1. 9. ſq. non debet eſſe tumultuarium ib. (e) petitorium cum poſſeſſorio cumulari poteſt III. 19. (x)

Iudicium eccleſiaſticum.

vid. Conſiſtorium.

Irregularitas.

Quid ſit IV. 46. 9.

Iura ſtolae.

Abſque ſimoniae crimine recipi poſſunt IV. 2. (a) differunt a ſalario ib.

Ius Canonicum.

Cur dicatur I. 1, 2. quid ſit ib. 3. a Proteſtantibus eſt retentum ib. (b) quotuplex ib. 4. per vſum & obſeruantiam in praxin eſt deductum ib. (l) quatenus ſit receptum? ib. (m) nihil in eo traditur de laicis I. 2. (p) ex quibus rationibus iuri Romano ſit praelatum III. 34. (k)

Ius deuolutionis.

Ceſſat in proteſtantium capitulis immediatis I. 4. (r) exercetur a principe II. 29. (y)

Ius diuinum.

Quid ſit? I. 1. 6. abutuntur eo pontifices ib. [c]

Ius dioeceſanum.

Comprehendit iura circa ſacra I. 14. [d] contra proteſtantes eſt ſuſpenſum ib. [e]

Ius deportus.

Quid ſit? II. 29. [l]

Ius primariarum precum.

Eius origo II. 29. (a) principes illud ſibi vindicant ibid.

Ius patronatus.

Quid ſit II. 33. 1. ſq. an tranſeat ad heredes II. 33. 15. an vendi poſſit II. 33. 18 conſiſtit in iure praeſentandi II. 33. (u) cum bonis ſimul venditum cenſetur ib. [t] purgatorium ad neceſſaria refertur IV. 48. [g] eius officium II. 33. 20. quando ceſſet II. 33. 25.

Iuramentum.

Quid ſit III. 31. 2. quotuplex III. 31. 3. ſq. poteſt ferri in cauſa matrimoniali II. 14. (g) eius eſſen-

ſentialia III. 31. (c) actui prohibito accedens non ſtringit III. 31. (c) non prohibitum eſt Chriſtianis III. 31. (k) formula eius hodierna ib. [o] afficit iurantem, non eius heredes ib. (s) an obliget metu extortum ibid. (a) quodnam obedientiae III. 31. 5. quodnam veritatis III. 31. 7. quodnam litis deciſorium III. 31. 9. ſq. quibus ſit deferendum III. 31. 14. ſq quomodo praeſtandum III. 31. 25. ſq. per quem iurandum III. 31. 27. ſq. quos obliget III. 37. ſq. an ſuper eo diſpenſari poſſit III. 31. 44. ſq. *Calumniae* quid ſit III. 14. 2. quis praeſtet illud III. 14. 5. ſq. quomodo praeſtetur III. 14 9. ſq. praeſtandum eſt poſt litis conteſtationem ibid. (k) *Perhorreſcentiae* quomodo praeſtetur III. 37. (p)

Iurisdictio eccleſiaſtica.

A laicis praeſcriptione immemoriali acquiri poteſt III. 33. (u)

K.

Kirchweyh.

vid. Encaeniae.

L.

Laici.

Cur improprie dicantur eccleſiaſtici? I. 2. (p) quid dicendum ſit de diſtinctione inter clericos & laicos ib. [q] non poſſunt conferre beneficia eccleſiaſtica II. 32. (r) olim accuſabantur etiam coram epiſcopo IV. 40. [u]

Laudum.

Hodie non requiritur homologatum III. 7. [a]

Lector.

Quis ſit I. 23. 5.

Legatus.

Quotuplex I. 20. 2. qui de latere I. 20. 3. qui miſſus I. 20. 5. qui natus I. 20. 6. vt plurimum eſt perpetuus I. 20. (b) recenſio legatorum, qui olim fuerunt, hodieque ſunt ib. (c) eius officium I. 20. 7.

Libellus.

Quid ſit III. 10. 3. quotuplex III. 10. 4. ſq. quare neceſſarius ſit III. 10. 7. ſq.

Liberi.

In dubio habentur pro legitimis IV. 12. (m) etiam inceſtuoſis debentur alimenta IV. 19. (h)

Licentia docendi.

vid. Magiſter.

Linea.

Quid ſit II. 13. 50. quotuplex II. 13. 51. ſq.

Lis.

Quando dicatur pendere III. 3. 37. III. 23. 2. non decidenda ſecundum nouas leges ib. (y) lite pendente nihil eſt innouandum III. 23. 4. ſq.

Litis conteſtatio.

Quid ſit III. 12. 2. quomodo fiat III. 12. 3. ſq. fit etiam per contradictionem generalem ib. (a) eſt neceſſaria III. 12. 8. num etiam in cauſis matrimonialibus ſit neceſſaria ibid. (o) negatiua dire-

recto poteſt probari. lll. 26. (m) eius effectus quinam lll. 12. 10. ſq. an teſtes ante eam poſſint recipi lll. 13. 2. ſq.

Litaniae.

vid. Buß-Tage.

Literae dimiſſoriae.

Quando petendae. lll. 36. 28.

M.

Magiſter.

Quis ſit IV. 4. 21. non poteſt aliquid pro licentia docendi exigere IV. 3. 22. ſq.

Magiſtratus.

Indictio feriarum ei competit lll. 16. (k)

Magi.

Cur poena ignis afficiantur IV. 9. (g)

Manuum impoſitio.

In Apoſtolis erat miraculoſa I. 25. (x) an tribuat characterem indelebilem. ib.

Maioritas.

Quid ſit I. 24. 2. eius cauſae I. 24. 3. ſqq.

Maledictum.

Quid ſit IV. 34. 1. quotuplex IV. 34. 2. quomodo puniatur IV. 34. 3. ſq.

Matrimonium.

Quid ſit ll. 11. 2. quotuplex ſit ll. 12. 8. ſq. vnde Epiſcopus id contrahere dicatur cum eccleſia? I. 7. (f) non recte refertur inter ſacramenta ll. 2. (h)

[h] cur annumeretur ſacramentis? II. 11. [e] quid requiratur, vt contrahi poſſit II. 12. 8. ſeq. quomodo differat a ſponſalibus de praeſenti II, 13. (g) qui ſint matrimonii capaces II. 13. 18. ſq. perfectum demum habet effectus ib. (h) ex iuſta cauſa poteſt diſſolui ib. [k] num de eius diſſolutione tractari poſſit in foro ſeculari. ib. [o] etiam matris conſenſus ad illud eſt neceſſarius ib. [s] an coactione initum valeat? ibid. [u] ſemper contrahitur ſub conditione tacita ib. [z] quatenus dolus illud annullet? ib. [a] contra regulas honeſtatis initum ſubſiſtit ib. [b] non poteſt contrahi ſub conditione ib. [c] ſub modo turpi contractum non reſoluitur ib. 32. [e] princeps determinat eius impedimenta ib. 37. [i] inter ſuſceptorem & ſuſceptam ex baptiſmo non eſt prohibitum ib. 40. [k] cum adultera prohibitum eſt de iure ciuili ib. 82. [g] an eunuchis id permittere poſſit princeps ib. 87. [h] putatiuum habet ſuos effectus II. 14. (g) quandoque transactio de eo valet III. 6. (m) ſententia contra id non tranſit in rem iudicatam III. 34. 23. quae crimina impediant II. 13. 105. quomodo probetur II. 14. 8. ſq. eius effectus II. 15. 1. ſq. eius accuſatio II. 16. 2. ſq. qui teſtes eſſe poſſint contra illud II. 16. 8. ſq.

vid. Nuptiae.

Mendicantes Religioſi.

An poſſint ad ordinem monaſticum tranſire I. 26. 27.

Me-

Meretrix.
Quaenam pro tali habenda? IV. 21. (l)
Metropolitani.
Quinam ſint I. 3. 2.
Metus.
Quis vitiet nuptias II. 13. 22.
Miniſtratio.
Cauſae, quare quis miniſtrare prohibeatur, quaenam ſint IV. 35. 36. 37. 38.
Miniſterium eccleſiaſticum.
Sibi non poteſt vindicare iura antiqui presbyterii I. 16. (i)
Miniſter eccleſiae.
Ratio denominationis I. 22. (ii)
Miſſa.
Quid ſit II. 6. 1. quotuplex II. 6. 2. denominationis ratio ib. (e) dicitur ſacrificium ib. quae eius partes II. 6. 3. qui poſſint eam celebrare II. 6. 6. eius abuſus ib. (g) antiquus eam celebrandi modus ib. (l) ſignificat omnem cultum ſolenniorem ib. plures miſſas vno die celebrare eſt capitale ib. (p)
Miſſi dominici.
vid. Officiales.
Miſſio in bona.
Quotupliciter fiat III. 22. 1. ſq. 8. ſq. quomodo fiat III. 22. 6. ſq. de iure Rom. erat duplex ib. (k) etiam danda creditori conditionali ib. (u)
Monachi.
Votis olim non adſtringebantur I. 26. (l) primum ſi-

ſibi peculiares veſtes elegerunt I. 27. (a) obligantur ad ſoluendas decimas II. 39. (a)

Monaſterium.

Cui ſubiectum II. 26. 2. ſq. fruitur immunitatibus eccleſiaſticis ib. (g) quaenam obſeruanda in bonis eius alienandis II. 41. (p)

Mors.

Quomodo probetur? II. 18. (c)

Munus eccleſiaſticum.

An quis poſſit ad illud cogi? I. 5. (q) non traditur immediate a Deo I. 25. (p) de eo non valet transactio III. 6. (n)

N.

Nouale.

Quid ſit II. 38. 13. ei non competit immunitas a decimis ib. (d)

Nuptiae.

Quid ſint II. 13. 2. ſq. conſenſus quomodo in nuptiis interponatur II. 13. 30. ſq. quae ſint earum ſolennia II. 14. 3. quid ſint ſecundae II. 18. 2. a patribus improbatae ſunt ſecundae I. 25. (c) an poſſint intra tempora clauſa celebrari II. 13. 100. (q) ſtuprum honeſtum ſecundae a patribus vocatae ſunt II. 18. (a)

O.

Oblatio.

Quid ſit II. 40. 1. quomodo fieri debeat II. 40. 2. ſq. eius vſus antiquus II. 40. (k) ab excluſis a communione non fiebat ib. (l) quatenus habeat

beat perfectam obligationem ib. (m) in quatuor partes diuiditur, quod oblatum eſt II.27.14.

Obſeruantia eccleſiaſtica.

Quomodo introducatur? I. 1. (n)

Officiales.

Sunt vicarii Epiſcopi I. 18. 4. quatenus habeant iurisdictionem delegatam I. 18. (u) quotuplices I. 18. 8. ad quem ab his prouocetur I. 18. 9.

Officium eccleſiaſticum.

vid. Munus eccleſiaſt.

Ordinatio.

Conſtituit vinculum indiſſolubile inter eccleſiam & ordinatum I. 7. (y) olim fiebat ſine vnctione. I. 7. (z) ſerius ad reſeruata Epiſcoporum relata eſt I. 21. (h) non eſt iuris diuini I. 25. (q) quandoque fiebat per presbyteros ib. olim fiebat in eccleſia vacante ib. (t) olim diebus dominicis peragebatur ib. (f) quomodo differat ab ordine II. 10. (c) olim in ſingulis ad officium ſacrum promotionibus repetebatur IV. 37. (q) quid ſit I. 25. 2. quotuplex I. 25. 3. quomodo facienda minor I. 25. 4. quinam prohibeantur ordinari I. 25. 6. quis debeat ordinari I. 25. 21. an ſit iteranda I. 25. 29.

Ordo.

Quinam ſit inter clericos I. 24. 4. ſeqq. varii eius ſignificatus II. 10. (c) ordines ſunt vel maiores, vel minores ibid. (d) ordinis ſacramentum

quodnam II. 10. 8. cognitionum quis ſit III. 17.2.

Ordo clericalis.

An renunciatio eius ſit licita I. 11. (n)

Ordines militares.

Quinam poſſint condere teſtamentum II. 43. (z)

Oſtiarius.

Quis ſit I. 23. 4.

P.

Pactum.

Quid ſit III. 5. 2. de quibus rebus ſubſiſtat III. 5. 3. ſq. quodnam non obliget III. 5. 5. ſq.

Pallium.

Olim erat imperiale indumenrum I. 8. (b) quomodo ad Archiepiſcopos venerit ib. quid conferat I. 8. 1. 7. ſq. quid ſit I. 8. 2. quomodo petendum I. 8. 3. quando eo vtendum I. 8. 5. ſq. quandoque vni duo pallia ſunt impetranda I. 8. (e) cur eius vſus ad dies certos ſit reſtrictus ib. (f)

Parabolani.

Eorum officium I. 25. (d)

Parricidium.

Quid ſit IV. 11. 2. quomodo puniatur IV. 11. 4. ſq.

Paſtores.

Vnde dicti fuerint ſacerdotes? II. 5. (m) eis ius excludendi a S. coena non competit ibid. (t) exceſſus in iis quoque digni ſunt animaduerſio-

ſione IV. 39. (s) officium eorum circa reuelata IV. 40. (y)

Patronus.

Ius eius circa viſitationem I. 28. 2. (s) conſenſus eius impetrandus in eccleſiae vnione II. 23. (k) expectatiuas dare non poteſt II. 30. (t) olim collator beneficii fuit II. 32. (r) hodie vocationis literas expedit ib. intereſſe debet redditioni rationum II. 33. (x) adminiſtrat bona ibid. eius praerogatiuae. ib. (z) aliquando iure ſuo priuatur IV. 2. (d)

Patriarcha.

Quinam ſit I. 3. 2. & 3.

Patrini.

Quot poſſint adeſſe baptiſmo II. 3. 17. eorum origo ib. (t) ratio denominationis ib. (u) eorum officium ibid.

Percuſſio.

Quotuplex IV. 33. 2. eius poena IV. 33. 4. ſq.

Periurium.

Qui committat III. 31. 39. quomodo puniatur III. 31. 40.

Permutatio.

Beneficiorum quomodo fiat I. 13. 2. ſqq. quorum conſenſus ad eam requiratur I. 13. 4. quae beneficia permutari poſſint I. 13. 7. ſq.

Perſona eccleſiaſtica.

Quotuplex I. 2. 1. ſq.

vid. Clerici.

Petitio.

Quotuplex III. 17. 4. ſqq. quot modis quis plus dicatur petere III. 18. 2. ſqq. quomodo puniatur plus petens III. 18. 7. ſq.

Poena.

Quid ſit? IV. 41. 2. quotuplex IV. 41. 3. ſqq. quid in poena infligenda obſeruandum IV. 41. 10. ſq. patrum ſententia de poenis ib. (d) origo poenarum ſpontanearum ib. quomodo differat eccleſiaſtica a ſeculari ib. origo corporalis poenae ib. (e) pecuniaria dictatur clericis eminentioribus ib. (f) canonicae ſunt arbitrariae ib. (h)

Poenitentia.

Quid ſit II. 7. 1. IV. 42. 2. olim erat ſpecies diſciplinae eccleſiaſticae ib. (u) ei non omnes ſubiiciebantur olim ib. imponebatur eiectis ib. (a) quotuplex publica II. 7. 5. ratio publicae antiqua II. 7. (d) publica imponebatur ob peccata mortalia ib. 20. (l) publicae ſubiectus eccleſiae ib. (n) coniecti in ſtatum perpetuae, non contrahebant matrimonium II. 13. III. (z) quotuplex II. 7. 2. quomodo imponenda II. 7. 11.

Poenitentia priuata.

vid. Confeſſio auricularis.

Pollutio eccleſiae.

Quomodo fiat? II. 21. 5.

Pontifex.

Quodnam eius officium? I. 3. 6. quomodo obtinu-

nuerit imperium in clericos? I. 3. (c) poteſt infirmare electionem I. 4. (pp) eius electio I. 3. (i) quandoque eccleſiae conſtituit praelatum I. 5. (o) etiam confirmatur I. 6. (t) olim in dubiis grauioribus conſulebatur III, 28. (s) an ſimoniam committat? IV, 2. (e)

Poſitiones.

Earum vſus in matrimonialibus III, 12. (a)

Poſtulatio.

Quid ſit I. 5. 1. quotuplex I. 5. 2. quae ſolennis I. 5. 3. olim comitabatur electionem I. 5. (s) qui poſſit poſtulare I. 5. 4. quomodo fiat I. 5. 5. quando valeat I. 5. 7. quis praeferatur in concurſu candidatorum? I. 5. (u) quando reuocari poſſit I. 5. 8. ſqq. quae ſit ſimplex I. 5. 12. ſqq. in iudicio quid ſit III. 8. qui poſſit poſtulare in iudicio III. 8. 2.

Praebenda.

Quibus conferri poſſit II. 29. 19. ſq. (d) quae conferri poſſit II. 29. 21. laicis inter proteſtantes poteſt conferri ib. (e) quando vacet II. 29. 24. 37. ſq. & Tit. 30. quid ſit II. 28. 3. quotuplex II. 28. 4. quomodo danda ſit II. 28. 7. & ſq. quibus modis erigatur II. 28. 13. ſq. qui poſſit eam erigere II. 28. 17. ſq. quid in erectione obſeruandum II. 28. 22. ſq.

Praeſcriptio.

Quid ſit III. 33. 2. ſq. quotuplex III. 33. 5. ſq. differt ab vſucapione III. 33. [r] in poenam eſt introducta ib. an immemoriali regalia acquirantur ib. [t] quid ad eam perficiendam requiratur III. 33. 8. ſq. quomodo interrumpatur III. 33. 21. ſq. quid tribuat III. 25.

Praeſentatio.

Quomodo fiat II. 33. 4. ſq. in quem finem olim ſit facta II. 32. (r) an competat ſequeſtro III. 24. [c] quid ſi in praeſentando diſcordent patroni II. 33. 9. ſq. quid ſubſequatur eam II. 33. 11.

Praeſumtio.

Quid ſit III. 30. 2. quotuplex III. 30. 3. ſq. quibus ex cauſis proficiſcatur III. 30. 12. ſq. habet ſuos gradus ib. [g] capitur ex vita ante acta ib. [b]

Precariae.

Quid ſint II. 42. 1. ſq. quomodo ineantur II. 42. 5. earum ratio & natura ib. [s]

Presbyter.

Quis ſit I. 21. 2. eius officium I. 21. 3. in abſentia epiſcopi olim chriſma impertiebatur II. 4. [f]
vid. Archi - Presbyter.

Primates.

Quinam ſint I, 3. 2.

Primitiae.

Quid ſint? II. 39. 1. quibus debeantur II. 39. 2. ſeq. vſus earum antiquus gentilibus vſitatus ib. (h)

Prioratus.

Quid ſint II. 26. [h] eorum origo ibid.

Prieſter.

Origo appellationis germanicae I, 21. [g]

Probatio.

Quid ſit. III. 26. 2. ſq. quotuplex III. 26. 4. ſq. quis probare debeat III. 26. 6. ſq. an negans factum probare debeat III. 26. 8. ſq. & affirmatiuae & negatiuae propoſitionis alleganti incumbit ib. [r] probanda potius veritas quam notorium ib. [s] eius requiſita ib. [u] quando ſit neceſſaria III. 26. 19. quomodo fiat III. 26. 22. ſq.

Proclamatio.

Eſt antiquior ritu benedictionis II. 13. 113. (a) eſt inſtar citationis edictalis II. 14. (d) an poſt tertiam integra ſit contradictio ib. [e]

Pro-

Procuratio.

Quid ſit ll. 36. 1. quis eam debeat ll. 36. 2. cui debeatur ll. 36. 3. qualis eſſe debeat ll. 36. 8. cur ſit introducta ib. (n) immunitas ab ea praeſcribi poteſt ib. (o)

Procurator.

Quis ſit lll. 9. 2. qui poſſit conſtitui lll. 9. 4. ſeq. quomodo conſtituatur lll. 9. 7. ſq. extraiudicialis facilius ſubſtituere poteſt ib. (n) cum libera, quid poſſit? ib. (o) quid procuratorium continere debeat lll. 9. 13. poteſt reuocari lll. 9. 17. etiam tacite ib. (q)

Proceſſus ſummarius.

In quibus cauſis locum habeat lll. 42. (o)

Profeſſio.

Quid ſit I. 29. 9. quot modis fiat I. 26. 7.

Prouinciae eccleſiaſticae.

Olim erant ad formam imperii ciuilis diſtributae I. 3. (a) quid hodie conſtituat prouinciam eccleſ.? ibid.

Prouiſio.

Quando valida ſit in Germania ll. 26. (a)

Pſalmiſta.

Quis ſit I. 23. 3.

Purgatio.

Quid ſit. IV. 48. 2. quotuplex. IV. 48. 3. ſq. quae Canonica. IV. 48. 4. ſq. quae ſit Vulgaris. IV. 4. 49.

R.

Rapina.

Quid ſit. IV. 24. 1. quotuplex. IV. 24. 2. ſq. quomodo puniatur. IV. 24. 6. ſq.

Raptus.

Quid ſit. IV. 20. 1. quomodo puniatur. IV. 20. 2. quomodo committatur. IV. 20. 3. ſq. quid dicatur de iure ciu. & can. ibid. (i)

Reconuentio.

Quid ſit. III. 11. 3. quotuplex. III. 11. 4. ſqq. quomodo fieri poſſit. III. 11. 7. in quibus cauſis fiat. III. 11. 8. quando proponi debeat. III. 11. 9.

Recuſatio.

Quid ſit. III. 37. 8. quomodo fieri debeat. III. 37. 6. ſqq.

Reditus.

In quot partes diuidantur II. 37. 14. annui approban-

bantur in iure can. IV. 27. (h) ratio redituum annuorum ib.

Regula.

Monachorum, in quo conſiſtat? I. 26. 30. ſq.

Regulares.

Stricte dicti I. 2. (r) quinam ſint I. 26. 1. quotuplices I. 26. 2. quomodò fiant? I. 26. 3.

Relatio.

Quid ſit III. 38. 2. quomodo fieri debeat III. 38. 4. ſq.

Relaxatio iuramenti.

A quo ſit impetranda? III. 31. (z)

Religio.

Religio quotuplex? I. 26. 24. ſq.

Res religioſae.

Quid ſint II. 19. 3.

Res eccleſiaſticae.

Quaenam dicantur II. 1. (e) quotuplices ſint II. 1. 1. vnde earum immunitas. II. 24. (b) immunes ſunt ab oneribus nouis ib. (c) poſt 44. annos ſunt praeſcriptae III. 33. (s) eas alienans ſimoniam non committit IV. 2. (x) an poſſint aliena-

nari? II. 41. 3. cauſae, ob quas alienari poſſint II. 41. 3.

vid. Alienatio.

Religioſa domus.

Quae ſit? II. 25. 2. epiſcopi auctoritate extructa priuilegia habet. ib. (c) a priuato exſtructa immunitatibus non fruitur ibid.

Remotio.

Quid ſit. IV. 47. 1. quotuplex? IV. 47. 2.

Renunciatio.

Quid ſit I. 11. 1. quid operetur. I. 11. 2. quomodo facienda I. 11. 3. & ſqq. in cuius manus facienda I. 11. 4. cauſae, ob quas recipi debet, quae ſint I. 11. 6. tertius non ſuccedit in locum renunciantis II. 30. (q)

Replicatio.

Quomodo in ea procedatur? III. 32. 37. ſqq.

Reſcripta.

Quid ſint? I. 1. 19. quomodo valeant? I. 1. 18. quandoque non ſunt recipienda? I. 1. (a) quae praeferantur? I. 1. 22. quaenam ſint ſuſpecta. ib. (k) cauſis futuris tantum formam praeſcribunt. III. 23. (y)

Reſignatio.

Non ſit in manus patroni I. 11. (q) vt plurimum ſit

in fauorem tertii ib.(s) reſignatarius non tranſit in locum reſignantis ib. fieri debet a praelate vxorem ducente ll. 30. (s)

Reſtitutio in integrum.

Quid ſit. lll. 40. 2. cui detur lll. 40. 3. ſq. quando petenda lll. 40. 5. quid operetur lll. 40. 9. ſqq. quis eam concedere poſſit? ib. (d) in quibusdam cauſis non conceditur ib. (g)

Reus.

Quomodo dicatur inhabilis lll. 32. 17. ſq.

Res ſacrae ſ. ſanctae.

Quid ſint ll. 19. 2.

S.

Sacramentum.

Conceptus proteſtantium & maiorum de eo ll. 2. (g) quotuplex ſit. ll. 2. 2. ſqq. vnde efficaciam habeat. ll. 2. 8. qui eius legitimi miniſtri. ll. 2. 10. ſq. de eius forma & materia ib. (m)

Sacra priuata.

Quatenus ſint permiſſa ll. 22. (r)

Sacrilegium.

Quid ſit. IV. 26. 1. quomodo committatur. IV. 26. 2. ſq.

2. ſq. quomodo puniatur. IV. 26. 8. ſq. multis modis committi poteſt ibid. (s) ratio ſacrilegii politici ibid.

Sanctus.]

Quinam ſit. II. 22. 11.

Saracenus.

Quis ſit. IV. 6. 1. quomodo puniatur. IV. 6. 3. an licitum ſit foedera cum iis pangere IV. 6. (e)

Schismaticus.

Quis ſit. IV. 8. 1. quomodo puniatur. IV. 8. 7. ſq. quis olim fuerit ita dictus ibid. (d) inter rebelles refertur ibid.

Scholaſticus.

Olim praeerat ſcholis capitulorum IV. 4. (k) eius praebenda hodie adhuc durat ibid.

Scrutinium.

Quid ſit. I. 25. 22.

Seculariſatio.

Quid ſit? II. 41. (r) quotuplex? ibid.

Seculares Clerici.

Habent ius acquirendi I. 2. (s)

Sedes impedita.

Quando dicatur? I. 4. (s)

Semper-frey.

Eius deriuatio I. 1. (e)

Sententia.

Quid ſit III. 34. 2. quomodo feratur III. 34. 10. ſeq. intra quod tempus ferenda? III. 21. (f) quae reſpicienda in ea ſint, ſi vterque probauit? III. 26. (z) declaratoria a quo tempore effectum habeat? III. 34. (g) contra ſponſalia lata an tranſeat in rem iudicatam ibid. (m) per colluſionem lata eſt nulla IV. 31. (o) quid in ſententia ferenda obſeruandum III. 34. 21. tranſit in rem iudicatam. III. 34. 22. ſq.

Separatio quoad thorum.

Decernitur ob ſaeuitias ſimplices II. 17. (y) eius effectus ib. (z)

Sepultura.

Quid ſit II. 27. 1. vbi quis ſepeliendus II. 27. 3. ſeq. quis eligere ſepulturam poſſit II. 27. 5. ſeq. quomodo fieri debeat II. 27. 14. refertur ad liturgiam ibid. (i) cur laicis libertas eam in monaſteriis eligendi ſit data ibid. (m) an princeps eius ſolennia poſſit remittere? ib. (t)

ſolennis denegatur eucharistiae contemtoribus ib. (y) quibus honeſta non ſit denegenda? IV. 13. (s)

Sepulchra.

Quotuplicia ſint? II. 27. (r) quidam ea in templo habent. ib. (s)

Sequeſtratio.

Quid ſit. III. 24. 2. quotuplex. III. 24. 3. ſq. quae res ſequeſtrari poſſint. III. 24. 6. ſq. quando virgo ſit ſequeſtranda III. 24. (a) quid transferat in ſequeſtrem III. 24. 8. ſq.

Simonia.

Quando committatur. IV. 2. 1. quotuplex. IV. 2. 3. quomodo cognoſcatur. IV. 2. 9. quomodo puniatur IV. 2. 14. ſq. vera eius ratio IV. 2. (x) an officium eccleſiaſticum pretio redimens eam committat? ib. comparatur crimini laeſae maieſtatis. ib. (c) eam committentes ſunt ipſo iure irregulares. ib. (f)

Sortes.

Dantur variae earum ſpecies IV. 29. (l) prohibitae ſunt in electionibus praelatorum. ib. olim fuerunt cognitae. ib.

Sortilegium.

Quid ſit IV. 29. 2. ſq. eius ſpecies IV. 29. 4. ſq. quomodo puniantur ſortilegi IV. 29. 7. ritus eius antiqui IV. 29. (k)

Spolium.

Quid ſit. III. 20. 2. ſq. quomodo fiat. III. 20. 4. quis eius effectus. III. 20. 6. ſq. vxor de eo excipiens eſt reſtituenda III. 19. (s) ſpoliatus aliquando reſtitutionis executionem petere non poteſt ibid. (u) omnis poſſesſionis priuatio pro eo reputatur III. 20. (z)

Sponſalia.

Quid ſint? II. 12. 1. quotuplicia. II. 12. 2. quotuplicia ſint ſponſalia de futuro. II. 12. 5. ratio diſtinctionis inter ſponſalia de praeſenti & de futuro II. 12. (g) differunt a tractatibus ſponſalitiis ibid. (i) ſubſiſtunt ſine teſtibus. ibid. 6. (i) hodie per literas vbiuis contrahi poſſunt ibid. (k) quomodo contrahantur. II. 12. 6. ſq. qui contrahere posſint. II. 12. 12. ſeq. etiam impuberum ſunt vera ſponſalia de iure canon. ibid. (m) olim pater pro filio valide contrahebat ibid. (n) pura non ſunt ipſum matrimonium ibid. (p) an ſub conditione turpi contracta ſint valida? ibid. (u) de coactione contra refractarios ibid. (uu) valida per concubitum tranſeunt in matrimonium ibid. (b) contra regulas honeſtatis contracta reſcinduntur II. 13. (b) quomodo diſſoluantur. II. 12. 26. ſeq. quae ſint clandeſtina. II. 14. 2. vnde ad cau-

ſas

ſas eccleſiaſticas referantur? III. 4. (g) num de iis tranſigi queat? III. 7. (m) arbitrium de iis an valeat III. 7. (t)

Status.

Monachorum in quo conſiſtat. I. 26. 30.

Statuta conciliorum.

Confirmatione indigent I, 1. 13.

Stylus Curiae Romanae.

Quid ſit. I. 1. 27.

Stuprum.

Quid ſit. IV. 18. 1. quomodo puniatur. IV. 18. 2. ſq. ad quid teneatur illud committens? ibid. (f) duplici poena plectitur IV. 40. (x)

Subdiaconus.

Eius officium. I. 22. 4. cuius aetatis eſſe debeat I. 25. (u)

Subſidium charitatiuum.

vid. Exactio.

Supplicatio.

Quid ſit. III. 39. 2. quomodo fieri debeat III. 39. 4. ſq.

4. ſq. adhibetur in iudiciis inferioribus lll. 39. (x) admittitur etiam contra ſententias ib. (z)

Suſpenſio.

Quid ſit IV. 46. 1. quotuplex IV. 46. 2. ſq. non inducit vacantiam ll. 30. (p)

Synodi.

Laici iis quoque interfuerunt I. 1. (e)

T.

Teſtamentum.

Clericorum quomodo valeat ll. 44. 2. ſqq. ad pias cauſas valet ſine teſtibus ll. 44. (cc)

Templum.

v. Eccleſia.

Tempora clauſa.

Inter proteſtantes etiam obſeruantur ll. 13. 100. (o)

Teſtis.

An ante L. C. poſſit recipi lll. 13. 2. ſq. a quibus producatur lll. 13. 4. ſeq. quomodo fiat. lll. 13. 9.

13. 9. quando eius examen fieri poſſit absque praeuia aduerſarii citatione. ib. (o) in totum reiiciendus ad examen admitti non debet III. 27. (a) quis ſit III. 27. 2. quinam eſſe poſſit? III. 27. 4. ſq. quaenam infamia eum faciat inhabilem. ib. (b) an foemina ad teſtimonium admittatur? III. 27. (f) clericus produci poteſt in cauſa eccleſiae. ib. (h) in quibus cauſis ei iuramentum poſſit remitti III. 27. (n) aliquando tortura ad teſtimonium cogitur III. 28. (t) eius teſtimonio praefertur inſtrumentum III. 29. (f) ſemel admiſſus reprobari non poteſt IV. 40. (a) infamis non ſit probatione criminis obiecti ib. (c) quot teſtes produci debeant III. 27. 11. ſeq. quomodo fieri debeat eius productio, III. 27. 17. ſeq. quomodo debeat teſtimonium dicere. III. 27. 20. ſq. an cogi poſſit III. 28. 1. ſq.

Titulus.

Quid ſit? III. 33. 16. ſq. olim denotabat certum officium eccleſiaſticum I. 25. (h)

Tonſura.

Eius origo I. 23. (m)

Torneamenta.

Quid ſint IV. 14. 2. ſunt prohibita IV. 14. 3.

Trans-

Tranſactio.

Quid ſit. III. 6, 1. de quibus rebus tranſigi poſſit. III. 6, 2. ſq. in quibusdam caſibus maxime de ea laborandum ibid. (l) an fieri poſſit de offi-ciis eccleſiaſticis ibid. (n)

Translatio.

Quid ſit. I. 10. 3. quomodo facienda, I. 10. 3. ſeq. quid operetur. I. 10. 5. ſqq. auctoritate conſi-ſtorii fiunt ibid. (m) poena contra priuato au-ſu ſe transferentes II. 30. (r)

Translocatio.

Quando ſit ſuſcipienda ? I. 10. (l) non debet fie-ri in poenam ibid.

Turbatio Sacrorum.

Quomodo puniatur ? II. 24. (y) quinam eam committant ibid. (z)

V.

Vnio.

Quando eccleſiae poſſint vniri. II. 23. 2. ſeq. qui-
nam

nam poſſint vnire eccleſiam. II. 23. 5. ſeq. eius abuſus ibid. (g) immediate fit a principe ibid. (h) principum in Germania circa eam poteſtas reſtricta ibid. (i) quaenam dicatur extinctiua? ibid. quaenam ſubiectiua? ib. (o) quaenam aequalis ibid. (q) ſubiectiua non extinguit ius patronatus II. 33. (zz) in primitiua eccleſia valde commendata eſt IV. 8 (d) quae eccleſiae vniri poſſint. II. 23. 7. quomodo vniantur. II. 23. 8. ſq.

Vnctio.

Ad ſanandum corpus olim adhibebatur. II. 9. (u) eius effectus ib. (b) a quo tempore regum in germania inualuerit? ib. nulla eſt differentia inter regum & epiſcoporum vnctionem. ib.

Vſura.

Quid ſit. IV. 27. 3. quotuplex. IV. 27. 5. ſq. quando permiſſa. IV. 27. 8. quomodo nimias vſuras accipiens puniatur. IV. 27. 15. ſq. quibus ſit remittenda ib. (t) iure exigitur de mutuata pecunia ib. iudicium de Patrum illam reprobantium ſententia ibid. (u) loco eius percipitur ab eccleſiis intereſſe ib. (x) vera eius ratio ib. (a) praxis imperii antiquiſſima de vſuris ibid. (f) de

de iis hodie cognoſcit iudex ſecularis IV. 27. (z)

Vacatio.

Quaenam beneficia vacare dicantur II. 30. 2. quomodo haec vacatio contingat II. 30. 3. ſqq. quomodo acquiſitione beneficii ſecundi prius ſit vacans II. 31. 1. ſq.

Venatio.

Quare clericis interdicatur IV. 32. 1. quotuplex IV. 32. 2. quomodo vetita ſit IV. 32. 4. ſqq. poena eius IV. 32. 8. quatenus clericis permiſſa ib. (i)

Veſperae.

vid. Vigiliae.

Vicarius.

Quando conſtituatur I. 18. 1. quinam ſint idonei I. 18. 2. ad quid conſtituatur I. 18. 3. quomodo conſtituatur ad diuina miniſteria I. 18. 4. ordinandus eſt vt alius presbyter I. 18. (q). ex vnionibus eius neceſſitas inualuit, ib. (rr) reditus diuidit cum vicario ib. (s) quomodo in perpetuum conſtituatur. I. 18. 5. quomodo ad exercendam iurisdictionem I. 18. 6.

18. 6. quam iurisdictionem habeat I. 18. 7. ad quem appelletur ab eius ſententia I. 18. 7. ſqq. an alium ſubſtituere poſſit I. 18. 10.

Vigiliae.

Ratio earum antiqua II. 22. (y) nocturnae abolitae ſunt ib. (c)

Viſitatio.

A quibus facienda I. 28. 1. ſq. quinam ei ſubiaceant? ib. (t)

Viſitations - Gebühren.

vid. Procuratio.

Vitae honeſtas.

Quid ſit I. 27. 2. quotuplex I. 27. 3. In quo conſiſtat I. 27. 5. ſq.

Vita monaſtica.

Eius origo I. 26. (i)

Votum.

Quid ſit. I.26.17. quotuplex. I. 26.19. quod ex voto fit, magis pium iudicatur. I. 26. (u) ex voto reali datur actio I. 26. (o) votis affectus non domantur ibid. (u) quomodo vota ſemel facta obligent. I. 26.21. ſeqq. quid ſit ſimplex. II. 17. 104. iudicium de diſtinctione inter ſimplex & ſolenne II. 13. 104. (t)

X.

Xerophagia.

Eſt ieiunandi modus. II. 22. (f)

ORDO TITVLORVM huius IVRIS CANONICI.

LIBER I.

DE Iure Pontificio, ſeu Canonico. Tit. 1
Iure perſonarum. 2
Epiſcopis, & ſummo Pont. & Cardin. 3
Electione. 4
Poſtulatione. 5
Confirmatione Electionis. 6
Conſecratione. 7
Receptione & vſu Pallii. 8
Vita & honeſtate Praelatorum. 9
Tranſlatione. 10
Renunciatione. 11
Permutatione. 12
Officio & poteſtate Epiſcoporum. 13
Officio Archidiaconi. 14
Officio Archipresbyteri. 15
Officio Coadiutoris. 16
Officio Vicarii. 17
Officio & poteſtate ſede vacante. 18
Officio Legati. 19
Sacerdotibus in inferiori gradu conſtitutis. 20
Iis qui in ſacris ſunt conſtituti. 21
Iis qui nec in ſacerdotio, nec in ſacris ſunt. 22

Maioritate & obedientia. 23
Ordinatione clericorum. 24
Regularibus & monachis. 25
Vita & honeſtate clericorum. 26
Viſitatione per Praelatos facienda. 27
Priuilegiis clericorum. 28

LIBRI II.

DE rerum diuiſione. TIT. 1
Sacramentis in genere. 2
Baptiſmo. 3
Confirmatione. 4
Euchariſtia & celebratione miſſarum. 5
Poenitentiis & remiſſionibus. 6
Indulgentiis. 7
Extrema vnctione. 8
Ordine. 9
Matrimonio. 10
Sponſalibus. 11
Nuptiis. 12
Clandeſtina deſponſatione. 13
Effectibus matrimonii contracti. 14
Qui matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari. 15
De diuortiis. 16
Secundis nuptiis. 17
Rebus ſacris ſanctis. 18
Eccleſiis aedificandis vel reparandis. 19
Conſecratione eccleſiae vel altaris. 20
Effectibus conſecrationis. 21

Ec-

Eccleſiarum vnionibus. 22
Immunitate eccleſiarum. 23
Religioſis domibus. 24
Monaſteriis. 25
Sepulturis. 26
Praebendis & dignitatibus. 27
Collationibus. 28
Quibus modis beneficia vacent. 29
De prohibita beneficiorum pluralitate. 30
Inſtitutionibus. 31
Iure patronatus. 32
Cenſibus, exactionibus, procurationibus. 33
Canonica portione. 34
Decimis. 35
Primitiis. 36
Oblationibus. 37
Rebus eccleſiae temporalibus, & quando, & quibus ſolennitatibus alienari poſſunt. 38
Precariis. 39
Peculio clericorum, relictis, & ſucceſſionibus eorum. 40
Teſtamentis. 41

LIBRI III.

DE iudiciis. TIT. 1
De iudice. 2
In ius vocando 3
Foro competente. 4
Pactis. 5
Tranſactionibus. 6
Arbitris. 7

Poſtulando. 8
Procuratoribus. 9
Libelli oblatione. 10
Mutuis petitionibus. 11
Litis conteſtatione. 12
Vt litę non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitivam. 13
De iuramento calumniae. 14
Dilationibus. 15
Feriis. 16
Ordine cognitionum. 17
Plus petitionibus. 18
Cauſa poſſeſſionis & proprietatis. 19
Reſtitutione ſpoliatorum. 20
Contumacia. 21
Miſſione in poſſeſſionem. 22
Vt lite pendente nihil innouetur. 23
De ſequeſtratione poſſeſſionum & fructuum. 24
Confeſsis. 25
Probationibus. 26
Teſtibus & atteſtationibus. 27
Teſtibus cogendis, vel non. 28
Fide inſtrumentorum. 29
Praeſumtionibus. 30
Iureiurando. 31
Exceptionibus & replicationibus. 32
Praeſumtionibus. 33
Sententia & re iudicata. 34
Executione rei iudicatae. 35
Appellationibus. 36

Re-

Recuſationibus, 37
Relationibus. 38
Supplicationibus. 39
In integrum reſtitutione. 40
Confirmatione vtili vel inutili. 41

LIBRI IV.

DE Delictis. Tit. 1
Simonia. 2
Ne Praelati vices ſuas vel eccleſias ſub annuo cenſu concedant. 3
De Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. 4
Iudaeis. 5
Saracenis. 6
Haereticis. 7
Schiſmaticis. 8
Apoſtatis. 9
Anabaptiſtis. 10
Parricidio. 11
Infantibus & languidis expoſitis. 12
Homicidiis. 13
Torneamentis. 14
Duellis. 15
Sagittariis. 16
Adulteriis. 17
Stupro. 18
Inceſtu. 19
Raptu. 20

Fornicatione. 21
Luxuria contra naturam. 22
Furto. 23
Rapina. 24
Incendiariis. 25
Sacrilegio. 26
Vſuris. 27
Crimine falſi. 28
Sortilegiis. 29
Calumniatoribus. 30
Colluſione. 31
Clerico venatore. 32
Clerico percuſſore. 33
Clerico maledico. 34
Clerico excommunicato, depoſito, vel interdictò miniſtrante. 35
Clerico non ordinato miniſtrante. 36
Clerico per ſaltum promoto. 37
Eo qui ordinem furtiue ſuſcepit. 38
Exceſſibus praelatorum & ſubditorum. 39
Quibus modis de crimine agatur. 40
De poenis. 41
Poenitentiis. 42
Excommunicatione. 43
Quibus modis excommunicatio tollitur. 44
De interdicto. 45
Suſpenſione. 46
Remotione. 47
Purgatione canonica. 48
Purgatione vulgari. 49

TITVLI
IVRIS CANONICI,
PER
APHORISMOS
ſtrictim explicati,
Iuxta ordinem alphabeticum indicati.

Prior nnmerus librum, poſterior titulum ſignificat.

A.

DE Arbitris. 3, 7
Adulteriis. 4, 17
Anabaptiſtis. 4, 10
Apoſtatis. 4, 9
Apellationibus, vbi de literis dimiſſoriis, compulſorialibus, inhibitionibus, 3, 36

B.

BAptiſmo, 2, 3

C.

CAlumniatoribus. 4, 30
Canonica portione. 2, 27
Cauſa poſſeſſionis & proprietatis. 3, 19
Cenſibus. 2, 26
Clandeſtina deſponſatione. 2, 13
Clerico venatore. 4, 32

Percuſſore. 4, 33
Maledico, vbi de Blaſphemia. 4, 34
Excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante. 4, 35
Non ordinato miniſtrante. 4, 36
Per ſaltum promoto. 4, 37
Crimine falſi. 4, 28
Confeſſis. 3, 25
Confirmatione electionis. 1, 6
Confirmatione. 2, 4
Confirmatione vtili, vel inutili. 3, 41
Colluſione. 4, 31
Collationibus. 2, 28
Conſecratione. 1, 7
Conſecratione eccleſiae vel altaris. 2, 20
Contumacia. 3, 21

D.

DEcimis. 2, 35
Delictis. 4, 1
Dilationibus. 3, 15
Diuortiis. 2, 16
Duellis. 4, 15

E.

ECcleſiis aedificandis vel reparandis. 2, 19
Eccleſiarum vnionibus. 2, 22
Electione. 1, 4
Effectibus matrimonii contracti. 2, 14

Ef-

Effectibus conſecrationis, vbi de Sanctorum Canonizatione, Ieiunio. 2, 21
Epiſcopis, ſummo Pontifice, & Cardinalibus. 1, 3
Eo qui ordinem furtiue ſuſcepit. 4, 38
Euchariſtia & celebratione Miſſarum. 2, 5
Exactione. 2, 25
Exceptionibus & replicationibus. 3, 32
Exceſſibus Praelatorum & Subditorum. 4, 39
Excommunicatione. 4, 43
Exſecutione rei iudicatae. 3, 35
Extrema vnctione. 2, 8
Extraordinariis iudiciis. 3, 42

F.

FEriis. 3, 16
Fide inſtrumentorum. 3, 29
Fornicatione. 4, 21
Foro competente. 3, 4
Furto. 4, 23

H.

HAereticis. 4, 7
Homicidiis. 4, 13

I.

IIs qui in ſacris ſunt conſtituti: vbi de Diaconis & Subdiaconis. 1, 21
Iis qui nec in Sacerdotio, nec in ſacris ſunt conſtituti: vbi de Pſalmiſtis, Oſtiariis, Lectoribus, Exorciſtis, Acoluthis. 1, 22

Immunitate eccleſiarum. 2, 23
Inceſtu. 4, 19
Incendiariis. 4, 25
Indulgentiis. 2, 7
In ius vocando. 3, 3
Infantibus, languidis, expoſitis. 4, 12
In integrum reſtitutione. 3, 40
Inſtitutionibus. 2, 31
Interdicto. 4, 45
Iudaeis. 4, 5
Iudice: vbi & de delegatione. 3, 2
Iudiciis. 3, 1
Iudiciis extraordinariis. 3, 42
Iuramento calumniae. 3, 14
Iureiurando: vbi de periurio. 3, 31
Iure patronatus. 2, 32
Iure perſonarum. 1, 2
Iure pontificio ſeu canonico. 1, 1

L.

Libelli oblatione. 3, 10
Litis conteſtatione. 3, 12
Luxuria contra naturam. 4, 22

M.

Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. 4, 4
Maioritate & obedientia. 1, 23
Matrimonio. 2, 20
Monaſteriis. 2, 25

Mis-

Miſſione in poſſeſſionem. 3,22
Mutuis petitionibus. 3,11

N.

NE praelati vices ſuas vel eccleſias ſub annuo cenſu concedant. 4,3
Nuptiis, vbi de cognatione ſpirituali, legali, carnali; affinitate, gradibus cognationis & affinitatis. 2,12

O.

OBblationibus. 2,37
Officio & poteſtate Epiſcoporum, 1,13
Officio Archidiaconi. 1,14
Archipresbyteri. 1,15
Coadiutoris. 1,16
Vicarii. 1,17
Officio & poteſtate Capituli Sede vacante. 1,18
Legati. 1,19
Ordinatione clericorum. 1,24
Ordine. 2,9
Ordine cognitionum. 3,17

P.

PActis. 3,5
Parricidio. 4,11
Peculio clericorum, relictis, & ſucceſſionibus eorum. 2,42
Permutatione. 1,12
Plus petitionibus. 3,18
Poenis. 4,11

Poe-

Poenitentiis.	4, 42
Poenitentiis & remiſſionibus.	2, 6
Poſtulando.	3, 8
Poſtulatione.	1, 5
Praebendis & dignitatibus.	2, 27
Praeſcriptionibus.	3, 32
Praeſumtionibus.	3, 32
Precariis.	2, 39
Primitiis.	2, 36
Priuilegiis Clericorum.	1, 28
Procuratoribus.	3, 9
Procurationibus.	2, 26
Probationibus.	3, 26
Prohibita beneficiorum pluralitate.	2, 30
Purgatione Canonica.	4, 48
Vulgari.	4, 49

Q.

QVi matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari.	2, 15
Quibus modis beneficia vacent.	2, 29
Quibus modis de crimine agatur: vbi de accuſationibus, inquiſitionibus, denunciationibus.	4, 40
Quibus modis excommunicatio tollitur.	4, 44

R.

RApina.	4, 24
Raptu.	4, 20
Rebus ſacris, ſanctis.	2, 8

Re-

Rebus eccleſiae temporalibus, & quando, & quibus ſolennitatibus alienari poſſunt. 2, 38
Recuſationibus. 3, 37
Receptione & vſu pallii. 1, 8
Regularibus & Monachis, vbi de voto. 1, 25
Relationibus. 3, 37.
Religioſis domibus. 2, 24
Remotione. 4, 47
Renunciatione. 1, 11
Rerum diuiſione. 2, 1
Reſtitutione ſpoliatorum. 3, 20

S.

SAcerdotibus in inferiori gradu conſtitutis. 1, 20
Sacramentis in genere. 2, 2
Sacrilegio. 4, 26
Sagittariis. 4, 16
Saracenis. 4, 6
Schiſmaticis. 4, 8
Secundis nuptiis. 2, 17
Sepulturis. 2, 26
Sententia & re iudicata. 3, 34
Simonia. 4, 2
Sequeſtratione poſſeſſionum & fructuum. 3, 24
Sortilegio. 4, 29
Sponſalibus. 2, 11
Stupro. 4, 18
Supplicationibus. 3, 39
Suſpenſione. 4, 46

T.

TEſtamentis. 2, 41
Teſtibus & atteſtationibus. 3, 27
Teſtibus cogendis, vel non. 3, 28
Torneamentis. 4, 14
Tranſactionibus. 3, 6

V.

VIſitatione per praelatos facienda. 1, 27
Vſuris. 4, 27
Vita & honeſtate Praelatorum. 1, 9
Clericorum. 1, 26
Voto. 1, 24
Vt lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitiuam. 3, 13
Vt lite pendente nihil innouetur. 3, 23

SCRIPTA
ab
ARNOLDO CORVINO, IC.
& fratre eius
IO. ARNOLDO CORVINO, IC.
edita.

I.

Enchiridion Iuris Ciuilis. *Amſtelodami.* 12. 1640.

II.

Commentarius ad Tit. ff. de Verborum ſignificatione. *Amſtelod.* 12. 1646.

III.

Elementa Iuris Ciuilis. *Amſtelodami.* 12. 1645.

IV.

Poſthumus Pacianus, ſeu Definitiones Jur. Ciuil. & Canon. *Amſtelodami.* 12. 1659.

V.

Iurisprudentia Romana contracta H. Vulteji. *Amſtelod.* 12. 1658.

VI.

Pandectae per Aphoriſmos propoſitae. *Amſtelod.* 12. 1642.

VII.

VII.

Summarium iurisprudentiae Romanae ſeu Enarratio Codicis. *Amſtelod. 4. 1655.*

VIII.

Ius Canonicum per aphoriſmos ſtrictim propoſitum. *Amſtelod. 12. 1648.*

IX.

Venatorius illuſtratus, ſeu Enarratio Venatorii Codicis Iuſtinianei. *Leidae 8. 1656.*

X.

Imperator Iuſtinianus Magnus Catholicus. *Mogunt. 8. 1668.*

XVI
C
21

ANT 1316336

7565

Digitized by Google